



9

~~38 (2) - 11~~

L

24.764

E. C. & P.

38 (2) 13

~~45-187~~

C83 L3

URE

52004

PRUDENTII

CLEMENTIS


QUÆ EXSTANT

R.F. 3149

NICOLAUS HEINSIUS

DAN. FIL.

*Ex vetustissimis exemplaribus recensuit,
& antiquas aduersiones adiecit.*



BIBLIOTHECA
COLLEGI
SAMPOLIDENSIS

Jo. Alberti Fabricii

MSTELODAMI,

apud DANIELEM ELZEVIRIUM.

cl^o 1667.

OFFICE OF THE
SECRETARY OF THE

NAVY DEPARTMENT
WASHINGTON



CONFIDENTIAL
NOV 10 1893

NAVY DEPARTMENT
WASHINGTON



Reverendissimo Celsissimoque
Principi,

FERDINANDO,

D. G. Episcopo sedis Paderbornensis,
Monasteriensis Coadjutori, Sacri
Romani Imperii Principi,
Comiti Pyrmontano.

NICOLAUS HEINSIUS, D.F.

D. D. D.

AURELIUM Pruden-
tium Clementem, quo ne-
mo veterum majore cum
successu poësim Christia-
ni argumenti dedit excultam, aut
laudabiliore exemplo famæ ac po-
steritati commendavit, cum jam o-

* 2 corum

corum codicum auctori & pluri-
mis in locis castigantem recognovif-
semque, excussis eam in rem hic
illic bibliothecis insignioribus, ne
periret mihi publicoque ingratus la-
bor, nihil perperam aut præter or-
dinem facturus videbar, Reveren-
dissime & Celsissime Princeps, etsi
in aliis haud parum, ut sunt tempo-
ra, nunc occupatus, si istam qua-
lemcunque lucubrationem luce &
conspectu Tuo haudquaquam de-
fraudarem. Accessisti etiam mortator Tu
& ipse, unus mihi inter omnium,
cui quod obæratum & meo plus u-
no adstrictum me perpetuè re-
cordabar, nec solvendo partem satis
esse intelligebam, subductis per-
pensis curatè rationibus, uti mihi
non omnino malum decebat, par-
tem circumspexi opportunum vi-
tandem, qui meis apud Te debitis si
non plenè responderet, intercede-
ret saltem pro iis, minimè de-

vad.

vadimonio, ac hanc nostram ut-
cumque liberaret. Quippe cum me
prorsus æstuantem immenso cura-
rum fluctu, ac exploratæ toties to-
tiesque benignitatis Tuæ mole atque
conscientiâ si non penitus oppres-
sum, nutantem certe labantemque
advertisses, oblatus est, ecce, com-
modum Clemens is ipse noster opta-
tis Tuis ac desideriiis, quæ pro in-
cremento literariæ atque Christia-
næ rei alacriter excubare non um-
quam cessavit. Clemens, inquam,
hic noster obtulit sese & ingessit
altro Tui optioni, quem manu
nostrâ innotentem nonnihil, quam
hactenus proa populi pervolitabat, ad
Te deductum, non postremo loco
in sinibus Tuis, hoc est in interiore
sanctissimoque Musarum adyto, cu-
peres collocari. Pareo & obsequor
eo maiore mei cum fiduciâ, quod
indubitatae certus persuasum o-
mnino habeam, nihil alieni ab hoc
* 3 nostro

noitro instituto Clementem ipsum
fuisse moliturum, si sub ævi unius
ejusdemque tempestatem vestrum
utrique vita contigisset. In cujus e-
nim clientelam se ac sua transire is
mallet, quam illius Principis, in quo
morumne omni ex parte emendata
integritas, an perlinita prorsus &
in privatæ quoque sortis hominibus
pro miraculo futura ereditio, prio-
res faciant, ambiguum atque con-
troversum apud rerum intelligentes
merito videas relinquere. Hunc Tu
poëtam jam ab ungue meo fami-
liarem habuisti: hunc te tam sic mi-
ratus est Lucas ille Tuus Fulstinius,
clarissimi vir nominis, ut animam
jam agens ac moribundus, per te sibi
ex Cathemerinis hymnum, qui
exsequiis defunctorum datur, reci-
tari voluerit, atque eo pacto in solati-
um vitæ melioris mente erectus ac
Deo plenus exspiravit. Carminum
idem Romano, Magne Princeps,
quoties

quoties ~~Tibi~~ ~~in~~ ~~hujus~~ ~~con~~tinuando
accingis, (natus utcumque in illâ
Germaniæ extremæ parte, quam
barbaram olim in primis, ac nomini
Latino unice funestam & fata-
lem, hoc est Varianâ illâ clade tot-
que legionibus ad interneccionem
deletis illustrem, Urbs æterna jure
est averfata,) quoties poëtandi, in-
quam, impetus te subit, etsi rarius
aliquanto h. Tibi vacas, & ad sub-
limiora cogitatione ferris ut plu-
rimum, ne de Varo quid nunc ipso
dicam, et bonis artibus probe ex-
culto, non quicquid ingeniorum
in legionibus ac nobilitate Roma-
nâ curulo apud vos occubuit, non
Romana universa, quæ numquam
maximè scientiarum laude claruit,
etiam sub cladis hujusce tempora,
quicquam semetipsâ aut Musæ Lati-
næ Genio indignum carpendumve
in tuis versibus, mihi crede, vel post
veram maxime investigationem,

fidem ~~et nos~~, nisi ~~metales~~
Tuos certius utique, quam ut du-
bitationi locus sit, haberemus ex-
ploratos? Quicquid detrimenti re-
bus Latinis Varianâ clade adfluxit,
per Te ac os Tuum illud Roma-
num abunde expiatum compensa-
tumque vidimus. Nec dissimulavit
hocce de Te iudicium suum, aut
ignorari voluit Urbs ipsa, delato
Tibi jam obâ per Academicos suos
ingeniorum Principatu, tamquam
divina in hoc omine & præfaga
majoris fortunæ post secuturæ,
quam nunc multâ Tui nominis cum
immortalitate conjunctam imples u-
bertim, ac per numeros omnes
pulcherrime exornas. Unde fit, ut
quicquid simplicissimo Paderbornæ sedis
imperio contentus esse poteras, ad
maiora nuper sis vocatus, destina-
tusque Monasteriensis provinciæ
Antistiti dignissimus successor, ne
Principatûs unius angustias tam

immensa virtute claudenda, aut ne
non supra majorum Tuorum for-
tem, nec illam quidem privatam,
exfurgeres, quos Tua Paderborna
sibi imperantes jam ante Te suspe-
xit, suspexit & Livonia. Sed ne
nos ab Urbe æternâ intempestivi
divellamur, non parum quoque
ad gloriam nominis Furstenbergii
propagandam facit auspex ac funda-
tor fortunæ Tuæ Alexander Se-
ptimus, Pontifex Maximus, lit-
terarum amantissimus Princeps, &
sagax ille, si quis alius ingeniorum
explorator, qui non modo Acade-
miæ Romanæ in Te ornamento conspi-
rantis institutum assensu fovit ac
palam collaudavit, sed ut occupare
pavit quoque ac prævertit istos hono-
res, Te jam ante inter familiares
intimæ admissiois atque individu-
comitatûs recepto, & loci perquam
honorati prærogativâ aucto, quam
dignitatem peregrino vix cuiquam

in Palatio Romano vivere inna-
les ab omnium hominum memoria
facile testabuntur. Inhæret etiam-
num, atque inhærebit mihi in po-
sterum per omnem vitam tenacissi-
mè jucunda temporum illorum re-
cordatio, quando hac ipsà in Urbe
peregrinantem casus me fortuitus &
dexter pes in Tuum contuber-
nium detulere. Absit enim, nec sinit
Deus, ut obliviscar umquam volu-
ptatis tam copiosæ, tamque blandien-
tis, ac tantæ meâ cum utilitate, tan-
to studiorum meorum cum profectu
conjunctæ fortunæ. Quod si auspi-
cia minime vana tutò captantur ab
uberrimis plenissimisque omni ex
parte sortitis, gloriari profecto pos-
sum jam tum & prævidisse me &
auguratum esse vatem haud malum,
quid rerum magnarum pararent Ti-
bi fata: adeò privatum nihil, utcum-
que fronte numquam non exporre-
tum numquam non obviâ quadam re-

nideris d. nita spirat. Hac ni-
mirum tam præclara ingenii atque e-
ruditionis laude conspectus, ita ta-
men animos ingentes submittis, Prin-
ceps Celsissime: sic indolem vere he-
roicam modestiæ longe longeque in-
fra Te. positæ, si dotes maximas di-
gnè metimur, conciliaſti dudum, ut
modicas etiam virtutes in plebeiis ho-
minibus mireris & colas, quod est in
tanto meritorum ac fortunæ con-
fluxu singulare mehercules & inuſi-
tatum: utque nil omnino mortali-
um per orbem litterarum famæ
commendatorum aut scientiarum
laude florentium occurram, vel inve-
niatur usquam, quod a te iam ami-
citiâ procul habendum atque exclu-
dendum putes; horum etiam ple-
rosque necopinis & festinatis oſſe-
ciis demerendo ad necessitudinem.
Tecum ineundam sponte provocas,
ac amabilitatis imperioſæ benignâ
quædam vi correptos impellas.

ver

verò nec tam parvis est, nec
hujus loci, ita tam præclara per-
censere eo orationis ornatu, quo
par foret: nec tam male sentiri æ-
quum est de ætatis nostræ angu-
stiis, deque artium bonarum ino-
piâ, ut subvereri debeamus; non
subiturum aliquando decoris inge-
niis ardorem testificandi voce apud
posterorū victurâ luculentam hanc ac
invidendam plane nostrorum tem-
porum felicitatem. Ego quidem sat
amplam meam in Te pietatis fero
mercedem, de Prudentio emenda-
tius edende expectationem Tuam &
meum obsequium non sum frustra-
tus. Apud alios me magis facundos
vires æquæret haud dubie ac pondus
compensationi Tua illa per eruditos
omnes didita munificentia, & incom-
parabilis benignitas: me si vera de
Te vis loqui & Tibi convenientia,
minus beneficium Te præstes & mi-
merentem in posterum necesse
est,

est, cum nec in spirali itam con-
firmatas capiat virtutes, & de libe-
ralitate Tuâ serum jam sit ac super-
vacuum mihi ab aliis credi, quam
mecum tot mortales experiantur, &
quam ignoret nemo. Vale, Princeps
inclite, atque, ætatis quod reliquum
est, feliciter decurre: ut bonis arti-
bus & virtuti porro per Te consula-
tur quam optimè.

Haga Comitum,
A° CIO IOC LXVII.
Kalendis Septembris.



E nonnullis te conventum volo,
 nec tamen nimius ero, quisquis
 es, Lector. Annotata ad Pru-
 dentium uberiora meditabar jam
 pridem, sed telam inchoatam
 nequiquam concessum est detexi: quippe dum
 promissi reus fidem liberare obnoxiam apud
 magnum Principem festino, tempus minime
 otiosum, & alienum maxime ab hac littera-
 turâ schedis & stris excutiendis datur. In
 adornandâ hac editione Plantinianum codicem
 à Victore Gisellino & Theodoro Pulmanno reco-
 gnitum secuti sumus, nisi cum aliò nos mem-
 brane veteres videbant, ut locis evênit quam-
 plurimis. Est enim is Plantinianus codex, qui
 reliquis omnibus, in lucem sollerti typographo-
 rum operâ hucusque emissis, facile præstet, ac ex-
 tra controversiam aliis sit anteponendus. Nam
 prior Gisellino editio à Marneffio Lugduni in Gal-
 lia præparata, ut cetera fermè omnes, mendis
 admodum spissis sædissimum in modum scatet. Ne
 quæ tamen in immensam molem excrescerent
 servata nostra, quicquid à Pulmanno ac Gise-
 lino rectè castigatum, & in contextu fide mem-
 branarum videbatur meritò receptum, solo si-
 lentio, asserendum esse atque confirmandum
 curavi. Consului & frequenter Aldinum An-

no 810 I... contemnen-
dum, quem *Alu...* veterrimismembra-
nis Britannicis expressum jure asseverat qui-
dem, sed pro primâ omnium editione perperam
venditandum retur. *Daventriensis* nimirum
illius ignarus, quam à *Giselino* laudatam *Al-*
dinâ vetustiore[m] esse nos exploratum liquidò
habemus. nam quod idem *Giselinus*, duas
Prudentii editiones *Aldinas* animadversis ad
Psychomachiam suis collaudat, quo jure id
ab illo fiat, prorsus ignoro; cum de secundâ
Aldi editione nil omnino conortum sit mihi,
nec, eam qui vidisset, quemquam hactenus in-
venerim. *Weitzianam* editionem exprimen-
dam nullus judicavi, quâ & orthographia
ratio ut plurimum illic turba sit, & in dis-
crepantis scriptura delectu e...
parum ipse *Weitzius* responde... in eo tamen
laudem haud minimam promer... quod ve-
rustos *Prudentii* codices non par... excussit,
ac lectionum variantum syllog... ex iisdem
concinnavit in usus publicos. *Weitzii* moru-
codicum in numero principatum fact...
Egmondanus liber, optimus ac veterrimus...
fecto, quem opera pretium fuisset denuo ev-
vi, à *Weitzio*, aut à *Grutero* potius, frequenter
minus adhibitum. *Amsteladami* enim exstare is
mihi dictus est in scriniis primarii & consularis
viri; sed nec liber ipse, obvium se praebebat.

vestiganti meum in vix erat edi-
tionem procrastinare, cum aliò vocarer. De
membranis, qua mihimetipsi ad manum fue-
re, aut quas amici pro me inspexere, nunc vi-
deamus. Primo Oxonia in Britannii exem-
plar Bodleianum ante annos plus minus sex-
centos descriptum, quod omnia Prudentii com-
plectebatur, excussi. Senium codicis hac epigra-
phâ prodebatur adscriptâ, Hunc librum dat
Leofricus Episcopus Ecclesiæ Sancti Petri A-
postoli in Exonia ad sedem suam episcopalem
pro remedio animæ suæ ad utilitatem succes-
sorum suorum. Si quis autem illum inde
abstulerit, perpetuæ maledictioni subiaceat.
fiat. Hunc quip̄ Leofricum Exoniensi sedi
præfuisse sub anno millesimum sexagesimum
aut septuagesimum redemptionis nostræ ex An-
nalibus Britannicis patet. Obtulit etiam vir
comitate & eruditione conspicuus Bernardus
Rottendorphiensis omnia Prudentii in membranis
ante quinque circiter annos exarata: Binos
inter eos codices pari ætate, quorum alter li-
ros versus Symmachum, alter Psychoma-
chiam complectebatur. Accepi & Nomianum
omni codicem à Viro Cl. Isaaco Vossio utendum,
nec vetustum illum, & magnâ sui parte mu-
tatum. Sed usui præcipuo fuit exemplar Gal-
licanum Puteanorum fratrum, longe antiquis-
simum illud, ac litteris Romanis majoribus

exara-

exaratum, in *ἱερὸν ἑρμηνεύον* Hymnachum
& hymnorum *ἑρμηνεύον* pars potior, insigni
cum detrimento rei litteraria, desiderabantur.
id ego olim Lutetia ante annos hosce videnos
cum prima Gifselini editione diligenter satis
committebam. Proximus ab illo Thuana bi-
bliotheca codex, si praestantiam ac vetustatem
spectamus, ante annos circiter octingentos scri-
ptus, & integer omni ex parte, qui Hildegarii
Episcopi nomen praefert, cuius in aetatem nunc
quidem non vacat accuratius inquirere. Hunc
librum Lucas Langermannus, vir eruditis-
simus mihiq; conjunctissimus, cum vulgatis
abs sese sedulo collatum tradidit utendum, at-
que hac sua opera conatus. Stros haud parum
promovit atque insignivit. Nec dissimulan-
da Emerici Bigotii, optimae re litterariae
meriti ac porro merituri viri, qui non tan-
tum Psychomachiae ex membranis suis, atque
ex Altinianis hymnorum Catalogo Merinon ac
ἑρμηνεύον excerpta suggestit, sed praeterea
hac eorumdem hymnorum compendium ex M-
diolanensi exemplari bibliothecae Amstelredam-
mulo quidem illo, ac meliore sui parte com-
pato, longe veterrimo tamen, sic ut charac-
teris ac litterarum ductu Puteaneum laudatissi-
mum emuletur: eamque ob rem, damnatum
quod in illo minus integro fueramus passi,
dammodo nobis resarciat. Antverpia

Patres Societatis ~~...~~ trium codicum
discrepantias, quas Levinus Torrentius, vir
eximius, Lugdunensis editionis margini alleve-
rat; sed nec ille lucubrationem istam ultra hy-
mnos Cathemerinon & ~~...~~ promovat,
& ipsi codices, quos adhibuerat, non magna rei
videbantur, quorum primus Sⁱ Laurentii,
Sⁱ Jacobi secundus, uterque Leodicenses, ter-
tius Abbatia de Groenendale, indigetantur ab
ipso. Denique studium mei demerendi singu-
lare in Johanne Georgio Gravio illaudatum
prateriri per me ~~...~~ nefas. qui vir, ut egregium
in modum est officiosus, non tantum communi-
cavit libenter humaniterque nuper admodum,
qua is ipse ex No~~...~~ano, quem dixi, libro pri-
vatos in usus ~~...~~ egerat, sed prater hoc Jo-
hannis Cauchii in Prudentium annotata,
haectenus in ~~...~~, tum Antverpianam anni
M D C C X X I editionem Johannis Sichardi
scholiis illi ~~...~~atam, mendosam quidem illam
mirè ~~...~~gravatam, sed cui Cauchius is-
dem ~~...~~ sua diversas libri vetusti lectiones,
ac ~~...~~ ipsiusmet conjecturas complures adscri-
psit haud contemnendas. Habui & ab hoc
ipso Gravio editionem Basileanam Henrici Pe-
tri Antverpianâ quadriennio recentiore, sed
aeque mendis inquinatam, cui Claudius Sal-
masius ex Thuana ac Puteana bibliotheca
jam supra laudatis scripturam dis-
crepan-

errantem adjectam accurate, ut solebat.
Is liber Johannis Cabeliavii fuerat ex Salma-
sii dono, deinde ad Theophilum pervenerat Ho-
gersium, virum mei quoque perquam studio-
sum, ex cuius puto scriniis in Gravianos usus
concessit. Ceterum quicquid Salmasius hujusce
libri marginibus alleverat, id omne manu sua
descriptum Cabeliavius in Weitzianam edi-
tionem, quam ex ejus bibliotheca a meo jam
olim comparavi, translatum voluit. Hisce co-
piis instructus densissimamavorum nubem
Prudentio deterse, quod Plintinianam cum
hac nostrâ editionem committenti manifestum
fiet. De hoc ipsô scriptore emendando cogitasse
Franciscus etiam Fureus nos post Giseli-
num videtur. Is certe qui in Clementis no-
stri codicibus membranaceis se testatur
ad Paulinianam B. Martini videtur. Dicuntur
& exstare nota in hunc nostrum Martini Gipha-
nii, necdum typis descripta, qui ipse ad Lu-
cretium in emendando nostro est attentus. Er-
nardus quoque Elmenhorstius manu Clementi-
ti abs se admovendam fore spem fecerat, sed
morte preventus non implevit. Qua quâ
profanda nunc habui, curis secundis lucubra-
tiones in Clementem nostras diligentius paullo
recognituros, si quandoque continget majoris
rei adjumenta nobis offerri. nec desperare
cum & Cantabrigia apud Britannos in Cantabrigia

gio Sancti is codi-
cem Prudentianum Sari Thomas Fa-
mesius testetur, cujus usum anxia nimis &
superstitiosa custodum sollicitudo invidit mi-
hi olim, cum Britannia hanc partem perlu-
strabam; & in Gallis quoque id genus non-
nullos, mihi haëtenus haudquaquam visos,
latere atque indagari posse intelligam. In
Boheriana praesertim Divioni bibliotheca:
ubi codicem nostri oppido antiquum asser-
vari aiunt, cujus excerpta sperare nos a-
micus jussit. Orthographiam Pulmannus ex
vetustis exemplaribus non inconcinne aut in-
scite expresserat, quam tamen nos ex mem-
branis veterrimis sic illic immutavimus ac
meliozem pro ~~veteri~~ reddidimus, plus con-
spiranti codicum antiquissimorum suffragio
deferentes, quae praeceptis Grammatico-
rum, quae ~~magis~~ veritatis fideique quam
argutiarum ~~et~~ plurimum praese ferunt.
Quamquam nec denegarim multo plura à
~~veteribus~~ orthographica potuisse, si mem-
bris ~~et~~ venerandam vetustatem ostentanti-
bus ~~et~~ assentiri per omnia jus fasque habuis-
semus, & curis secundis nonnihil reservandum
videbatur. In animadversis nostris brevi-
tati studuimus, & rari ab instituto defle-
vimus, quae & ipsa, praesertim post restitui-
onis ~~et~~ correctum ex membranis per nos

Præ-

Prudenti. civit. eor, potuis-
sent. Sed castigationum nostrarum ratio à no-
bis fuit reddenda etiam in minimis: ne pro li-
bitu & prater fidem codicum scriptorum immu-
tasse quicquam ab hominibus male feriatis ar-
gueremur, quorum proventus hac etate longe
maximus est, & qui, cum sermonis Romani
gustum ipsi habeant aut nullum aut exi-
guum prorsus, inutilem ac superfluum non for-
midant operam nuncupare, quæ recensendis
bonis auctoribus narratur. cum ne fullones
quidem sua & laude & mercede soleant
fraudari: & hos quoque artium bonarum præ-
ses ac patrona Pallas in clientelam suam non
fastidiat admittere. Fure gratulamur feli-
citati nostra, quod scriptores præstantissimos
ex multis paucos nobis antiquitas Græca &
Romana reliquos fecere. Hæc quidni suo ser-
mone, suoque ore malimus loquentes audire;
quam alieno, quam barbaricè meram, &
frigus, & figmenta per oscitantem ac insci-
tam librariorum manum spirantes. Quod fru-
tur illi deliciis ingenii sui. Nos de bonis scri-
ptoribus bene mereri numquam pigebitur. in
que operâ subservivâ, cum majora non
sint, quæ & nos agamus. Hæc facultas si
successu deficiatur aliquando, tamen præ-
sidi collocatum nonnihil inveniam in
ptima voluntatis intemerata ac læpua
res

conscientia. *spiritus* *transmissionis* no-
men ornatum cupo, *mecum* fructu hac
qualicumque lucubratione. si tamen lucu-
brationis nomen merentur, qua festinata
sunt non magno studio.



TE-

10
16

TESTIMONIA VERUM
DE PRUDENTIO.

Gennadius in Catalogo virorum illustrium.

Prudentius, vir secularis litteraturæ eruditus, composuit Diptychon de Veteri & Novo Testamento, personis exceptis. Commentatus est & in morem Græcorum Hexæmerou de mundi fabrica, usque ad conditionem primi hominis, & prævaricationem ejus. Composuit & libellos, quos Græca appellatione prætitulavit, Apotheosis, Psychomachia, Amartigenia, ut est de divinitate, de compugnantia animi, de origine peccatorum. Fecit & in laudem martyrum, sub aliquorum nominibus, Invitatorium ad martyrium librum unum, & Hymnorum alterum. Speciali tamen conditione adversus Symmachum, idololatricam defendentem, duos laude dignissimos libros composuit: ex quorum lectione agnoscitur Palatinus miles fuisse.

Sidonius Apollinaris. Lib. II. Ep. IX.

Nam similis scientiæ viri, hinc Augustinus, hinc Varro, hinc Horatius, hinc Prudentius lectitabantur. Quos inter Adamantius Origenes, Turrani Rufino interpretatus sedulo fidei nostræ doctoribus inspiciebatur.

Alcimus Avitus poemate.

Hæ virtutis opes, hæ sunt solatia belli,
Quis dubium adversus mentis cum corpore bellum?
Ipla suos armat clamantis bucina Pauli:
Quæ prudenti olim cecinit Prudentius ore.



AURELII PRUDENTII
CLEMENTIS V. C. L.

P R Æ F A T I O.

P Er quinquennia jam decem,
Ni fallor, fuimus; septimus insuper
Annus cardo rotat, dum fruimur
sole volubili.

Instat terminus, & diem
Vicinum senio jam Deus adplicat. 5
Quid nos utile tantis spatio temporis egimus?

Ætas prima exstantibus
Flevit sub ferulis, mox docuit toga
Infectum vitia, sola loqui, non sine crimine:
Tum lascivæ, protervitas, 10

Et luxus petens (heu pudet ac piget!)
Fœdavit juvenem nequitix sordibus ac luto.

Exin juvenis turbidos
Amari animos, & male pertinax
Incessans studium subjacuit casibus asperis. 15

Regum moderamine
Fidos nobilitum reximus urbium:
Jus civile bonis reddidimus, terruimus reos.
Tandem militiæ gradu

Revertum pietas Principis extulit, 20
Adsumptum propius stare jubens ordine proximo.

Hæc dum vita volens agit;
Repsit subito canities seni,

Oblitum vultu regnans :

Sub quo prima dies 25

Quam multas hiemes volverit, & rosas
Pratis post glaciem reddiderit, nix capitis probat.

Numquid talia proderunt
Carnis post obitum vel bona vel mala ?
Cum jam, quidquid id est, quod fueram, mors ab-
oleverit. 30

Dicendum mihi, quisquis es:
Mundum, quem coluit, mens tua perdidit.
Non sunt illa Dei, quæ studuit, cujus habebis.

Atqui sine sub ultimo
Peccatrix anima stultitiam exuat : 35

Saltem voce Deum concelebret, si meritis nequit:

Hymnis continet dies,
Nec nox ulla vacet, quin Dominum canat :

Pugnet contra hereses : catholicam discutiat fidem:
Conculcet sacra gentium: 40

Lacem Roma tuis inferat idoli
Carmen martyribus devocet: laudet et Apostolos.

Hæc dum scribo vel cloquor,
Vinclis ô utinam corporis emicent
Liber; quo tulerit lingua sono motus ultimo !

AURELII PRUDENTII
CLEMENTIS V. CLERICI
CATHEMERINON LIBER.

H Y M N U S P R I M U S .
A D G A L L I C A N T U M .

Ales diei nuntius
Lucem propinquam præcinit :
Nos excitator mentium
Jam Christus ad vitam vocat.

Aufert spiritus 5

Ægros, soporos,
Castique, recti, ac sobrii
Vigilate: jam sum proximus.

Post solis ortum fulgidi
Serum est cubile spernere: 10
Ni parte noctis addita
Tempus labori adjeceris.

Vox ista, qua strepunt aves
Stantes sub ipso culmine,
Paullo ante quam lux emicet, 15
Nostri figura est Judicis.

Tectos tenêbris horridis,
Stratisque opertos segnibus,
Suadet quies in linquere 20
Jam jamque venturo die.

Ut cum coruscis flatibus
Aurora calum sparserit,
Omnes laborum exercitos 25
Confirmet aspectu luminis.

Hic somnus ad tempus datus,
Est forma mortis perpetis:
Peccata, quæ nox horrida,
Cogunt vivere ac stertere.

Sed ex ab alto culmine 30
Christi nocentis præmonet,
Adde jam lucem prope;
Nempe mens sopori serviat:

Ne somnus usque ad terminos
Vitæ socordis opprimat 35
Pectus sepultum crimine,
Et lucis oblitum suæ.

Ferunt vagantes Dæmonas
Lætos tenêbris noctium,
Gallo canente exterritos 40
Sparsim timere & cedere.

In
Lucis, salutis, gaen
Rupto tenébrarum situ
Noctis fugat satellites. 45

Hoc esse signum præscii
Norunt repromissæ spei :
Qua nos soporis liberi
Speramus adventum Dei. 50

Quæ vis sit hujus alitis,
Salvator ostendit Petro,
Ter ante, quam gallus canat,
Sese negandum prædicans. 55

Fit namque peccatum prius,
Quàm praco lucis proxima.
Inlustret humanum genus,
Finemque peccandi ferat. 60

Elevit negator denique
Ex ore prolapsum nefas :
Cum mens maneret inno- us,
Animusque servaret fiden^{et}. 65

Nec tale quidquam post
Linguae locutus lubrico est
Cantuque galli cognito
Peccare justus destitit. 70

Inde est, quod omnes credi^{ts},
Illo quietis tempore,
Quo gallus exsultans canit,
Christum redisse ex Inferis. 75

Tunc mortis oppressus rigor,
Tunc lex subacta est Tartari :
Tunc vis diei fortior
Noctem coëgit cedere. 80

Jam jam quiescant improba,
Jam culpa furva obdormiat,
Jam noxa letalis suum
Perpeffa somnum marceat. 85

Vigil

Quodcumque tenetis in vaporis,
Dum meta noctis clauditur, 80
Stans ac laborans excubet.

Jesum ciamus vocibus,
Fientes, preccantes, sobrii :
Intenta supplicatio
Dormire cor mundum verat. 85

Sat convolutis artubus
Sensum profunda oblivio
Pressit, gravavit, obruit,
Vanis vagantem somniis.
Sunt nempe falsa & frivola, 90

Quæ mundi gloria,
Ceu dormientes, egimus.
Vigilemus : hic est veritas.

Aurum, voluptas, gaudium,
Opes, honores, prospera , 90
Quæcumque vos inflant mala,
Fit mane, nesciant omnia.

Tu Christi omnium disjice :
Tu rumpe omnia vincula :
Tu solve peccatum vetus, 95
Novumque lumen ingere.

II. HYMNUS MATUTINUS.

Mox, & tenèbræ, & nubila
Confusa mundi & turbida,
Lux intrat, albescit polus,
Christus venit, discedite.

Caligo terræ scinditur 5
Percussa Solis spiculo :
Rebusque jam color redit
Vultu nitentis sideris.

Sic nostra mox obscuritas,
Fraudisque peccus consciium, 10

Ruptis illic...
Regnante pallecet...

Tunc non licebit claudere,
Quod quisque fuscum cogitat :
Sed mane clarescent novo
Secreta mentis prodita.

15

Fur ante lucem squalido
Impune peccat tempore :
Sed lux dolis contraria
Latere furtum non finit.

20

Verfuta fraus & callida
Amat tenêbris obtegi,
Aptamque noctem turpibus
Adulter occultus fovet.

Sol, ecce, surgit igneus.
Piget, pudescit, pœnitet ;
Nec teste quisquam lumine
Peccare constanter potest.

25

Quis mane suuntis nequiter
Non erubescit poculis ;
Cùm fit libido temperans,
Castumque nugator sapit ?

30

Nunc nunc severum vivitur
Nunc nemo temptat ludicrum
Inepta nunc omnes sua
Vultu colorant serio.

35

Hæc hora cunâtis utilis,
Qua quisque, quod studet, gerat ;
Miles, togatus, navita,
Opifex, arator, institor.

40

Illum forensis gloria,
Hunc triste raptat classicum :
Mercator hinc ac rusticus
Avara suspirant lucra.

At nos lucelli ac fœnoris
Fandique prorsus nescii,

45

Nec

Nec alios bellica,
Te, Chrisme, amamus.

Te mente pura & simplici,
Te voce, te cantu pio, 50
Rogare curvato genu
Flendo & canendo discimus.

His nos lucratur quæstibus :
Hac arte tantum vivimus :
Hæc inchoamus munera, 55
Cum sol resurgens emicat.

Intende nostris sensibus,
Vitamque totam dispice :
Sunt multa fuscis inlita,
Quæ luce purgantur tua. 60

Durare istos tales jube,
Quales remotis sordibus
Nitere pridem jussieras,
Jordane tinctos flumine.

Quodcumque nox mundi dehinc
Infecit atris nubibus,
Tu, Rex Iudæ, sideris,
Vultu sereno inlumina. 65

Tu, serente, qui tætram picem
Candente tinguis lacteo, 70
Ebenæque crystallum facis,
Delicta terge livida.

Sub nocte Jacob cæcula,
Factator audax Angeli,
Eo usque, dum lux surgeret,
Sudavit inpar proelium. 75

Sed cum jubar claresceret,
Labsante claudus poplite,
Femurque victus debile,
Culpæ vigorem perdidit. 80

Nutabat inguena faucium,
Quæ corporis pars vilior :

Longe, p[er]dis loco

Diram fovet libidine

Hæ nos docent imagines,
Hominem tenêbris obsitum,
Si forte non cedat Deo,
Viros rebelles perdere.

85

Eiit tamen beator,
Intemperans membrum cui
Luctando claudum & tabidum
Dies oborta invenerit.

90

Tandem faceffat cæcitas ;
Quæ nosinet in præceps diu
Labios finiftris gressibus
Errore traxit devio.

95

Hæc lux ferenum conferat,
Purosque nos præftet sibi.
Nihil loquamur subdolum :
Volvamus obscurum nihil.

100

Sic tota decurrat dies.
Ne lingua mendax, ne manu
Oculive peccent lubrici :
Ne noxa corpus inquinet.

Speculator adstat defuper :
Qui nos diebus omnibus,
Actusque nostros prospicit,
A luce prima in vesperum.

105

Hic testis, hic est arbiter,
Hic intuetur, quidquid est,
Humana quod mens concepit :
Hunc nemo fallit Judicem.

110

III. HYMNUS ANTE CIBUM.

O crucifer bone, lucifator,
Omniparens, pie, verbigena,
Edite corpore virgineo ;

Scd

Sed prius, si vis, ut auro de
Astra, solum, mare quam fierent.

5

Huc nitido precor intuitu
Flecte salutiferam faciem,
Fronte serenus; & in radia,
Nominis ut sub honore tui
Has epulas liceat capere.

10

Te sine dulce nihil, Domine:
Nec iuvat ore quid adpetere,
Pocula ni prius atque cibos,
Christe, tuus favor inbuerit,
Omnia sanctificante fide.

15

Fercula nostra Deum sapiant,
Christus & iuvat in pateras:
Seria, ludicra, verba, jocos,
Denique quod sumus aut agimus,
Trina superne regat pietas

20

Hic mihi nulla rosa spolia,
Nullus aroma: fragrat odor:
Sed liquor is; nit ambrosius,
Nectaream: & fidem redolet
Fusus ab ubere Patris gremio.

25

Sperne, Camena, leves hederas,
Cingere tempora quis solita es,
Sertaque, thyltica dactylico
Texeris, octa liga strofio,
Lauis Dei redimita comas.

30

Quod generosa potest anima,
Lacis & atheris indigena,
Solvere dignius obsequium;
Quam data munera, si recinat
Artificem modulata suum?

35

Ipse homini quia euncta dedit,
Quæ capimus dominante manu,
Quæ polus, aut humus, aut pelagus
Aëre, gurgite, rure creant;

Hæc mihi iudicis & Cl

40

Callidus inlaqueat volucres
Aut pedicis dolus aut maculis,
Inlita glutine corticeo
Vimina plumigeram seriem
Impediunt, & abire vetant.

45

Ecce, per æquora fluctivagos
Texta greges sinuosa trahunt :
Piscis item sequitur calamum,
Raptus acumine yulnifico,
Credula faucibus ora cibo.

50

Fundit opes ager ingenuas,
Dives aristiferæ segetis ;
Hic, ubi vitea pampineo
Brachia palmite luxuriant,
Pacis alumna ubi baca viret.

55

Hæc opulentia Christicolis
Servit, & omnia subpeditat.
Absit enim procul illa fam
Cædibus ut pecudum libe
Sanguineas lacerare dapes.

60

Sint fera gentibus indomi
Prandia de nece quadripedum
Nos holcriscoma, nos siliqua
Fata legumine multimodo
Paverit innocuis epulis.

65

Spumea mulctra gerunt niveos
Ubere de gemino larices,
Perque coagula densa liquor
In solidum coit, & fragili
Lac tenerum premitur calatho.

Mella recens mihi Cecropia
Nectare sudat olente favus :
Hæc opifex apes aërio
Rore liquat, tenuique thymo,
Nexilis inscia conubii.

75

Hinc

Hinc quædam memoris

Munera mitia proveniunt :

Arbor onus tremefacta suum

Deciduo gravis imbri pluit,

Puniceosque jacet cumulos.

80

Quæ veterum tuba, quæve lyra

Flatibus incluta vel fidibus,

Divitis Omnipotentis opus,

Quæque fruenda patent homini,

Laudibus æquiperare quæat ?

85

Te, pater optime, mane novo,

Solis & orbita cum media est;

Te quoque, luce sub occidua

Sumere cum monet hora cibum,

Nostra Deus canet harmonia.

90

Quod calet halitus interior,

Corde quod abdita vena tremit,

Pulsat & incita quod resonam

Lingua sub ore latens caveam,

Laus superi tuis esto mihi.

95

Nos igitur tua, sancte, manus

Cæspite cæcis posuit madido,

Effigiem hereditata suam :

Utque taret rata materies,

Flavit, indidit ore animam.

100

Tunc per amœna virecta jubet

Frigidicomis habitare locis :

Ser ubi perpetuum redolet,

Prataque multicolora latex

Quadrifluo celer anne rigat.

105

Hæc tibi nunc famulantur, ait :

Usibus omnia dedo tuis.

Sed tamen aspera mortifero

Stipite carpere poma vero,

Qui medio viret in nemore.

110

Hic Draco perfidus indocile

Virginis inliciti
 Ut loci in malefuada virum
 Mandere cogeret ex vetitis,
 Ipsa pari peritura modo. 115

Corpora inmutua, nosse nefas,
 Post epulas inoperta vident ;
 Lubricus error & erubuit :
 Tegmina suta parant foliis,
 Dedecus ut pudor occuleret. 120

Conscia culpa Deum pavitans
 Sede pia procul exigitur.
 Innuba femina qua fuerat,
 Conjugis excipit imperium,
 Foedera tristia iusta pati. 125

Auctor & ipse doli coluber
 Plectitur improbus, ut mulier
 Colla trilingua calce terat.
 Sic coluber muliebri solum
 Suspicit, atque virum mulies. 130

His ducibus vitiosa dehinc
 Posteritas ruit in facinus :
 Dumque rudes inuitatur avos,
 Fasque nefasque simul glomera
 Impia crimina morte luit. 135

Ecce, venit nova progenies,
 Æthere proditus alter homo,
 Non luteus, velut ille prius :
 Sed Deus ipse gerens hominem,
 Corporeisque carens vitiis. 140

Fit caro vivida sermo Patris ;
 Numine quam rutilante gravis
 Non thalamo, neque jure tori,
 Nec genialibus inlecebris
 Intemerata puella parit. 145

Hoc odium vetus illud erat,
 Hoc erat aspidis atque hominis

Sufficiat lenis scilicet
Plasma Dei potuisse mori.

185

Oris opus vigor igneolus
Non moritur ; quia flante Deo
Conpositus , superoque fluens
De folio Patris artificis,
Vim liquidæ rationis habet.

190

Viscera mortua quinetiam
Post obitum reparare datur :
Equæ suis iterum tumultis
Prisca renascitur effigies,
Pulvereo coëunte situ.

195

Credo equidem , neque vana fides,
Corpora vivere more animæ
Nam modò corporeum memini
De Phiegethonte gradu facili
Ad superos remeasse Deum.

200

Spes eadem mea membra manet :
Quæ redolentia funereo
Jussa quiescere sarcofago,
Dux parili redivivus humo
Ignea Christus ad astra vocat.

205

IV. HYMNUS POST CUM.

Pastis visceribus , ciboque sumto ,
Quem lex corporis inbecilla poscit ,
Laudem lingua Deo Patri rependat :

Patri , qui Cherubin sedile sacrum,
Necnon & Seraphin suum supremo
Subnixus folio tenet regitque.

Hic est , quem Zabaoth Deum vocamus ,
Expers principii, carensque fine ;
Rerum conditor , & repertor orbis.

Fons vitæ liquida fluens ab arce ,
Infusor fidei , sator pudoris,
Mortis perdomitor , salutis auctor.

10

Omnes

Omnes quos visus aut vitas, inde est.

Regnat Spiritus ille sempiternus,
A Christo simul & Parente missus. 15

Intrat pectora candidus pudica:
Quæ templi vice consecrata rident,
Postquam combiberint Deum medullis.

Sed si quid vitii dolive nasci
Inter viscera jam dicata sensit: 20
Ceum spurcum refugit celer facellum.

Tatrum flagrat enim vapore crasso
Horror conscius æstuante culpa,
Offensumque bonum niger repellit.

Nec solus pudor innocensve votum 25
Templum constituunt perenne Christo
In cordis mediis sinu ac recessu:

Sed, ne crapula serveat, cavendum est:
Quæ sedem fidei cibus refertam
Utique ad congeriem coartat intus. 30

Parcis victibus expedita corda
Infusum melius solum receptant:
Hic pastus animæ est, saporque vernus.

Sed nos tu primino fovens paratu,
Artus atque æcuanas utroque pastu 35
Confirmas, mater, ac vigore complas.

Sic olim præluens potestas,
Inter raucisonos situm leones,
Inlabris dapibus virum refovit.

Illum fusile Numen execrantem, 40
Et servare caput sub expolita
Invis materia nefas putantem,

Plebs dira Babylonis ac tyrannus
Morti subdiderant, fæcis dicarant,
Sævis protinus haustibus vorandum. 45

O semper pietas fidesque tuta!
Lambunt indomiti virum leones,
Intactumque Dei tremunt alumnus.

Adstant

Adstant comites, & jubas
 Mansuescit rabies, famelicam
 Prædam rictibus ambit incruentis.

50

Sed cum tenderet ad superna palmas,
 Expertumque sibi Deum rogaret,
 Clausus jugiter, indigentique victus:

Iustus nuntius advolare terris,
 Qui partum famulo daret probato,
 Raptim desilit obsequente mundo.

55

Cernit fortè procul dapes inemtâs:
 Quas mesloribus Habacuc propheta
 Agresti bonus exhibebat arte.

60

Hujus cæsarie manu prehensa,
 Plenis; sicut erat, gravem canistrum
 Suspensum rapit, & vehit per auras.

Tum raptus simul ipse prandiumque
 Sensim labitur in lacum leonum;
 Et, quas tunc epulas gerebat, offert.

65

Sumas lætus, ait, libensque carpas,
 Quæ summus Pater, Angelusque Christi
 Mittunt liba tibi sub hoc periculo.

His sumtis Danielus excitavit
 In cælum faciem, ciboque fortis
 Amen reddidit, haleluia dixit.

70

Sic nos muneribus tuis refecti,
 Latgitor Deus omnium bonorum,
 Grates reddimus, & factamus hymnos.

75

Tu nos tristifico velut tyranno,
 Mundi scilicet inpotentis actu
 Conclusos regis, & feram repellis:

Quæ circumfremit, ac vorare temptat,
 Infanos acuens furore dentes;
 Cur te, summe Deus, preceimur unum.

80

Vexamur, premimur, malis totamur:
 Oderunt, lacerant, trahunt, lacesunt:
 Juncta est suppliciiis fides iniquis.

Nec

Nec defit tantis anxiiis med

85

Nam languente truci ⁱⁿtra ,
Inlabſa ſuperingeruntur eſca.

Quas ſi quis ſitienter hauriendo
Non guſtu tenui , ſed ore pleno ,
Internis velit implicare venis :

90

Hic ſancto ſatiatus ex Propheta ,
Juſtorum capiet cibos virorum :
Qui fruſtum Domino metunt perenni ,
Nil eſt dulcius , ac magis ſaporum ,
Nil quod plus hominem juvare poſſit ,
Quam vatis pia præcinentis orſa.

95

His ſumtis licet inſolens poteſtas
Pravum judicet , inrogetque mortem :
Inpaſti licet inruant leones ,

Nos ſemper Dominum Patrem fatentes
In te , Chriſte Deus , loquemur unum ,
Conſtanterque tuam crucem feremus.

100

V. H Y M N U S , A D I N C E N S U M

U C E R N Æ .

Inventor rutili^c dux bone , luminis,
Qui certis vicib^{us} tempora dividis :
Merſo ſole Chaos ingruit horridum ,
Lucem redde tuis , Chriſte , fidelibus .

Quamvis innumero fidere regiam ,
Lunarique polum lampade pinxeris ,
Incuſſu ſilicis lumina nos tamen
Moveras ſaxigeno ſemine quærare.

5

Neſciret homo ſpem ſibi luminis
In Chriſti ſolido corpore conditam ;
Qui dici ſtabilem ſe voluit petram ;
Noſtris igniculis unde genus venit.

10

Pinguis quos olei rore madentibus
Lychnis aut facibus paſcimus aridis :

Quin & fila ſavis ſcarpea floreis

15

Preſſo

Presso melle pinus & vita sanguis

Vivax flama viget, lea cava testula

Sucum linteolo suggerit ebrio,

Seu pinus piceam fert alimoniam,

Seu ceram teretem stappa calens bibit.

20

Nectar de liquido vertice fervidum

Guttatim lacrimis stillat olentibus:

Ambustum quoniam vis facit ignea

Umbrem de madido flere cacumine.

Splendent ergo tuis muneribus, Pater,

25

Flammis mobilibus scilicet atria,

Absentemque diem lux agit amula,

Quam nox cum lacero victa fugit peplo.

Sed quis non rapidi luminis aethera,

Manantemque Deo cernat originem?

30

Moyse nempè Deum spinifera in rubo

Vidit conspicuo lumine flammicum.

Felix, qui meruit sentibus in sacris

Caelestis folii visere Principem,

Iustus nexa pedum vincula solveat,

35

Ne sanctum involucris pollueret locum.

Hunc ignem populus sanguinis aethyri

Majorum meritis tutus & inpotens

Suctus sub dominis vivere barbaris,

Jam liber sequitur longa per avia:

40

Quà gressum tulerant, castraque carulae

Noctis per medium concita moverant,

Plebem pervigilem fulgure praevio

Ducebat radius sole micantior.

Sed Rex Niliaci litoris, invido

45

Fervens felle, jubet praevalidam manum

In bellum rapidis ire cohortibus,

Ferratasque acies clangere classicum.

Sumunt arma viri, seque minacibus

Accingunt gladiis: triste canit tuba.

50

Hic fidit jaculis, ille volantia

F.

Præfigit calantibus Cnos

Densetur euneis turba pedestribus :
Currus pars , & equos , & volucres rotas
Conscendunt celeres , signaque bellica
Præhendunt humidis clara draconibus.

55

Hic jam servitii nescia pristini ,
Gens Pelusiæcæ uita vaporibus ,
Tandem purpurei gurgitis hospita
Rubris litoribus fœssa resederat.

60

Hostis dirus adest cum duce perfido ,
Infert & validis prælia viribus.

Moyſes porro suos in mare præcipit
Constans intrepidus tendere gressibus.

Præbent rupta locum stagna viantibus ,
Riparum in faciem pervia : sistitur
Circumstans vitreis unda liquoribus ,
Dum plebs sub bifido permeat æquore.

65

Pubes quinetiam decolor asperis
Inritata odiis , Rege sub impio ,
Hebraum sitiens fundere sanguinem ,
Audet se pelago credere concavo.

70

Ibant præcipiti turbine percita
Fluctus per medios agmina regia :
Sed confusa dehinc unda revolvitur
In semet revolans gurgite confluo.

75

Currus tunc , & equos , telaque naufraga,
Ipsos & proceres , & vaga corpora
Nigrorum videas nare satellitum ,
Aræ justitiam triste tyrannicæ.

80

Quæ tandem poterit lingua retexere
Laudes , Christe , tuas ? qui domitam Pharou
Plagis multimodis cedere præfuit
Cogis justitiæ , vindice dextera.

Qui pontum rapidis astibus invium
Persuadere vetas , ut refluo in salo
Securus pateat , te duce , transitus ,

85

Et

Et mox unda r.
 Cui jejuna eremi laxa locustibus
 Exundant scatebris, & latices novos 90
 Fundit scissa filex: quæ sitientibus
 Dat potum populis axe sub igneo.
 Instat fellis aqua, tristifico in lacu
 Fit ligni veniâ, mel velut Atticum.
 Lignum est, quo sapiunt aspera dulciùs: 95
 Nam præfixa cruci spes hominum viget.
 Inplet castra eibus tunc quoque ninguidus,
 Inlabens gelida grandine densius.
 His mentas epulis, hac dape construunt,
 Quam dat sidereo Christus ab æthere. 100
 Necnon imbrifero ventus anhelitu
 Crassa nube leves invehit alites,
 Quæ diffata in humum cùm semel agmina
 Fluxerunt, reduci non revolant fuga.
 Hæc olim patribus præmia contulit 105
 Insignis pictas Numinis unici:
 Cujus subsidio nos quoque vescimur,
 Pascentes dapibus pectora mysticis.
 Fessos ille vocat per freta sæculi,
 Discissis populum turbinibus regens, 110
 Jactatasque animas mille laboribus
 Justorum in patriam scandere præcipit.
 Illic purpureis tecta rosariis
 Omnis fragrat humus, calthaque pinguis.
 Et molles violas, & tenues crocos 115
 Fundit fonticulis uda sugacibus.
 Illic & gracili balsama surculo
 Desudata fluunt, raraque cinnama
 Spirant, & folium, fonte quod abdito
 Præambens fluvius portat in exitum. 120
 Felices animæ prata per herbida
 Concentu parili suavè sonantibus
 Hymnorum modulis dulce canunt melos,

Calcant & poscunt lilia caudibus
Sunt & spiritibus innocentibus 125

Pœnarum celebres sub Styge feriã,
Illa nocte, facer qua rediit Deus
Stagnis ad superos ex Acheronticis:
Non sicut tenebras de face fulgida
Surgens Oceano Lucifer inbuit, 130
Sed terris Domini de cruce tristibus
Major Sole novum restituens diem.

Marcent suppliciis Tartara mitibus,
Exsultatque sui carceris otio
Umbrarum populus liber ab ignibus: 135
Nec fervent solito flumina sulphure.

Nos festis trahimus per pia gaudia
Noctem conciliis; vota que prospera
Certatim vigili congerimus prece;
Exstructoque agimus liba sacrario. 140

Peudent mobilibus lumina funibus:
Quæ suffixa micant per laquearia,
Et de languidulis fota natatibus
Lucem perspicuo flamma jacit vitro.

Credas stelligeram desuper aream 145
Ornatam geminis stare Trionibus,
Et qua Bosphoreum temo regit jugum
Passum purpureos spargier Hesperos.

O res digna, Pater, quam tibi roscida
Noctis principio grex tuus offerat, 150
Lucem, qua tribuis nil pretiosius:
Lucem, qua reliqua præmia cernimus.

Tu lux vera oculis, lux quoque sensibus,
Intus tu speculum, tu speculum foris,
Lumen quod famulans offero, suscipe, 155
Tinctum pacifici chrisimatis unguine:

Per Christum genitum, summe Pater, tuum,
In quo visibilis stat tibi gloria;
Qui noster Dominus, qui tuus unicus

Spirat

Spirat de patrio ~~et~~ Paraclitum

Per quem splendor, honos, laus, sapientia,
 Majestas, bonitas, & pietas tua
 Regnum continuat numine triplici,
 Texens perpetuis sæcula sæculis.

VI. HYMNUS ANTE SOMNUM.

Ades, Pater supreme,
 Quem nemo vidit unquam,
 Patrisque sermo Christe,
 Et Spiritus benigne.

O Trinitatis hujus
 Vis una, lumen unum,
 Deus ex Deo perennis,
 Deus ex utroque missus.

Fluxit labor diei:
 Redit & quietis hora:
 Blandus sopor vicissim
 Fessos relaxat artus.

Mens æstuans procellis,
 Curisque fauciata,
 Totis bibit medullis
 Obliviale poculum.

Serpit per omne corpus
 Lethæa vis, nec ullum
 Miseris doloris ægri
 Patitur manere sensum.

Lex hæc data est caducis
 Deo jubente membris,
 Ut temperet laborem
 Medicabilis voluptas.

Sed, dum pererrat omnes
 Quies amica venas,
 Pectusque feriatum
 Placat rigante somno,
 Liber vagat per auras

Rapido ~~...~~ sensus, ~~...~~ 30

Variasque per figuras,

Quæ sunt operta, cernit.

Quia mens soluta curis,

Cui est origo calum,

Purusque fons ab æthra

35

Iners jacere nescit.

Imitata multiformes

Facies sibi ipsa fingit,

Per quas repente currens

Tenni fruatur actu.

40

Sed sensa somniantum

Dispar fatigat horror:

Nunc splendor intererrat,

Qui dat futura nosse.

Plerumque dissipatis

45

Mendax imago veris,

Animos pavore maestos

Ambage fallit atra.

Quem rara culpa morum

Non polluit frequenter,

50

Hunc lux serena vibrans

Rēs edocet latentes.

At, qui coinquinatum

Vitiis cor inpiavit,

Lusus pavore multo

55

Species videt tremendas.

Hoc Patriarcha noster

Sub carceris catena

Geminis simul ministris

Interpres adprobavit.

60

Quorum regressus unus,

Dat poculum tyranno:

Ast alterum rapaces

Fixum vorant volucres.

Ipsam deinde Regem

65

Per-

Perplexam
 Monuit famem futuram
 Clausis cavere accervis.

Mox Præsul ac Tetrarches ,
 Regnum per omne jussus
 Sociam tenere virgam ,
 Dominæ resedit aula.

70

O quam profunda justis
 Arcana per soporem
 Aperit tuenda Christus !
 Quam clara , quam tacenda ,
 Euangelista summi
 Fidissimus magistri ,
 Signata quæ latebant ,
 Nebulis videt remotis !

75

80

Ipsam Tonantis agnum
 De cade purpurantem ,
 Qui conscientium futuri
 Librum resignat unus.

Hujus manum potentem
 Gladius perarmat anceps ,
 Et fulgurans utrinque
 Duplicem minatur ictum.

85

Quasitor ille solus
 Animæque corporisque ,
 Ensisque bis timendus
 Prima ac secunda mors est.

90

Idem tamen benignus
 Ultor retundit iram ,
 Paucosque non piorum
 Patitur perire in avum.

95

Huic inclytus pcrenne
 Tribuit Pater tribunal :
 Hunc obtinere jussit
 Nomen supra omne nomen.

100

Hic præpotens cruenti

Exfin.

CATHEMERINON LIBER.	24
Exstinguere Antichristi :	
Qui de surcite monstro Pulchrum refert tropæum.	
Quam bestiam capace[m] ,	105
Populosque devorantem ,	
Quam sanguinis Charybdem ,	
Joannis execratur.	
Hanc nempe , quæ sacratum Præferre nomen ausa	110
Imam petit Gehennam ,	
Christo peremta vero.	
Tali sopore justus Mentem relaxat heros ,	
Ut spiritu sagaci	115
Cælum peragret omne.	
Nos nil meremur horum ,	
Quos creber inplet error :	
Concreta quos malarum Vitiat cupido rerum.	120
Sat est , quiete dulci Fessum fovere corpus :	
Sat , si nihil finistrum Vanæ minentur umbræ.	
Cultor Dei memento	125
Te fontis & lavacri Rorem subisse sanctum ,	
Te chrisinate innovatum.	
Fac , cum vocante somno	
Castum petis cubile ,	130
Frontem locumque cordis Crucis figura signet.	
Crux pellit omne crimen :	
Fugiunt crucem tenèbræ :	
Tali dicata signo	135
Mens fluctuare nescit.	
Procul , ô procul vagantum	

Porren. . . niorum : . . .
 Frocul esto pervicaci
 Præstigiator actu. . .

140

O tortuose serpens,
 Qui mille per Maandros,
 Fraudesque flexuosas,
 Agitas quieta corda :

Discede, Christus hic est :
 Hic Christus est, liquefce.
 Signum, quod ipse nosti,
 Damnat tuam catervam.

145

Corpus licet fatiscens
 Jaceat recline paullum,
 Christum tamen sub ipso
 Meditabimur sopore.

150

VII. HYMNUS JEJUNANTIUM.

O Nazarene, lux Bethlem, verbuni Patris,
 Quem partus alvi virginalis protulit,
 Adesto castis, Christe; parsimoniis,
 Festumque nostrum Rex serenus adspice;
 Jejuniorum dum litamus victimam. . .

5

Nil hoc profecto purius mysterio :
 Quo fibra cordis expiatur lividi :
 Intemperata quo domantur viscera,
 Arvina putrem ne resudans crapulam
 Obstrangulatæ mentis ingenium premat.

10

Hinc subjugatur luxus & turpis gula :
 Vini atque somni degener socordia,
 Libido sordens, inverecundus lepos,
 Variæque pestes languidorum sensuum,
 Parcæ subactæ disciplinam sentiunt.

15

Nam si licenter diffluens potu & cibo
 Jejuna ritè membra non coërcéas;
 Sequitur, frequenti marcida oblectamine
 Scintilla mentis ut tepescat nobilis,

Ani-

Animusque pigri. ~~erat in prae~~ 20

Frenentur ergo corporum cupidinés,
 Deterfa & intus emicet prudentia:
 Sic excitato perfpicax acumine,
 Liberque flatu laxiore spiritus
 Rerum parentem rectius precabitur. 25

Helia tali crevit observantia,
 Vetus sacerdos, ruris hospes aridi:
 Fragore ab omni quem remotum & segregem
 Sprevisse tradunt criminum frequentiam,
 Casto fruente Syrtium silentio. 30

Sed mox in auras igneis jugalibus,
 Curruque raptus evolavit praeete,
 Ne de propinquo sordium contagio
 Dirus quietum mundus adflaret virum,
 Olim probatis inclytum jejuniis. 35

Non antè cæli Principem septemplicis
 Moyfes tremendi fidus interpret throni
 Potuit videre, quàm decem recursibus
 Quater volutis Sol peragrans sidera
 Omni carentem cerneret substantia. 40

Victis precanti solus in lacrimis fuit:
 Nam flendo pernox inrigatum pulverem
 Humi madentis ore pressit cernuo:
 Donec loquentis voce præstrictus Dei
 Expavit ignem non ferendum visibus. 45

Joannis hujus artis haud minùs potens,
 Dei perennis præcurrit Filium:
 Curvos viarum qui retorsit tramites,
 Et flexuosa corrigens dispendia
 Dedit sequendam calle recto lineam. 50

Hanc obsequellam præparabat nuntius,
 Mox adfuturo construens iter Deo,
 Clivosa planis, confragosa ut lenibus
 Converterentur, neve quidquam devium
 Inlabfa terris inveniret Veritas. 55

Non usitatis ornibus hic natalibus,
 Oblita lactis jam vieto in pectore
 Matris tetendit serus infans ubera:
 Nec ante partu de senili effusus est,
 Quam prædicaret Virginem plenam Deo. 60

Post in patentes ille solitudines,
 Amictus hirtis bestiarum pellibus,
 Satisve tectus, hispida & lanugine,
 Secessit, horrens inquinari ac pollui
 Contaminatis oppidorum motibus. 65

Illic dicata parcus abstinentia
 Potum cibumque vir severæ industriæ
 In usque serum respuebat vesperum,
 Rarum locustis, & favorum agrestium
 Liquore pastum corpori suctus date. 70

Hortator ille primus, & doctor novæ
 Fuit salutis: nam sacrato in flumine
 Veterum piatas lavit errorum notas:
 Sed tincta postquam membra defæcaverat,
 Cælo refulgens influebat Spiritus. 75

Hoc ex lavacro labe decinta criminum,
 Ibant renati non secus, quam si rudis
 Auri recocta vena pulchrum splendeat:
 Micet metalli sive lux argentei,
 Sudum polito prænitens purgamine. 80

Referre prisca stemma nunc jejunii
 Liber, fideli proditum volumine,
 Ut dituendæ civitatis incolis
 Fulmen benigni mansuëfactum Patris
 Pie repressis ignibus pepercerit. 85

Gens insolenti præpotens jactantia
 Pollebat olim: quam fluentem nequiter
 Corrupta vulgò solverat lascivia:
 Et inde bruto contumax fastidio,
 Cultum superni negligebat Numinis. 90

Offensa tandem jugis indulgentiæ

Censura, justis excitatur motibus,
 Dextram perarmat romfeali incendio,
 Nimbos crepantes & fragosos turbines
 Vibrans tonantum nube flammaram quatit. 95

Sed pœnitendi dum datur diecula,
 Si fortè vellent inprobam libidinem,
 Veteresque nugas condomare ac frangere,
 Suspendit istum terror exorabilis,
 Paullumque dicta substitit sententia. 100

Jonam prophetam mitis ultor excitat,
 Pœnæ imminentis iret ut prænuntius:
 Sed nosset ille qui minacem Judicem
 Servare malle, quàm ferire ac plectere,
 Tectam latenter vertit in Thaisos fugam. 105

Celsam paratis pontibus scandit ratem:
 Udo revincta fune puppis solvitur:
 Itur per altum: fit procellosum mare:
 Tum caussa tanti quæritur periculi:
 Sors in fugacem missa vatem decidit: 110

Jussus perire solus è eunctis reus,
 Cujus voluta crimen urna expressierat.
 Præceps rotatur, & profundo inmergitur:
 Exceptus inde beluinis faucibus,
 Alvi capacis vivus hauritur speeu. 115

Transmissa raptim præda cassos dentium
 Eludit istus, incruentam transvolans
 Impunè linguam: ne retentam mordicus
 Ossam molares dissecarent uvidi;
 Os omne transit, & palatum præterit. 120

Ternis dierum ac noctium processibus
 Mansit ferino devoratus gutture:
 Errabat illic per latèbras viscerum:
 Ventris Mandros circuibat tortiles
 Anhelus extis intus æstuantibus. 125

Intactus exin tertiæ noctis vice
 Monstri vomentis pellitur singultibus,

Quà murmurant sine fluctus angitur,
 Sallosque candens spuma tundit pumices,
 Ruftatus exit, seque servatum stupet.

130

In Ninevitas se coactus percito
 Gressu reflectit: quos ut increpaverat,
 Pudenda censor inputans obprobria,
 Inpendet, inquit, ira summi Vindicis,
 Urbemque flamma mox cremabit, credite.

135

Apicem deinceps ardui montis petit,
 Visurus inde conglobatum turbidæ
 Fumum ruinæ, cladis & diræ struem,
 Testus flagellis multinodi germinis,
 Nato & repente perfruens umbraculo.

140

Sed mæsta postquam civitas vulnus novi
 Haufit doloris, heu supremum palpitat.
 Cursant per ampla congregatim moenia
 Plebs & Senatus, omnis ætas civium,
 Pallens juvenus, hejulantes feminae.

145

Placet frementem publicis jejuniis
 Placare Christum: mos edendi spernitur.
 Glaucos amictus induit monilibus
 Matriona demtis; proque gemma & serico
 Crinem fluentem sordidus spargit cinis.

150

Squalent recincta veste pullati patres,
 Sætasque plangens turba sumit textiles,
 Inpexa villis virgo bestialibus,
 Nigrante vultum contegit velamine:
 Jacens harenis & puer provolvitur.

155

Rex ipse, Coos æstuantem murices
 Lænam revulsa dissipabat fibula,
 Gemmas virentes & lapillos sutiles,
 Insigne frontis exuebat vinculum,
 Turpi capillos inpeditus pulvere.

160

Nullus bibendi, nemo vescendi memor:
 Jejuna mensas pubes omnis liquerat:
 Quin & negato lacte vagientium

Fletu

Fletu madescunt parvulorum cupulae :
 Sucum papillæ parca nutrix derogat. 165

Greges & ipsos claudit armentalium
 Sollers virorum cura , ne vagum pecus
 Contingat ore rorulenta gramina ,
 Totum strepentis neve fontis hauriant :
 Vacuis querellæ personant præsepibus. 170

Mollitus his & talibus brevem Deus
 Iran refrenat , temperans oraculum
 Prosper sinistrum : prona nam clementia
 Hand difficulter supplicem mortalium
 Solvit reatum , fitque fautrix flentium. 175

Sed cur vetustæ gentis exemplum loquor ?
 Pridem caducis cum gravatus artibus
 Jesus , dicato corde jejunaverit :
 Prænuncupatus ore qui prophetico
 Emanuel est , sive nobiscum Deus. 180

Qui corpus istud molle naturaliter ,
 Captumque laxo sub voluptatum iugo ,
 Virtutis arta lege fecit liberum ,
 Emancipator servientis plasmatæ ,
 Regnantis antè victor & cupidinis. 185

Inhospitali namque secretus loco
 Quinis diebus octies labentibus ,
 Nullam ciborum vindicavit gratiam ,
 Firmans salubri scilicet jejunio
 Vas adpetendis inbecillum gaudiis. 190

Miratus hostis , posse limum tabidum
 Tantum laboris sustinere ac perpeti ,
 Explorat arte sciscitator callida ,
 Deusne membris sit receptus terreis :
 Sed increpata fraude post tergum ruit. 195

Hoc nos sequamur quisque nunc pro viribus ,
 Quod consecrati tu magister dogmatis
 Tuis dedisti , Christe , sectatoribus :
 Ut cum vorandi vicerint libidinem ,

Latè triumphet ~~et~~ orator spiritus, 200

Hoc est, quod atri livor hostis invidet,
Mundi polique quod gubernator probat;
Altaris aram quod facit placabilem;
Quod dormientis excitat cordis fidem;
Quod limat agram pectorum rubiginem. 205

Perfusa non sic amne flamma exstinguitur,
Nec sic calente Sole tabescunt nives:
Ut turbidarum scabra culparum seges
Vanescit almo trita sub jejunio,
Si blanda semper misceatur largitas. 210

Est quippe & illud grande virtutis genus:
Operire nudos, indigentes pascere,
Opem benignam ferre supplicantibus:
Unam paremque sortis humanæ vicem
Inter potentes atque egenos ducere: 215

Satis beatus quisque dextram porrigit
Laudis rapacem, prodigam pecuniæ,
Cujus sinistra dulce factum nesciat:
Illum perennes protinûs complent opes,
Ditatque fructus fœnerantem centiplex. 220

VIII. HYMNUS POST

JEJUNIUM.

Christe, servorum regimen tuorum,
Mollibus qui nos moderans habenis
Leniter frenas, facilique saeptos
Lege coërces:

Ipse cùm portans onus inpeditum 5
Corporis, duros ruleris labores,
Major exemplis, famulos remisso
Dogmate palpas.

Nona summissum rotat hora Solem,
Partibus vixdum tribus evolutis, 10
Quarta devexo superest in axe
Portio lucis.

Nos

Nos brevis voti dape vindicat
Solvimus festum, fruimurque mensis
Adfatim plenis, quibus inbuatur

15

Prona voluptas.

Tantus æterni favor est magistri:
Doctor indulgens ita nos amico
Lætat hortatu, levis obsequella ut

20

Mulceat artus.

Addit &, ne quis velit invenuto
Sordidus cultu lacerare frontem:
Sed decus vultus, capitisque pexum

Comat honorem.

Terge jejunans, ait, omne corpus:
Neve subducto faciem rubore
Luteus tinguat color, aut notetur

25

Pallor in ore.

Rectius lato tegimus pudore,
Quidquid ad cultum Patris exhibemus:
Cernit occultum Deus, & latentem

30

Munere donat.

Ille ovem morbo residem, gregique
Perditam sano, malè dissipantem
Vellus adfixis vepribus per hirtæ

35

Devia silvæ

Inpiger pastor revocat, lupisque
Gestat exclusis, humeros gravatus:
Inde purgatam revehens aprico

40

Reddit ovili.

Reddit & pratis, viridique campo;
Vibrat in pexis ubi nulla lappis
Spina, nec germen sudibus perarmat

Carduus horrens:

Sed frequens palmis nemus, & reflexa
Vernat herbarum eoma: tum perennis
Gurgitem vivis vitreum fluentis

45

Laurus obumbrat.

Hiscē pro donis tibi, fide Pastor,
 Servitus quamnam poterit rependi? 50
 Nulla compensant pretium salutis

Vota precantum:

Quamlibet spreto sine more pastu
 Sponte confectos tenuemus artus,
 Teque contemptis epulis rogemus 55

Nocte dieque:

Vincitur semper minor obsequentum
 Cura, nec munus Genitoris æquat:
 Frangit & cratem luteam laboris

Grandior usus. 60

Ergo ne limum fragilem solutæ
 Deserant vires, & aquosus albis
 Humor in venis dominetur, agrum

Corpus encervans:

Laxus ac liber modus abstinenti
 Ponitur cunctis, neque nos severus
 Terror impellit: sua quemque cogit

Velle potestas.

Sufficit, quidquid facias, vocato
 Numinis nutu prius, inchoare, 70
 Sive tu mensam renuas, cibumque

Sumere temptes.

Adiuit dexter Deus, & secundo
 Prosperat vultu: velut hoc salubre
 Fidimus nobis fore, quod dicatas 75

Carpimus escas.

Sit bonum, supplex precor, & medellam
 Conferat membris, animumque pascat
 Sparsus in venas cibus obsecrantum

Christicolarum. 80

IX. HYMNUS OMNIS HORÆ.

Da, puer, plestrum, choreis ut canam fidelibus
 Dulce carmen & melodum, gesta Christi insignia:
 Hunc

Hunc Camœna nostra solum pangit, hunc laudet lyra.

Christus est, quem Rex sacerdos adfuturum pro-
tinus

Infulatus concinebat voce, chorda, & tympano, 5
Spiritus caelo influentem per medullas hauriens.

Facta nos & jam probata pangimus miracula,
Testis orbis est; nec ipsa terra, quod vidit, negat, 10
Comminus Deum docendis proditum mortalibus.

Corde fusus ex Parentis, ante mundi exordium, 10
Alpha & Ω cognominatus: ipse fons & clausula
Omnium, quæ sunt, fuerunt, quæq; post futura sunt.

Ipsè iussit, & creata, dixit ipse, & facta sunt:
Terra, cælum, fossa ponti, trina rerum machina,
Quæq; in his vigent sub alto Solis & Lunæ globo. 15

Corporis formam caduci, membra morti obnoxia
Induit, ne gens periret primoplasti ex germine,
Merferat quam lex profundo noxialis Tartaro.

O beatus ortus ille, Virgo cum puerpera
Edidit nostram salutem, facta sancto Spiritu; 20
Et puer redemptor orbis os sacratum protulit.

Pfallat altitudo cæli, pfallite omnes Angeli:
Quidquid est virtutis usquam, pfallat in laudem Dei:
Nulla linguarum filescat, vox & omnis consonat.

Ecce, quem vates vetustis concinebant sæculis, 25
Quem Prophetarum fideles pagina sponponderant,
Emitat promissus olim: cuncta conlaudent eum.

Cantharis infusa lympha fit Falernum nobile:
Nuntiat vinum minister esse promptum ex hydria,
Ipsè rex sapore tinctis obstupescit poculis. 30

Membra morbis ulcerosa, viscerum putredines
Mando ut abluantur, inquit: sit ratum, quod iusserat:
Turgidam cutem repurgant vulnerum piamina.

Tu perennibus tenebris jam sepulta lumina
In limo salubri, sacri & oris nectare: 35
Mox apertis hac medella lux reducta est orbibus.

Increpas ventum furentem, quod procellis tristibus

Vertat æquor furtis ab iuno, vexet & vagam ratem :
 Ille iussis obsecundat : mitis unda sternitur.

Exitum vestis sacratæ furtim mulier attigit: 40
 Protinus salus secuta est ; ora pallor deserit ;
 Sistitur rivus, cruore qui fluebat perpeti.

Exitu dulcis juventæ raptum ephebum viderat :
 Orba quem mater supremis funerabat fletibus :
 Surge, dixit. ille surgit, matri & adstans redditur. 45

Sole jam quarto carentem, jam sepulcro abscondi-
 Lazarum jubet vigere, reddito spiramine : (tum
 Fœtidum jecur reductus rursus intrat halitus.

Ambulat per stagna ponti: summa calcat fluctuum.
 Mobilis liquor profundi pendulam præstat viam, 50
 Nec fatiscit unda sanctis pressa sub vestigiis.

Suetus antro bustuali sub catenis frendere,
 Mentis inpos, efferatis percitus furotibus
 Profilit, ruitque supplex, Christum adesse ut senserat.

Pulsa pestis lubricorum milliformis Dæmonum, 55
 Corripit gregis suilli sordida spurcamina:
 Seque nigris mergit undis, & pecus lymphaticum.

Quinque panibus peresis, & gemellis piscibus,
 Ferte qualis ter quaternis serculorum fragmina :
 Adfatim refecta jam sunt ad cubantium milia. 60

Tu cibus panisque noster, tu perennis suavitas:
 Nescit esurire in ævum, qui tuam sumit dapem ;
 Nec lacinam ventris inplet, sed fovet vitalia.

Clausus aurium meatus, & sonorum nescius,
 Purgat ad præcepta Christi crassa quæq; obstacula, 65
 Vocibus capax fruendis, ac susurris pervius.

Omnis ægritudo cedit, languor omnis pellitur,
 Lingua satur, quam veterna vinxerant silentia,
 Gestat & suum per urbem lætus æger lectulum.

Quin & ipsum, ne salutis Inferi expertes forent, 70
 Tartarum benignus intrat: fracta cedit janua :
 Vestibus cadit revulsis cardo dissolubilis.

Ille prompta ad inruentes, ad revertentes tenax,

Ob-

Obiice extrorsum repulso porta reſcit mortuos:

Lege verſa, limen atrum jam recalandum patet. 75

Sed Deus dum luce fulvâ mortis antra inluminat,
Dum ſtupentibus tenêbris eandidum præſtat diem;
Triftia ſqualentis æthrae palluerunt ſidera.

Sol reſugit, & lugubri ſordidus ferrugine
Igneum reliquit axem, ſeque mærens abdidit: 80
Fertur horruiffè mundus noctis æternæ Chaos.

Solve vocem mens ſonoram, ſolve linguam mobilè:
Dic ttopæum paſſionis, dic triumphalem erueem:
Pange vexillum, notatis quod refulget frontibus.

O novum exdes ſtupenda vulneris miraculum! 85
Hinc cruoris fluxit unda, lymphâ parte ex altera:
Lymphâ nempe dat lavacrum, tum corona ex ſan-
guine eſt.

Vidit anguis inmolatam corporis ſacri hoſtiam,
Vidit, & fellis peruſti mox venenum perdidit,
Saucius dolore multo colla fractus ſibila. 90

Quid tibi, profane ſerpens, profuit rebus novis
Plafma primum perculiſſe, verſipelli aſtutia?
Diluit culpam recepto forma mortalis Deo.

Ad brevem ſe mortis uſum Dux ſalutis dedit,
Mortuos olim ſepultos ut redire inſueſceret, 95
Diſſolutis priſtinorum vinculis peccaminum.

Tunc pattes, ſanctiq; multi conditorem prævium
Jam revertentem ſecuti, tertio demum die
Carnis indumenta ſumunt, eque buſtis prodeunt.

Cerneres eoire membra de favillis aridis; 100
Frigidum venis reſumtis pulverem tepereſcere;
Oſſa, nervos, & medullas glutino cutis tegi.

Poſt, ut occaſum reſolvit, vitæ & hominem red-
didit,

Ardum tribunal alti victor adſcendit Patris,
Inclytam exlo reportans paſſionis gloriam. 105

Maſte, Judex mortuorum, maſte Rex viventium,
Dexter in Parentis arce qui cluis virtutibus,

Omnium venturus inde justus ultor cœcivum.

Te senes, & te juvenus, parvulorum te chorus,
Turba matrum virginumque, simplices puellulæ, 110
Voce concordēs pudicis perstrepat concentibus.

Fluminum lapsus, & undæ, litorum crepidines,
Imber, æstus, nix, pruina, silva, & aura, nox, dies,
Omnibus te concelébrent sæculorum sæculis.

X. HYMNUS CIRCA EXSEQUIAS
DEFUNCTI.

Deus, igneæ fons animarum,
Dno qui socias elementa,
Vivum simul ac moribundum,
Hominem, Pater, effigisti;
Tua sunt, tua, rector, utraque: 5
Tibi copula jungitur horum:
Tibi, dum vegetata cohærent,
Et spiritus & caro servit.

Rescissa sed ista seorsum
Solvunt hominem perimuntque: 10
Humus excipit arida corpus,
Animæ rapit aura liquorem.

Quia cuncta creata necesse est
Labefacta senescere tandem,
Compactaque dissociari, 15
Et dissona texta retexi.

Hanc tu, Deus optime, mortem
Famulis abolere paratus,
Iter inviolabile monstras,
Quo perdita membra resurgant. 20

Ut, dum generosa caducis,
Ceu carcere clausa, ligantur,
Pars illa potentior existet,
Quæ germen ab æthere traxit.

Si terrea fortè voluntas 25
Luteum sapit, & grave captat:

Ani-

Animus quoque pondere victus,
Sequitur sua membra deorsum.

At si generis memor ignei
Contagia pigra recuset:
Vehit hospita viscera secum,
Pariterque reportat ad astra.

30

Nam quod requiescere corpus
Vacuum sine mente videmus,
Spatium breve restat, ut alti
Repetat collegia sensus.

35

Venient cito saecula, cum jam
Socius calor ossa revisat,
Animataque sanguine vivo
Habitacula pristina gestet.

40

Quae pigra cadavera pridem
Tumulis putrefacta jacebant,
Volucres rapiuntur in auras,
Animas comitata priores.

Hinc maxima cura sepulcris
Inpenditur: hinc resolutos
Honor ultimus accipit artus,
Et funeris ambitus ornat.

45

Candore nitentia claro
Præterdere lintea mos est,
Adspersaque myrrha Sabæo
Corpus medicamine servat.

50

Quidnam sibi saxa cavata,
Quid pulchra volunt monumenta?
Nisi quod res creditur illis
Non mortua, sed data somno.

55

Hoc provida Christicolarum
Pietas studet, utpote credens
Fore protinus omnia viva,
Quae nunc gelidus sopor urguet.

60

Qui jacta cadavera passim
Miserans tegit aggere terræ,

Opus

Opus exhibet ille benignum
Christo pius omnipotenti.

Quin lex eadem monet omnes
Gemitum dare sorte sub una,
Cognataque funera nobis
Aliena in morte dolere.

65

Sancti fator ille Tobiaë,
Sacer ac venerabilis heros,
Dapibus jam ritè paratis
Jus prætulit exsequiarum.

70

Jam stantibus ille ministris,
Cyathos & fercula liquit,
Studioque accinctus humandi,
Fleto dedit ossa sepulcro.

75

Veniunt mox præmia cælo,
Pretiumque rependitur ingens:
Nam lumina nescia Solis
Deus inlita felle serenat.

80

Jam tunc docuit Pater orbis,
Quàm fit rationis egenis
Mordax & amara medella,
Cum lux animum nova vexat.

Docuit quoque, non priùs ullum
Cælestia cernere regna,
Quàm nocte & vulnere tristi
Toleraverit aspera inundi.

85

Mors ipsa beatior inde est,
Quòd per cruciamina leti
Via panditur ardua justis,
Et ad astra doloribus itur.

90

Sic corpora mortificata
Redeunt melioribus annis:
Nec post obitum recalescens
Compago fatiscere novit.

95

Hæc, quæ modò pallida tabo
Color albidus inficit, ora

Tunc

Tunc flore venustior omni
Sanguis cute tinguet amœnâ. 100

Jam nulla deinde senectus
Frontis decus invida carpet ,
Macies neque sicca lacertos
Suco tenuabit adefo.

Morbus quoque pestifer , artus 105
Qui nunc populatur anhelos ,
Sua tunc tormenta resudans
Luctu inter vincula mille.

Hunc eminus aère ab alto
Victrix caro , jamque perennis 110
Cernet sine fine gementem ,
Quos moverat ipse , dolores.

Quid turba superstes , inepta
Clangens ululamina miscet ?
Cur tam bene condita jura , 115
Luctu dolor arguit amens ?

Jam mæsta quiesce querella :
Lacrimas suspendite , matres :
Nullus sua pignera plangat :
Mors hæc reparatio vitæ est. 120

Sic semina sicca virescunt ,
Jam mortua , jamque sepulta :
Quæ reddita cespite ab imo
Veteres meditantur aristas.

Nunc suscipe terra fovendum , 125
Gremioque hunc concipe molli :
Hominis tibi membra sequestro ,
Generosa & fragmina credo.

Animæ fuit hæc domus olim
Factoris ab ore creatæ : 130
Fervens habitavit in istis
Sapientia principe Christo.

Tu depositum tege corpus.
Non inmemor illa requiret

Sua munera, fictor & auctor, 135
Propriique ænigmata vultûs.

Veniant modò tempora iusta,
Cum spem Deus impleat omnem,
Reddas patefacta necesse est,
Qualem tibi trado figuram. 140

Non, si cariosa vetustas
Dissolverit ossa favillis,
Fueritque cinisculus arens,
Minimi mensura pugilli,
Nec, si vaga flamina & auræ 145
Vacuum per inane volantes,
Tulerint cum pulvere nervos,
Hominem periisse licebit.

Sed dum resolvable corpus
Revocas, Deus, atque reformas, 150
Quanam regione jubebis
Animam requiescere puram?

Gremio senis addita sancti
Recubabit, ut illa Lazari:
Quem floribus undique saptum 155
Dives procul adspicit ardens.

Seqnimur tua dicta, Redemptor,
Quibus atra è morte triumphans,
Tua per vestigia mandas
Socium crucis ire latronem. 160

Patet ecce fidelibus ampli
Via lucida jam paradisi,
Licet & nemus illud adire,
Homini quod ademerat anguis:

Illic, precor, optime ductor, 165
Famulam tibi præcipe mentem
Genitali in sede sacrari,
Quam liquerat exsul & errans.

Nos testa fovebimus ossa
Violis & fronde frequenti: 170

XI. HYMNUS OCTAVO KALEN-
DAS JANUARIAS.

Quid est, quod artum circum
Sol jam recurrens deserit ?

Christusne terris nascitur,
Qui lucis auget tramitem ?

Heu, quam fugacem gratiam
Festina volvebat dies !

Quam pæne subductam facem
Sensim recisa exstinxerat !

Cælum nitescat lætius,
Graterur & gaudens humus :
Scandit gradatim denuo
Jubar priores lineas.

Emerge, dulcis pufio,
Quem mater edit castitas,
Parens & expers conjugis,
Mediator, & duplex genus.

Ex ore quamlibet Patris
Sis ortus, & Verbo editus ;
Tamen paterno in pectore
Sophia callebas prius.

Quæ prompta cælum condidit,
Cælum, diemque, & cetera.
Virtute Verbi effecta sunt
Hæc cuncta : nam Verbum Deus.

Sed ordinatis sæculis,
Rerumque digesto statu,
Fundator ipse & artifex
Permansit in Patris sinu :

Donec rotata annalium
Transvolverentur milia,
Atque ipse peccantem diu

Dignatus orbem viferet.

Nam caca vis mortalium,
Venerans inanes nāvias,
Vel æra, vel saxa algida,
Vel ligna credebat Deum.

35

Hæc dum sequuntur, perfidi,
Prædonis in jus venerant,
Et mancipatam fumido
Vitam barathro immerferant.

40

Stragem sed istam non tulit
Christus cadentum Gentium
Inpinnè, ne forsan sui
Patris periret fabrica.

Mortale corpus induit,
Ut excitato corpore
Mortis catenam frangret,
Homuncmq; portaret Patri.

45

Hic ille natalis dies,
Quo te creator arduus.
Spiravit, & limo indidit,
Sermone carnem glutinans.

50

Sentisne, Virgo nobilis,
Matura per fastidia,
Pudoris intactum decus
Honore partûs crescere?

55

O quanta rerum gaudia
Alvus pudica continet!
Ex qua novellum sæculum
Procedit, & lux aurea.

60

Vagitus ille exordium
Vernantis orbis prodidit:
Nam tunc renatus sordidum
Mundus veterum depulit.

Sparfisse tellurem reor
Rus omne densis floribus,
Ipsasque harenas Syrtium

65

Era-

Fragrassè nardo & nectare.

Te cuncta nascentem, puer,

Sensere dura & barbara :

70

Victusque saxorum rigor,

Obduxit herbam cotibus.

Jam mella de scopulis fluunt :

Jam stillat ilex arido

Sudans amomum stipite :

75

Jam sunt myricis balsama.

O sancta præsepis tui,

Æterne Rex, cunabula,

Populisque per sacrum sacra,

Mutis & ipsis credita !

80

Adorat hæc brutum pecus :

Indocta turba scilicet,

Adorat excors natio,

Vis cujus in pastu sita est.

Sed cum fideli spiritu

85

Concurrat ad præsepia

Pagana gens, & quadrupes ;

Sapiatque, quod brutum fuit ;

Negat patrum profapia,

Perosa præsentem Deum.

90

Credas venenis ebriam,

Furiisve lymphatam rapi.

Quid prona per scelus ruis ?

Agnosce, si quidquam tibi

Mentis resedit integræ,

95

Ducem tuorum principum.

Hunc, quem latêbra & obstetrix,

Et virgo fata, & cunulæ,

Et inbecilla infantia,

Regem dederunt Gentibus,

100

Peccator, intueberis

Celsum cornicis umbibus,

Deiectus ipse, & inritis

Plan-

Plangens reatum fletibus :

Cùm vasta signum buccina 105

Terris cremandis miserit ,

Et scissus axis cardinem

Mundi ruentis solverit :

Insignis ipse & praeeminens

Meritis rependet congrua : 110

His lucis usum perpetis ,

Illis Gehennam & Tartarum.

Judæa , tunc fulmen crucis

Experta , qui sit , senties ;

Quem , te furoris præfule 115

Mors hausit , & mox reddidit.

XII. HYMNUS EPIPHANIÆ.

Quicumque Christum quaritis,

Oculos in altum tollite :

Illic licebit visere

Signum perennis gloriæ.

Hæc stella , quæ Solis rotam 5

Vincit decore ac lumine ,

Venisse terris nuntiat

Cum carne terrestri Deum.

Non illa servit noctibus ,

Secuta Lunam menstruam : 10

Sed sola cælum possidens

Cursum dierum temperat.

Arctoa quamvis sidera

In se retortis motibus

Obire nolint ; attainen 15

Plerumque sub nimbis latent.

Hoc sidus æternum manet :

Hæc stella nunquam mergitur :

Nec nubis occurſu abdita

Obumbrat obductam facem. 20

Tristis cometa intercidat ,

Et

Et si quod astrum Sirio
Fervet vapore, jam Dei
Sub luce destructum cadat.

En Perfici ex orbis sinu,
Sol unde sumit januam,
Cernunt periti interpretes
Regale vexillum Magi.

25

Quod ut refulsit, ceteri
Celsere signorum globi:
Nec pulcher est ausus suam
Conferre formam Lucifer.

30

Quis iste tantus, inquit,
Regnator, astris imperans:
Quem sic tremunt caelestia,
Cui lux & æthra inserviunt?

35

Inlustre quiddam cernimus,
Quod nesciat finem pati:
Sublime, celsum, interminum,
Antiquus caelo & Chao.

40

Hic ille Rex est Gentium,
Populique Rex Judaïci,
Promissus Abrahamæ patri,
Ejusque in avum semini.

Æquanda nam stellis sua
Cognovit olim germina,
Primus sator credentium,
Nati inmolator unici.

45

Jam flos subit Davidicus
Radice Jessæa editus:
Sceptri que per virgam virens
Rerum cacumen occupat.

50

Exin sequuntur perciti
Fixis in altum vultibus,
Quæ stella fuleum traxerat,
Claramque signabat viam.

55

Sed verticem pueri supra

Signum

Signum pependit inminens,
 Pronaque submissum face
 Caput sacratum prodidit.

60

Vidère quod postquam Magi,
 Eoa promunt munera,
 Stratique votis offerunt
 Tus, myrrham, & aurum regium.

Agnosce clara insignia
 Virtutis ac regni tui,
 Puer ô: cui trinam Pater
 Prædestinavit indolem.

65

Regem Deumque adnuntiant
 Thesaurus & fragrans odor
 Turis Sabæi: ac myrrheus
 Pulvis sepulcrum prædocet.

70

Hoc hoc sepulcrum, quo, Deus
 Dum corpus exstingui finit,
 Atque id sepultum suscitât,
 Mortis refregit carcerem.

75

O sola magnarum urbium
 Major Bethlem; cui contigit
 Ducem salutis cælitus
 Incorporatum gignere!

80

Altrice te, summo Patri
 Heres creatur unicus,
 Homo ex Tonantis Spiritu,
 Idemque sub membris Deus.

Hunc & Prophetis testibus,
 Isdemque signatoribus,
 Testator & sator jubet
 Adire regnum & cernere.

85

Regnum, quod ambit omnia,
 Dia, & marina, & terrea,
 A Solis ortu ad exitum,
 Et Tartara & cælum supra.

90

Audit tyrannus anxius

Adesse

Adesse Regum Principem :

Qui nomen Israël regat , 95

Teneatque David regiam :

Exclamat amens nuntio :

Successor instat , pellimur :

Satelles , i , ferrum rape :

Perfunde cunas sanguine. 100

Mas omnis infans occidat :

Scrutare nutricum sinus :

Interque materna ubera

Ensem cruentet pugio.

Suspecta per Bethlem mihi 105

Puerperarum est omnium

Fraus , ne qua furtim subtrahat

Prolem virilis indolis.

Transfigit ergo carnifex

Mucrone districto furens 110

Effusa nuper corpora ,

Animasque rimatur novas.

Locum minutis artibus

Vix interemptor invenit ,

Quo plaga descendat patens , 115

Juguloque major pugio est.

O barbarum spectaculum !

Inlisa cervix cauribus

Spargit cerebrum lacteum ,

Oculosque per vulnus vomit. 120

Aut in profundum palpitans

Mersatur infans gurgitem :

Cui subter artis faucibus

Singultat unda & halitus.

Salvete flores martyrum , 125

Quos lucis ipso in limine

Christi infecutor sustulit ,

Ceu turbo nascentes rosas.

Vos prima Christi victima ,

Grex immolatorum tener , 130
 Aram ante ipsam simplices
 Palma & coronis luditis.

Quo proficit tantum nefas ?
 Quid crimen Herodem iuvat ?
 Unus tot inter funera 135
 Inpune Christus tollitur.

Inter coævi sanguinis
 Fluenta solus integer :
 Ferrum , quod orbabat nurus ,
 Partus scellit virginis. 140

Sic stulta Pharaonis mali
 Edicta quondam fugerat ,
 Christi figuram præferens
 Moyses receptor civium.

Cautum & statutum jus erat , 145
 Quo non liceret matribus ,
 Cum pondus alvi absolverent ,
 Puerile pignus tollere.

Mens obstetricis sedulæ
 Piè in tyrannum contumax , 150
 Ad spem potentis gloriæ
 Furata servat parvulum :

Quem mox sacerdotem sibi
 Adsumsit orbis conditor ,
 Per quem notatam faxeis 155
 Legem tabellis traderet.

Licetne Christum noscere
 Tanti per exemplum viri ?
 Dux ille casq; Ægyptio
 Absolvit Israël iugo. 160

At nos , subactos jugiter
 Erroris imperio gravi ,
 Dux noster hoste saucio
 Mortis tenêbris liberat.

Hic expiatam fluctibus 165
 Plebem

Plebem marino in transitu
Repurgat undis dulcibus,
Lucis columnam præferens.

Hic præliaute exercitu,
Pansis iu altum brachiis,
Sublimis Amalec premit
Crucis quod instar tunc fuit.

170

Hic nempè Jesus verior:
Qui longa post dispendia
Victor suis tribulibus
Promissa solvit jugera:

175

Qui ter quaternas denique
Refluentis amnis alveo
Fundavit & fixit petras,
Apostolorum stemmata.

180

Jure ergo se Judæ ducem
Vidisse testantur Magi,
Cum facta priscorum ducum
Christi figuram pinxerint.

Hic Rex priorum Judicum,
Rexere qui Jacob genus,
Dominæque Rex Ecclesiæ,
Templi & novelli & pristini.

185

Hunc posteri Esrem colunt,
Hunc sancta Manassæ domus,
Omnesque suspiciunt tribus,
Bis sena fratrum semina.

190

Quin & propago degener
Ritum secuta inconditum,
Quæcumque dirum fervidis
Bahal caminis coxerat:

195

Fumosa avorum numina,
Saxum, metallum, stipitem,
Rasum, dolatum, sectile,
In Christi honorem describit.

200

Gaudete, quidquid gentium est,

52 AUREL. PRUD. CATHEM. LIB.
Judæa, Roma, & Græcia,
Ægypte, Thrax, Persa, Scythæ:
Rex unus omnes possidet.

Laudate vestrum Principem
Omnes beati ac perditæ,
Vivi, inbecilli, ac mortui:
Jam nemo posthac mortuus.

205

CATHEMERINON LIBRI
FINIS.



A U.



AURELII PRUDENTII

C L E M E N T I S

IN LIBRUM ΠΕΡΙ ΣΤΕΦΑΝΩΝ

P R Æ F A T I O.



Dnmolat Deo Patri

Pius, fidelis, innocens, pudicus,

Dona conscientia; ;

Quibus beata mens abundat intus:

Alter & pecuniam

5

Recidit, unde victitent egeni.

Nos eitos iambicos

Sacramus & rotatiles trochaos

Sanctitatis indigi,

Nec ad levamen pauperum potentes:

10

Adprobat tamen Deus

Pedestre carmen, & benignus audit.

Multa divitis domo

Sita est per omnes angulos supellex.

Fulget aureus scyphus,

15

Nec ære defit expolita pelvis:

Est & olla fictilis,

Gravisque & ampla argentea est parapsis.

Sunt eburna quæpiam:

Non nulla quercu sunt cavata & ulmo:

20

Omne vas fit utile,

Quod est ad usum congruens herilem:

C 3

In-

Instruunt enim domum,

Ut einta magno, sic patata ligno.

Me paterno in atrio,

Ut obsoletum vasculum, caducis

Christus aptat usibus;

Sinitque parte in anguli manere.

Munus ecce fictile

Inimus intra regiam salutis:

Attamen vel infimam

Deo obsequellam præstitisse prodest.

Quidquid illud accidet,

Juvabit ore personasse Christum.

AURELII PRUDENTII

CLEMENTIS

ΠΕΡΙ ΣΤΕΦΑΝΩΝ LIBER.

HYMNUS I.

*In honorem sanctorum Martyrum Emeterii &
Chelidonii Calagurritanorum.*

Scribta sunt cælo duorum martyrum vocabula,

Aureis quæ Christus illic adnotavit litteris:

Sanguinis notis eadem scribta terris tradidit.

Pollet hoc felix per orbem terra Hibera stemmate.

Hic locus dignus tenendis ossibus visus Deo,

Qui beatorum pudicus esset hospes corporum.

Hic calentes hausit undas cæde tinctus duplici.

Inlitas cruore sancto nunc harenas incolæ

Confrequentant obsecrantes voce, votis, munere.

Exteri nec non & orbis huc colonus advenit: . 10

Fama nam terras in omnes percucurrit proditrix,

Hic patronos esse mundi, quos precantes ambient.

Nemo puras hic rogando frustra congesit preces:

Lætus hinc terfis revertit supplicator fletibus,
 Omne, quod justum poposcit, impetratum sen-
 ticens. 15

Tanta pro nostris periculis cura suffragantium est.
 Non sinunt, inane ut ullus voce murmur fuderit:
 Audiunt, statimque ad aurem Regis æterni serunt.

Inde larga fonte ab ipso dona terris influunt:
 Supplicum causas petitis quæ medellis inrigant. 20
 Nil suis bonus negavit Christus unquam testibus:

Testibus; quos nec catenæ, dura nec mois terruit
 Unicum Deum fateri sanguinis dispendio:
 Sanguinis sed tale damnum lux rependit longior.

Hoc genus mortis decorum est, hoc probis di-
 guum viris; 25

Membra morbis exedenda, texta venis languidis,
 Hostico donare ferro, morte & hostem vincere.

Pulchra res, ictum sub ense persecutoris pati.
 Nobilis per vulnus amplum porta justis panditur:
 Lota mens in fonte rubro sede cordis exsilit. 30

Nec rudem crudi laboris autè vitam duxerant
 Milites, quos ad perenne cingulum Christus vocat:
 Sueta virtus bello & armis, militat sacrariis.

Cæsaris vexilla relinquunt, eligunt signum Crucis:
 Proque ventosis draconum, quos gerebant, pal-
 liis, 35

Præferunt insigne lignum, quod draconem subdidit.

Vile censent, expeditis ferre dextris spicula;
 Machinis murum ferire; castra fossis cingere;
 Inpias manus cruentis inquinare stragibus.

Fortè tunc atrox secundos Israhelis posteros 40
 Ductor aulæ mundialis ire ad aram jusserat;
 Idolis litare nigris, esse Christi desugas.

Liberam succincta ferro pestis urgebat fidem:
 Illa virgas, & secures, & bisulcas ungulas
 Ultro sortis expetebat, Christi amore interrita. 45

Carcer inligata duris colla bacis inpedit,

Barbaras forum per omne tortor exeret manus :
Veritas crimen putatur : vox fidelis plestitur.

Tunc & ense cæsa virtus triste percussit solum,
Et rogis ingesta in æstis ore flammæ sorbuit. 50
Dulce tunc justis cremari ; dulce ferrum perpeti.

Hic duorum cara fratrum concalescunt pectora:
Fida quos per omne tempus junxerat sodalitas.
Stant parati ferre , quidquid fors tulisset ultima :
Seu foret præbenda cervix ad bipennem publi-
cam, 55

Verberum post vim crepantum, post catastas igneas;
Sive pardis offerendum pectus, aut leonibus.

Nosne Christo procreati Mammonæ dicabimur,
Et Dei formam gerentes serviemus sæculo ?
Absit , ut caelestis ignis se tenêbris misceat. 60

Sit satis, quòd capta primo vita sub chirographo,
Debitum persolvit omne, functa rebus Cæsaris.
Tempus est Deo rependi, quidquid est proprium Dei.

Ite, signorum magistri : & vos tribuni absistite:
Aureos auferte torques, sauciorum præmia : 65
Clara nos hinc Angelorum jam vocant stipendia.

Christus illic candidatis præsidet cohortibus,
Et throno regnans ab alto damnat infames deos,
Vosque, qui ridenda vobis monstra divos fingitis.

Hæc loquentes obruuntur mille pœnis marty-
res: 70

Nexibus manus utrasque flexus involvit rigor,
Et chalybs adtrita colla gravibus ambit circulis.

O vetustatis silentis obsoleta oblivio !
Invidentur ista nobis , fama & ipsa exstinguitur.
Chartulas blasphemus olim nam satelles abstulit, 75

Ne tenacibus libellis erudita sæcula,
Ordinem, tempus, modumque passionis proditum,
Dulcibus linguis per aures posterorum spargerent.

Hoc tamen solùm vetusta subtrahunt silentia,
Jugibus longuin catenis an capillum paverint : 80

Quo viros dolore tortor, quave pompa ornaverit.

Illā laus occulta non est, nec senescit tempore,
Missā quod sursum per auras evolarunt munera,

Quæ viam patere cæli præmicando ostenderent.

Illius fidem figurans, nube fertur anulus : 85

Hic sui dat pignus oris, ut ferunt, orarium :

Quæ superno rapta flatu lucis intrant intimum.

Per poli liquentis axem fulgor auri absconditur,

Ac diu visum sequacem textilis candor fugit :

Subvchuntur usq; in astra, nec videntur amplius. 90

Vidit hoc couentus adstans : ipse vidit carnifex;

Et manum represit hærens, ac stupore oppalluit :

Sed tamen peregit ictum, ne peiret gloria.

Jamne credis, bruta quondam Valconū gentilitas,

Quam sacrum crudelis error immolarit sanguinem? 95

Credis, in Deum relatos hostiarum spiritus?

Cerne, quam palam feroces hic domentur dæmo-

Qui lupino capta ritu devorant præcordia, (nes :

Strangulant mentes & ipsas, seque miscent sensibus.

Tunc, suo jam plenus hoste, sistitur furens ho-

ino ; 100

Spumeas efflans salivas, cruda torquens lumina,

Expiandus quaestione non suorum criminum.

Audias, nec tortor adstat, hejulatus flebiles :

Seinditur per flagra corpus, nec flagellum cernitur;

Crescit & suspensus ipse vinculis latentibus. 105

His modis spureum latronem martyrum virtus

quatit :

Hæc coërcet, torquet, urit: hæc catenas ineuit :

Prædo vexatus relictis se medullis exuit.

Linqvit inlæsam rapinam : faucibus siccis fugit :

Ungue ab imo usq; ad capillū salva reddit omnia, 110

Confitens ardere sese : nam Gehennæ est incola.

Quid loquar, purgata longis alba morbis corpora?

Algidus cum decoloros horror artus concutit:

Hic tumor vultum relinquit, hic color verus redit.

Hoc bonū Salvator ipse, quo fruamur, præstitit, 115
 Martyrum cū membra nostro consecravit oppido:
 Sospitant quæ nunc colonos, quos Hiberus adluit.

State nunc, hymnite, matres, pro receptis parvulis:
 Conjugum salute læta vox maritarum strepat :
 Sit dies hæc festa nobis, sit sacratum gaudium. 120

H Y M N U S II.

In honorem passionis Laurentii beatissimi Martyris.

Antiqua fanorum parens,
 Jam Roma Christo dedita,
 Laurentio victrix duce
 Riturum triumphas barbarum.

Reges superbos viceras,
 Populosque frenis presseras :
 Nunc monstruosis idolis
 Inponis imperii jugum.

Hæc sola decrat gloria
 Urbis togatæ insignibus,
 Feritate capta gentium
 Domaret ut spurcum Jovem.

Non turbulentis viribus
 Cossi, Camilli, aut Cæsaris;
 Sed martyris Laurentii
 Non incruento prælio.

Armata pugnavit Fides,
 Proprii cruoris prodiga:
 Nam morte mortem diruit,
 Ac semet inpendit sibi.

Fore hoc sacerdos dixerat
 Jam Xystus adfixus cruci,
 Laurentium flentem videns
 Crucis sub ipso stipite.

Desiste discessu meo
 Fletum dolenter fundere :

Præcedo, frater: tu quoque
Post hoc sequêris triduum.

Extrema vox Episcopi
Prænuntiatrix gloriæ 30
Nihil fefellit: nam dies
Prædicta palmam præstitit.

Qua voce, quantis laudibus
Celebrabo mortis ordinem?
Quo passionem carmine 35
Dignè retexens concinam?

Hic primus è septem viris,
Qui stant ad aram proximi,
Levita sublimis gradu,
Et ceteris præstantior, 40

Claustris sacrorum præerat,
Cælestis arcanum domûs
Fidis gubernans clavibus,
Votasque dispensans opes.

Versat famem pecuniæ 45
Præfectus urbi regiæ,
Minister insani ducis,
Exactor auri & sanguinis,

Qua vi latentes eruat
Nummos, operta existimans 50
Talenta sub sacrariis,
Cumulosque congestos tegi.

Laurentiûm sisti jubet:
Exquirat arcam ditibus
Massis refertam, & fulgidæ 55
Montes monetæ conditos.

Soletis, inquit, conqueri,
Sævire nos justò amplius,
Cùm Christiana corpora
Plus quàm cruentè scindimus. 60

Abest atrocioribus
Censura fervens motibus:

Blandè & quietè efflagito ,
 Quòd sponte obire debeas.

Hunc esse vestris orgiis
 Moremque & artem proditum est ,
 Hanc disciplinam fœderis ,
 Libent ut auro Antistites.

Argenteis scyphis ferunt
 Fumare sacrum sanguinem ,
 Auroque nocturnis sacris
 Adstare fixos cercos.

Tum summa cura est fratribus ,
 Ut sermo testatur loquax ,
 Offerre fundis venditis.
 Sestertiorum milia.

Addicta avorum prœdia
 Fœdis sub auctioribus
 Successor exheres gemit ,
 Sanctis egens parentibus.

Hæc occuluntur abditis
 Ecclesiarum in angulis :
 Et summa pietas creditur,
 Nudare dulces liberos.

Deprome thesauros , malis
 Suadendo quos præstigiis
 Exaggeratos obtines ;
 Nigrante quos claudis specu.

Hoc poscit usus publicus ,
 Hoc fiscus , hoc ærarium ;
 Ut didita stipendiis
 Ducem juvet pecunia.

Sic dogma vestrum est , audio :
 Suum quibusque reddito.
 En Cæsar agnoscit suum
 Nomisma nummis inditum.

Quod Cæsaris scis , Cæsari
 Da : nempe justum postulo.

Ni fallor, haud ullam tuus
Signat Deus pecuniam. 100

Nec cum veniret, aureos
Secum Philippos detulit:
Præcepta sed verbis dedit,
Inanis à inasuppio.

Inplete dictorum fidem,
Quæ vos per orbem venditis:
Nummos libenter reddite:
Estote verbis divites. 105

Nil asperum Laurentius
Refert ad ista, aut turbidum: 110
Sed, ut paratus obsequi,
Obtemperanter adnuit.

Est dives, inquit, non nego,
Habetque nostra Ecclesia
Opumque & auri plurimum: 115
Nec quisquam in orbe est ditior.

Is ipse tantum non habet
Argenteorum ænigmatum
Augustus, arcem possidens,
Cui nummus omnis scribitur. 120

Sed nec recuso prodere
Locupletis arcam Numinis:
Vulgabo cuncta & proferam
Pretiosa, quæ Christus tenet. 125

Unum sed orans flagito,
Indutiarum paullulum,
Quò fungar efficacius
Promissionis munere;

Dum tota digestim mihi
Christi supellex scribitur. 130
Nam calculanda primitus,
Tum subnotanda est summula.

Lætus tumescit gaudio
Præfectus, ac spe devorat

Aurum, velut jam conditum
Domi maneret, gestiens. 135

Pepigère tempus tridui :

Laudatus inde absolvitur
Laurentius, sponsor sui,
Et sponsor ingentis lucri. 140

Tribus per urbem cursitat

Dicbus, infirma agmina,
Omnesque, qui poscunt stipem,
Cogens in unum & congregans.

Illic utrisque obtutibus 145

Orbes cavatos præferens,
Baculo regebat prævio
Errore nutantem gradum:

Et claudus infraçto genu,
Vcl erure trunçco semipes,
Breviorve planta ex altera,
Gressum trahebat inparem. 150

Est, ulcerosis artubus

Qui tabe corrupta fluat :
Est, cujus arcus dextera
Nervos in ulnam contrahat. 155

Tales platèis omniibus

Exquirit, adsuctos ali
Ecclesiæ matris penu,
Quos ipse promus noverat. 160

Rccenset exin singulos,

Scribens viritim nomina ;
Longo & locatos ordine
Adstare pro templo jubet.

Præscriptus & jam fluxerat 165

Dies : furebat fervido

Judex avarus spiritu,
Promissa solvi efflagitans.

Tum martyr : Adstas velim,
Coramque dispositas opes

170
Mirère,

Mirère, quas noster Deus
Prædives in sanctis habet.

Videbis ingens atrium
Fulgere vasis aureis, 175
Et per patentes porticus
Structos talentis ordines.

It ille, nec pudet sequi.
Ventum ad sacratam januam:
Stabant catervæ pauperum, 180
Inculta visu examina.

Fragor rogantium tollitur:
Præfectus horrescit stupens,
Conversus in Laurentium,
Oculisque turbatis minax. 185

Contra ille, Quid fremdens, ait,
Minitaris? aut quid displicet?
Num sordida hæc aut vilia?
Num despuenda existimas?

Aurum, quod ardentem sitis,
Effossa gignunt rudera;
Et de metallis squalidis
Pœnalis excudit labor: 190

Torrens vel amnis turbidis
Volvens harenis implicat;
Quod terrulentum ac sordidum
Flammis necesse est decoqui. 195

Pudor per aurum solvitur:
Violatur auro integritas:
Pax occidit: fides perit:
Leges & ipsæ intercidunt. 200

Quid tu venenum gloriæ
Extollis, & magni putas?
Si quæris aurum verius;
Lux est, & humanum genus. 205

Hi sunt alumni luminis,
Quos corpus artat debile,

Ne per salutem viscerum
Mens insolescat turgida.

Cùm membra morbus dislicit , 210
Animus viget robustior :
Membris vicissim fortibus
Vis sauciatur sensuum.

Nam sanguis in culpam calens
Minus ministrat virium , 215
Si fervor effatus malis
Elumbe virus contrahat.

Si fortè detur optio ,
Malim dolore asperrimo
Fragmenta membrorum pati , 220
Et pulcher intus vivere.

Committe formas pestium ,
Et confer alternas lues :
Carnisne in orbus fœdior , 225
An mentis & morum ulcera ?

Nostri per artus debiles ,
Intus decoris integri,
Sensum venusti innoxium .
Languoris expertes gerunt. 230

Vestros valentes corpore
Interna corrumpit lepra ;
Errorque manca n claudicat ,
Et caca fraus nihil vider.

Quemvis tuorum divitum , 235
Qui veste & ore pœnitent ,
Magis probabo debilem ,
Quàm quis meorum est pauperum.

Hunc , qui superbit serico ,
Quem currus inflatum vehit : 240
Hydrops aquosus lucido
Tendit veneno intrinsecus.

Ast hic avarus contrahit
Manus recurvas , & volam

Π Ε Ρ Ι Σ Τ Ε Φ Α Ν Ω Ν Λ Ι Β Ε Ρ .	65
Plicans aduncis unguibus	245
Laxare nervos non valet.	
Istum libido fatida	
Per scorta tractum publica	
Luto & cloacis inquinat ,	
Dum spurca mendicat supra.	250
Quid ille fervens ambitu ,	
Sitemque honoris æstuans,	
Mersisne anhelat febribus ,	
Atque igne venarum furit ?	
Quisquis tacendi intemperans	255
Silenda prurit prodere ;	
Vexatur , & scalpit jecur ,	
Scabiemque cordis sustinet.	
Quid invidorum pectorum	
Srrumas retexam turgidas ?	260
Quid purulenta & livida	
Malignitatum vulnera ?	
Tute ipse , qui Romam regis ,	
Contemptor æterni Dei ,	
Dum dæmonum sordes coles ,	265
Morbo laboras regio.	
Hi , quos superbus despicias ,	
Quos execrandos judicas ,	
Brevi ulcerosos exuent	
Artus , & incolumes erunt :	270
Cùm carne corruptissima	
Tandem soluti ac liberi ,	
Pulcherrimo vitæ statu	
In arce lucebunt Patris :	
Non sordidati aut debiles ,	275
Sicut videntur interim ;	
Sed purpurantibus stolis	
Clari & coronis aureis.	
Tum si facultas subpetat ,	
Coràm tuis obtutibus	280
	Istos

Istos potentes sæculi
Velim recensendos dari.

Pannis videres obsitos,
Et mucculentis naribus,
Mentum salivis uvidum,
Lipposque palpebra putri. 285

Peccante nil est tætrius,
Nil tam leprosum, aut putidum:
Cruda est cicatrix criminum;
Oletque, ut antrum Tartari. 290

Animabus inversa vice
Corrupta forma infligitur,
Quas pulcher adspectus prius
In corpore oblectaverat.

En ergo nummos aureos, 295
Quos proximè sponderam:
Quos nec favillis obruat
Ruina, nec fur subtrahat.

Nunc addo gemmas nobiles,
Ne pauperem Christum putes: 300
Gemmas corusci luminis,
Ornatur hoc templum quibus.

Cernis sacratas virgines:
Miraris intactas anus,
Primique post damnum tori 305
Ignis secundi nescias.

Hoc est monile Ecclesiæ:
His illa gemmis comitur:
Dotata sic Christo placet:
Sic ornat altum verticem. 310

Eccum talenta; suscipe.
Ornabis urbem Romulam:
Ditabis & rem Principis;
Fics & ipse ditior.

Ridemur, exclamat fremens
Præfectus, ac miris modis 315
Per

Per tot figuras ludimur !

Et vivit infanum caput !

Inpunè tantas, furcifer,

Strofas cavillo mimico

Te nexuisse existimas,

320

Dum scurra saltas fabulam ?

Concinna visa urbanitas,

Tractare nosmet ludicris ?

Ergon' cachinnis venditus

Acroma festivum fui ?

325

Adeonc nulla austeritas,

Censura nulla est fascibus ?

Adeon' securem publicani

Mollis retundit lenitas ?

Dicis, Libenter obpetam :

330

Votiva mors est martyri.

Est ista vobis, novimus,

Persuasionis vanitas.

Sed non volenti inpertiam,

Præstetur ut mortis citæ

335

Conpendiosus exitus :

Perire raptim non dabo.

Vitam tenebo, & differam

Pœnis morarum jugibus,

Et mors inextricabilis

340

Longos dolores protrahet.

Prunas tepentes sternite,

Ne fervor ignitus nimis

Os contumacis occupet,

Et cordis intret abdita.

345

Vapor senescens langueat :

Qui fusus ad flatu levi

Tormenta sensim temperet

Semiustulati corporis.

Bene est, quòd ipse ex omnibus

350

Mystcriarches incidit :

Hic

Hic solus exemplum dabit,
Quid mox timere debeant.

Conscende constratum rogam :

Decumbe digno lectulo : 355

Tunc , si libebit , disputa ,
Nil esse Vulcanum meum.

Hæc fante Præfesto truces
Hinc inde tortores parant
Nudare amictu martyrem , 360

Vincire membra & tendere.

Illi os decore splenduit ;
Fulgorque circumfusus est.

Talem revertens legifer
De monte vultum detulit : 365

Judæa quem plebs aureo .

Bove inquinata & decolor

Expavit , & faciem retro

Detorsit inpatiens Dei.

Talemque & ille prætulit 370

Oris corusci gloriam

Stephanus , per imbrem saxum

Cælos apertos intuens.

Inluminatum hoc eminus

Recens piatis fratribus , 375

Baptisma quos nuper datum

Christi capaces fecerat :

Ast inpiorum excitas ,

Os oblitum noctis situ ,

Nigrante sub velamine 380

Obducta clarum non videt.

Ægyptiæ plagæ in modum :

Quæ , cum tenêbris barbaros

Damnaret , Hebræis diem

Sudo exhibebat lumine. 385

Quin ipsa odoris qualitas ,

Aducta quam reddit cutis ,

Diversa utrosque permovet :

His nidor , illis nectar est.

Idemque sensus dispari 390

Variatus aura , aur adficit

Horrore nares vindice ,

Aut mulcet oblectamine.

Sic ignis æternus Deus :

Nam Christus ignis verus est : 395

Is ipse complet lumine

Justos , & urit noxios.

Postquam vapor diutinus

Decoxit exustum latus ,

Ultrò è catasta judicem 400

Compellat adfatu brevi.

Converte partem corporis

Satis crematam jugiter ,

Et fac periculum , quid tuus

Vulcanus ardens egerit. 405

Præfectus inverti jubet.

Tunc ille : Costum est , devora ;

Et experimentum cape ,

Sit crudum an assum suavins.

Hæc ludibundus dixerat : 410

Calum deinde suspicit ,

Et eongemiscens oblectrat ,

Miseratus urbem Romulam :

O Christe , numen unicum ,

O splendor , ô virtus Patris , 415

O factor orbis & poli ,

Atque auctor horum mœnium :

Qui scēpra Romæ in vertice

Rerum locasti , fanciens

Mundum Quirinali togæ 420

Servire , & armis cedere :

Ut discrepantium gentium

Mores & observantiam ,

Linguaſque, & ingenia, & ſacra,
 Unis domares legibus. 425

En omne ſub regnum Remi
 Mortale conceſſit genus:
 Idem loquuntur diſſoni
 Ritus, id ipſum ſentiunt.

Hoc deſtinatum, quò magis 430
 Jus Chriſtiani nominis,
 Quodcunque terrarum jacet,
 Uno inligaret vinculo.

Da, Chriſte, Romanis tuis
 Sit Chriſtiana ut civitas: 435
 Per quam dediſti, ut ceteris
 Mens una ſacrorum foret.

Conſœderantur omnia
 Hinc inde membra in ſymbolum.
 Manſueſcit orbis ſubditus: 440
 Manſueſcat & ſummum caput.

Advertat, abjunctas plagas
 Coire in unam gratiam:
 Fiat fidelis Romulus;
 Et ipſe jam credat Numina. 445

Confundit error Troïcus
 Adhuc Catonum curiam,
 Veneratus occultis focis
 Phrygum Penates exſules.

Janum bifrontem & Sterculum 450
 Colit Senatus, (horreo
 Tot monſtra Patrum dicere)
 Et feſta Saturni ſenis.

Abſterge, Chriſte, hoc dedecus;
 Emitte Gabriël tuum; 455
 Agnoſcat ut verum Deum
 Errans Iuli cœcitas.

Et jam tenemus obſides
 Fidiffimos hujus ſpei:

Hic

Hic nempe jam regnant duo 460
Apostolorum principes :

Alter vocator gentium ;
Alter , cathêdram possidens
Primam , recludit creditas
Æternitatis januas. 465

Discede , adulter Juppiter,
Stupro sororis oblite :
Relinque Romam liberam ,
Plebemque jam Christi fuge.

Te Paulus hinc exterminat ; 470
Te sanguis exturbat Petri :
Tibi id , quod ipse atmaveras
Factum Neronis , officit.

Video futurum Principem
Quandoque , qui servus Dei 475
Tætris sacrorum sordibus
Servire Romam non sinat.

Qui templa claudat vœtibus ,
Valvas eburnas obstruat ;
Nefasta damnet limina , 480
Obdens aënos pessulos.

Tunc pura ab omni sanguine
Tandem nitebunt matmora :
Stabunt & æra innoxia ,
Quæ nunc habentur idola. 485

Hic finis orandi fuit ,
Et finis idem vinculi
Carnalis : erupit volens
Vocem secutus spiritus.

Vexère corpus subditis 490
Cervicibus quidam Patres :
Quos mira libertas viri
Ambire Christum suaserat.

Repens medullas indoles
Adflarat , & coëgerat 495
Amore

Amore sublimis Dei
 Odisse nugas pristinas.
 Refrixit ex illo die
 Cultus Deorum turpium :
 Plebs in sacellis rarior : 500
 Christi ad tribunal curritur.
 Sic dimicans Laurentius
 Non ense præcinxit latus :
 Hostile sed ferrum retro
 Torquens in auctorem tulit. 505
 Dum dæmon invictum Dei
 Testem laceffit prælio,
 Perfossus ipse concidit,
 Et stratus aeternum jacet.
 Mors illa sancti martyris , 510
 Mors vera templorum fuit :
 Tunc Vesta Palladios lares
 Inpennè sensit deseri.
 Quidquid Quiritum fuerat
 Orare simpuvium Numæ , 515
 Christi frequentans atria
 Hymnis resultat martyrem.
 Ipsa & Senatus lumina ,
 Quondam Luperei & Flamines,
 Apostolorum & martyrum 520
 Exosculantur limina.
 Videmus inlustres domos ,
 Sexu ex utroque nobiles
 Offerre votis pignera
 Clarissimorum liberum. 525
 Vittatus olim Pontifex
 Adscitur in signum Crucis ;
 Ædemque , Laurenti , tuam
 Vestalis intrat Claudia.
 O ter quaterque & septies 530
 Beatus urbis incola ;

Qui

Qui te, ac tuorum comminus

Sedem cœlebrat ossuum:

Cui propter advolvi licet;

Qui fletibus spargit locum;

Qui peccatus in terram premit,

Qui vota fundit murmuræ.

Nos Vasco Hiberus dividit

Binis remotos Alpibus,

Trans Cottianorum juga,

Trans & Pyrenas ninguidos.

Vix fama nota est, abditis

Quàm plena sanctis Roma sit,

Quàm dives urbanum solum

Sacris sepulcris floreat.

Sed qui caremus his bonis,

Nec sanguinis vestigia

Videre coram possumus:

Cælum intuemur eminus.

Sic, sancte Laurenti, tuam

Nos passionem quærimus:

Est aula nam duplex tibi,

Hic corporis, mentis polo.

Illic inenarrabili

Adlectus urbi municeps,

Æternæ in arce curiæ

Gestas coronam civicam.

Videor videre inlustribus

Gemmis coruscantem virum:

Quem Roma cælestis sibi

Legit perennem consulem.

Quæ sit potestas credita,

Et muneris quantum datum,

Probant Quiritum gaudia,

Quibus rogatus adnuit.

Quod quisque supplex postulat,

Fert inpetratum prosperè:

D

Poscunt,

535

540

545

550

555

560

565

Poscunt, jocantur, indicant,
Et tristis haud ullus redit.

Ceu praesto semper adsies,
Tuosque alumnos urbicos
Lactante complexus sinu
Paterno amore nutrias.

570

Hos inter, ô Christi decus,
Audi poëtam rusticum,
Cordis fatentem crimina,
Et facta prodentem sua.

575

Indignus, agnosco & scio,
Quem Christus ipse exaudiat:
Sed per patronos martyras
Potest medellam consequi.

580

Audi benignus supplicem
Christi rem Prudentium:
Et servientem corpori,
Absolve vinclis sæculi.

585

H Y M N U S III.

In honorem passionis Eulalia beatissima martyris.

Germine nobilis Eulalia,
Mortis & indole nobilior,
Emeritam sacra virgo suam,
Cujus ab ubere progenita est,
Ossibus ornât, amore colit.

5

Proximus Occiduo locus est,
Qui tulit hoc decus egregium,
Urbe potens, populis locuples:
Sed mage sanguine martyrii,
Virgineoque potens titulo.

10

Curriculis tribus atque novem
Tres hiemes quater adtigerat,
Cum crepitante pyra trepidos
Terruit aspera carnifices,

Suppli-

ΠΕΡΙ ΣΤΕΦΑΝΩΝ ΛΙΒΕΡ.	75
Supplicium sibi dulce rata.	15
Jam dederat prius indicium , Tendere se Patris ad solium ; Nec sua membra dicata toro : Ipsa crepundia reppulerat , Ludere nescia putiola.	20
Spernere fucina , flere rosas , Fulva monilia respuere : Ore severa , modesta gradum , Moribus & nimium teneris Canitiem meditata senum.	25
Ast ubi se furiara lues Excitat in famulos Domini , Christicolasque eruenta jubet Tura cremare , jecur pecudis Mortiferis adolere deis :	30
Infremuit sacer Eulalia Spiritus , ingenique ferox Turbida frangere bella parat ; Et , rude pectus anhela Deo , Femina provoeat arma virum.	35
Sed pia cura parentis agit Virgo animosa domi ut lateat , Abdita rure , & ab urbe procul : Ne fera sanguinis in pretium Mortis amore puella ruat.	40
Illam perosa quietis opem Degeneri tolerare mora , Nocte fores sine teste movet ; Sæptaque claustra fugax aperit : Inde per invia carpit iter.	45
Ingreditur pedibus laceris Per loca senta situ & vepribus , Angelico comitata choro : Et licet horrida nox fileat , Lucis habet tamen illa ducem.	50

Sic habuit generosa patrum
 Turba columniferum radium :
 Scindere qui tenebroſa potens
 Noſte viam face perſpicuâ
 Præſtitit , intereunre Chao.

55

Non aliter pia virgo , viam
 Noſte ſecuta , diem meruit ,
 Nec tenebris adoperta fuit ;
 Regna Canopica cum fugeret ,
 Et ſuper aſtra pararc iter.

60

Illa gradu cita pervigili ,
 Milia multa prius peragit ,
 Quàm plaga pandar Eoa polum :
 Mane ſuperba tribunal adit ,
 Faſcibus adſtat & in mediis ,

65

Vociferans : Rogo , quis furor eſt
 Perdere præcipites animas ,
 Et male prodiga corda ſui
 Sternere raſilibus ſcopulis ,
 Omnipatremque negare Deum ?

70

Quæritis , ô miſeranda manus ,
 Chriſticolum genus ? en ego ſum
 Dæmonicis inimica facris :
 Idola protero ſub pedibus :
 Pectore & ore Deum fateor.

75

Iſis , Apollo , Venus nihil eſt ;
 Maximianus & ipſe nihil :
 Illa nihil , quia facta manu :
 Hic , manuum quia facta colit :
 Frivola utraque , & utraque nihil.

80

Maximianus opum dominus ,
 Et tamen ipſe cliens lapidum ,
 Proſtituat voveatque ſuis
 Numinibus caput ipſe ſuum.
 Pectora cur generoſa quatit ?

85

Dux bonus , arbiter egregius ,

Sanguis-

Sanguine pascitur innocuo ;
 Corporibusque pijs inhians ,
 Viscera sobria dilacerat ,
 Gaudet & excruciate fidem. 90

Ergo age , tortor , adure , seca,
 Divide membra coacta luto.
 Solvere rem fragilem facile est.
 Non penetrabitur interior
 Exagitante dolore animus. 95

Talibus excitus in furias
 Prætor , ait : Rape præcipitem ,
 Licitor , & obrue suppliciis :
 Sentiat esse deos patrios ,
 Nec leve Principis imperium. 100

Quam cuperem tamen , ante necem
 Si potis es , revocare tuam ,
 Torva puellula , nequitiam !
 Respice , gaudia quanta metas :
 Quæ tibi fert gemalis honor. 105

Te lacrimis labefacta domus
 Prosequitur , generisque tui
 Ingemit anxia nobilitas ,
 Flore quod occidis in tenero ,
 Proxima dotibus & thalamis. 110

Non movet autea pompa tori ,
 Non pietas veneranda senum ,
 Quos temeraria debilitas ?
 Ecce parata ministeria
 Excruciabilis exitii. 115

Aut gladio feriere caput ,
 Aut laniabere membra feris ,
 Aut facibus data fumificis ,
 Flebilitetque ululanda tuis,
 In cineres resoluta flues. 120

Hæc , rogo , quis labor est fugere ?
 Si modicum salis eminulis

Turis & exiguum digitis
Tangere, virgo, benigna velis;
Pœna gravis procul afuerit. 125

Martyr ad ista nihil: sed enim
Infremit, inque tyranni oculos
Sputa jacet: simulacra dehinc
Dissipat, inpositamque molam
Turibulis pede profubigit. 130

Nec mora: carnifices gemini
Juncea pectora dilacerant,
Et latus ungula virgineum
Pulsat utrimque, & ad ossa secat;
Eulalia numerante notas. 135

Scriberis ecce mihi, Domine.
Quàm juvat hos apices legere,
Qui tua, Christe, tropæa notant!
Nomen & ipsa sacrum loquitur
Purpura sanguinis elicit. 140

Hæc sine fletibus & gemitu
Læta canebat & intrepida.
Dirus abest dolor ex animo:
Membraque pista cruore novo
Fonte cutem recalente lavant. 145

Ultima carnificina dehinc,
Non laceratio vulnifica,
Crate tenus nec arata cutis:
Flamma sed undique lampadibus
In latera stomachumque furit. 150

Crinis odor ut in jugulos
Fluxerat, involitans humeris,
Quo pudibunda pudicitia
Virgineusque lateret honos,
Tegmine verticis opposito: 155

Flamma crepans volat in faciem,
Perque comas vegetata caput
Occupat, exsuperatque apicem

Virgo,

Virgo, citum cupiens obitum,
Adpetit & bibit ore rogam.

160

Emicat inde columba repens,

Martyris os nive candidior

Visa relinquere, & astra sequi.

Spiritus hic erat Eulaliæ

Lactæolus, celer, innocuus.

165

Colla fluunt abeunte animâ,

Et roguis igneus emoritur:

Pax datur artibus exanimis,

Flatus in æthere plaudit ovans,

Templaque celsa petit voluer.

170

Vidit & ipse satelles avem

Feminae ab ore meare palam,

Obstupefactus & adtonitus

Prosilit, & sua gesta fugit:

Liétor & ipse fugit pavidus.

175

Ecce, nivem glacialis hiems

Ingerit, & tegit omne forum:

Membra tegit simul Eulaliæ,

Axe jacentia sub gelido,

Pallioli vice linteoli.

180

Cedat amor lacrimantium hominum,

Qui celebrare suprema solent;

Flebile cedat & officium:

Ipsa elementa, jubente Deo,

Exsequias tibi, virgo, ferunt.

185

Nunc locus Emerita est tumulo

Clara colonia Vertoniæ:

Quam memorabilis amnis Ana

Præterit; & viridante rapax

Gurgite mœnia pulchra lavit.

190

Hic, ubi marmore perspicuo

Atria luminat alma nitor

Et peregrinus & indigena,

Reliquias cineresque sacros

Servat humus veneranda sinu. 195

Tecta corusca super rutilant

De laquearibus aureolis ,

Saxaque caesa solum variant :

Floribus ut rosulenta putes

Prata rubescere multimodis. 200

Carpite purpureas violas ,

Sanguineosque crocos metite ;

Non caret his genialis hiems :

Laxat & arva tepens glacies ,

Floribus ut cumulet calathos. 205

Ita comantibus è foliis

Munera, virgo puerque , date :

Ast ego ferta choro in medio

Texta feram pede dactylico ,

Vilia , marcida , festa tamen. 210

Sic venerariè ossa libet ,

Ossibus altar & inpositum :

Illa Dei sita sub pedibus

Prospicit hæc , populosque suos

Carmine propitiata fovet. 215

H Y M N U S I V.

*In honorem sanctorum decem & octo Martyrum
Casaraugustanorum.*

Bis novem noster populus sub uno

Martyrum servat cineres sepulcro :

Casaraugustam vocitamus urbem ,

Res cui tanta est.

Plena magnorum domus Angelorum 5

Non timet mundi fragilis ruinam ,

Tot sinu gestans simul offerenda

Munera Christo.

Cùm Deus dextram quatiens coruscam

Nube subnixus veniet rubente , 10

Gentibus justam positurus æquo
Pondere libram :

Orbe de magno caput excitata
Obviam Christo properanter ibit
Civitas quaque , pretiosa portans 15
Dona canistris.

Afra Carthago tua promet ossa
Ore facundo , Cypriane doctior :
Corduba Aciselum dabit & Zoëllum ,
Tresque coronas. 20

Tu tribus gemmis diadema pulchrum
Offeres Christo , genetrix piorum
Tarraco : intexit cui Fructuosus
Sutile vinculum.

Nomen hoc geminæ strophio inligata est: 25
Emicant juxta lapides gemelli ,
Ardet & splendor parilis duorum
Igne cornico.

Parva Felicis decus exhibebit
Artubus sanctis locuples Gerunda : 30
Nostra gestabit Calagurris ambos ,
Quos veneramur.

Barcinon claro Cucufate freta
Surget , & Paulo speciosa Narbo :
Teque præpollens Arelas habebit , 35
Sancte Genesi.

Insitanorum caput oppidorum
Urbs , adorata cineres puellæ
Obviam Christo rapiens , ad aram
Porriget ipsam. 40

Sanguinem Justi , cui Pastor hæret,
Ferculum duplex , geminumque donum
Ferre Complutum gremio juvabit
Membra duorum.

Ingerer Tingis sua Cassianum , 45
Festa Massylum monumenta Regum :

Qui cinis gentes domitas coëgit
Ad juga Christi.

Singulis paucæ, tribus aut duobus
Forsan & quinis aliqua placebunt 50
Testibus Christi, prius hostiarum
Pignere functæ.

Tu decem sanctos revches & octo,
Cæsaraugusta studiosa Christi,
Verticem flavis oleis revincta 55
Pacis honore.

Sola in occursum numerosiores
Martyrum turbas Domino parasti:
Sola, prædives pietate, multâ
Luce fruêris. 60

Vix parens orbis populosa Pœni,
Ipsa vix Roma in solio locata,
Te decus nostrum superare in isto
Munere digna est.

Omnibus portis sacer inmolatus 65
Sanguis exclusit genus invidorum
Dæmonum, & nigras pepulit tenêbras
Urbe piatâ.

Nullus umbrarum latet intus horror:
Pulsa nam pestis populum refugit. 70
Christus in totis habitat platêis:
Christus ubique est.

Martyrum credas patriam coronis
Debiram sacris; chorus unde surgens
Tendit in cælum niveus togatæ 75
Nobilitatis.

Inde, Vincenti, tua palma nata est,
Clerus hic tantum peperit triumphum:
Hic sacerdotum domus infulata
Valeriorum. 80

Sævus antiquis quotiens procellis
Turbo vexatum tremefecit orbem,
Tristior

Tristior templum rabies in istud
Intulit iras.

Nec furor quisquam sine laude nostrum 85
Cessit, aut clari vacuus cruoris:
Martyrum semper numerus sub omni
Grandine crevit.

Nonne, Vincenti, peregri necandus
Martyr, his terris tenui notasti 90
Sanguinis rore speciem futuri

Morte propinquâ?
Hoc colunt cives, velut ipsa membra
Cæspes includat suus, & paterno
Servet amplectens tumulo beati 95
Martyris ossa.

Noster est, quamvis procul hinc in urbe
Passus ignota dederit sepulcri
Gloriam victor, propè lituis altæ
Forte Sagunti. 100

Noster, & nostra puer in palæstra,
Arte virtutis fideique olivo
Unctus, horrendum didicit domare
Viribus hostem.

Noverat templo celebres in isto 105
Ostias partas deciesque palmas,
Laurcis doctus patriis eâdem
Laudè cucurrit.

Hic &, Euerati, recubant tuarum
Ossa virtutum: quibus efferati 110
Spiritus mundi violenta virgo
Dedecorasti.

Martyrum nulli remanente vita
Contigir rerris habitare nostris:
Sola tu morti propriæ superstes 115
Vivis in orbe.

Vivis, ac poenæ seriem retexis,
Carnis & cæcæ spoliū retentans,

Tetra quàm sulcos habeant amarus

Vulnera , narras.

120

Barbarus tortor latus omne carpsit,

Sanguis inpensus , lacerata membra,

Pectus abscisâ patuit papillâ

Corde sub ipso.

Jam minus mortis pretium peractæ est ;

125

Quæ , venenatos abolens dolores ,

Concitam membris tribuit quietem

Fine soporo.

Cruda te longùm tenuit cicatrix,

Et diu venis dolor hæsit ardens ,

130

Dum putrescentes tennat medullas

Tabidus humor.

Invidus quamvis obitum supremum

Persecutoris gladius negarit :

Plena te , martyr , tamen , ut pereintam,

135

Pœna coronat.

Vidimus partem jecoris revulsam .

Ungulis longè jacuisse pressis :

Mors habet pallens aliquid tuorum,

Te quoque vivâ.

140

Hunc novum nostræ ritulum fruendum

CæsarAugustæ dedit ipse Christus ,

Juge viventis domus ut dicata

Martyris esset.

Ergo ter senis sacra candidatis ,

145

Dives Optato simul & Luperco ,

Perge conscriptum tibi met Senatum .

Pangere psalmis.

Ede Successum : cane Martialem :

Mors & Urbani tibi concinatur :

150

Juliam cantus resonet , simulque

Quintilianum.

Publium pandat chorus , & revolvat ,

Quale Frontonis fuerit tropæum ;

Quid

Quid bonus Felix tulerit , quid acer
Cæcilianus. 155

Quantus , Evoti , tua bella sanguis
Tinxerit , quantus tua , Primitive :
Tum tuos vivax recolat triumphos
Laus , Apodemi. 160

Quattuor posthinc superest virorum
Nomen extolli , renuente metro :
Quos Saturninos memorat vocatos
Prisca vetustas.

Carminis leges amor aureorum 165
Nominum parvi facit , & loquendi
Cura de sanctis vitiosa non est ,
Nec rudis umquam.

Plenus est artis modus , adnotatas
Nominum formas recitare Christo : 170
Quas tenet cæli liber , explicandus
Tempore justo.

Octo tunc sanctos recolet decemque
Angelus coram Patre Filioque ,
Urbis unius regimen terentes
Jure sepulcri. 175

Quin ad antiquum numerum trahetur,
Viva post pœnæ specimen puella ,
Morsque Vincenti , cui sanguis hinc est ,
Fons & honoris. 180

Additis Caio (nec enim silendi)
Teque , Crenenti : quibus incruentum
Ferre provénit decus ex secundo
Laudis agone.

Ambo confessi Dominum steterunt 185
Acriter contra fremitum latronum :
Ambo gustarunt leviter saporem
Martyriorum.

Hæc , sub altari sita sempiterno,
Lapsibus nostris veniam precatur 190
Turba,

Turba, quam servat procerum creatrix
Purpureorum.

Nos pio fletu, date, perluamus
Marmorum sulcos, quibus est operta
Spes, ut absolvam retinaculorum
Vincla meorum.

195

Sterne te totam generosa sanctis
Civitas mecum tumulis: deinde
Mox resurgentes animas & artus
Tota sequêris.

200

H Y M N U S V.

Passio sancti Vincentii Martyris.

Beate martyr, prospera
Diem triumphalem tuum,
Quo sanguinis merces tibi
Corona, Vincenti, datur.

Hic te ex tenêbris sæculi,
Tortore visto & iudice,
Evexit ad cælum dies,
Christoque ovantem reddidit.

3

Nunc Angelorum particeps
Conlucis insigni stola:
Quam testis inodomabilis
Rivis cruoris laveras.

10

Cum te satelles idoli
Præinctus atris legibus,
Litare Divis gentium.
Ferro & catenis cogeret.

15

Ac verba primùm molliâ
Suadendo blandè effuderat;
Captator ut vitulum lupus
Rapturus adludit prius.

20

Rex, inquit, orbis maximus,
Qui sceptrâ gestat Romula,

Servire

Servire sanxit omnia
Priscis deorum cultibus.

Vos Nazareni adistite ; 25
Rudemque ritum spernite :
Hæc saxa , quæ Princeps colit ,
Placate fumo & victima.

Exclamat hîc Vincentius ,
Levita de tribu sacra , 30
Minister altaris Dei ,
Septem è columnis lacteis :

Tibi ista præsent numina :
Tu saxa , tu lignum colas :
Tu mortuorum mortuus 35
Fias Deorum Pontifex.

Nos lucis auctorem Patrem ,
Ejusque Christum Filium ,
Qui solus ac verus Deus ,
Datiane , confitebimur. 40

Hic ille jam commotior :
Audesne , non felix , ait ,
Jus hoc Deorum & Principum
Violare verbis asperis ?

Jus & sacratum & publicum , 45
Cui cedit humanum genus ?
Nec te juventæ fervidæ
Instans periculum permovet ?

Hoc namque decretum cape :
Aut ara ture & cæspite 50
Precanda jam nunc est tibi ,
Aut mors luenda est sanguine.

Respondit ille altrinsecus :
Age ergo , quidquid virium ,
Quidquid potestatis tibi est , 55
Palàm reluctor , exsere.

Vos nostra quæ sit , accipe.
Est Christus & Pater Deus :

Servi hujus ac testes sumus.

Extorque, si potes, fidem.

60

Tormenta, carcer, unguæ,

Stridensque flammis lammina,

Atque ipsa pœnarum ultima,

Mors Christianis ludus est.

O vestra inanis vanitas,

65

Scitumque brutum Cæsaris!

Condigna vestris sensibus

Coli jubetis numina.

Excisa fabrili manû,

Cavis recocta & follibus:

70

Quæ voce, quæ gressu carent,

Innota, cæca, elingua.

His sumtuosa splendido

Delubra crescunt marmore:

His colla mugientium

75

Percussa taurorum cadunt.

At sunt & illic spiritus.

Sunt; sed magistri criminum,

Vestræ & salutis aucupes,

Vagi, inpotentes, sordidi:

80

Qui vos latenter incitos

In omne compellunt nefas,

Vastare justos cædibus,

Plebem piorum carpere.

Norunt & ipsi ac sentiunt

85

Pollere Christum & vivere,

Ejusque jam jamque adfore

Regnum tremendum perfidis.

Clamant farentes denique

Pulsi è latêbris viscerum,

90

Virtute Christi & nomine

Divique & idem dæmones.

His intonantem martyrem

Judex profanus non tulit.

Con-

Conclamat : Os obtrudite, 95

Ne plura jactet inprobis.

Vocem loquentis claudite ;

Raptimque lictores date ,

Illos reorum carnibus

Pastos , manuque exercitos. 100

Jam faxo , jus prætorium

Conviciator sentiat ;

Ne impunè , ne nostris sibi

Dīs destruendis luserit.

Tibi ergo soli , contunax , 105

Tarpeia calcentur sacra ?

Tu porro solus obteras

Roman , Senatū , Cæsarem ?

Vinctum retortis brachiis

Sursum ac deorsum extendite, 110

Compago donec ossium

Divulsa membratim crepet.

Post hinc hiulcis ictibus

Nudate costarum abdita ,

Ut per lacunas vulnerum 115

Jecur resectum palpitet.

Ridebat hæc miles Dei ,

Manus errentas increpans ,

Quod fixa non profundius

Intraret artus ungula. 120

Ac jam omne robur fortium

Eviscerando cesserat ;

Nisusque anhelus solverat

Fessos lacertorum toros.

Ast ille tanto lætior , 125

Omni vacantem nubilo

Frontem serenam luminat ,

Te , Christe , presentem videns.

Quis vultus iste , pro pudor !

Datianus aiebat furens. 130

Gaudet,

Gaudet, renidet, provocat
Tortore tortus acrior.

Nil illa vis exercita
Tot noxiorum mortibus
Agone in isto proficit,
Ars & dolorum vincitur.

135

Sed vos, alumni carceris,
Par semper invictum mihi,
Cohibete paullum dexteras,
Respiret ut lassus vigor.

140

Præfica rursus ulcera,
Dum se cicatrix colligit
Refrigerati sanguinis,
Manus resulcans diruet.

His contra Levites refert:
Si jam tuorum perspicias
Languere virtutem canum:
Age ipse, major carnifex,

145

Ostende, quo pacto queant
Imos recessus scindere,
Manus & ipse interfere,
Rivosque ferventes bibe.

150

Erras, cruenta, si meam
Te rere poenam sumere,
Cum membra morti obnoxia
Dilancinata interficis.

155

Est alter, est intrinsecus,
Violare quem nullus potest:
Liber, quietus, integer,
Exfors dolorum tristium.

160

Hoc, quod laboras perdere
Tantis furoris viribus,
Vas est solutum ac fictile,
Quocumque frangendum modo.

Quin inmo nunc enitere
Illum secare ac plectere,

165

Qui

Qui perstat intus, qui tuam
Calcat, tyranne, insaniam.

Hunc, hunc laceffe; hunc discute
Invictum, inexsuperabilem, 170
Nullis procellis subditum,
Solique subiectum Deo.

Hæc fatur, & stridentibus
Laniatur uncis denuo.
Cui Prætor ore subdolo 175
Anguina verba exhibilat:

Si tanta callum pectoris
Prædurat obstinatio,
Pulvinar ut nostrum manu
Abomineris tangere: 180

Saltem latentes paginas,
Librosque opertos detege,
Quò secta pravum seminans
Justis eremetur ignibus.

His martyr auditis ait: 185
Quem tu, maligne, mysticis
Minitaris ignem litteris,
Flagrabis ipse hoc iustius.

Romphæa nam cælestium
Vindex erit voluminum, 190
Tanti veneni interpretem
Linguam perurens fulmine.

Vides favillas indiees
Gomorrhæorum eriminum:
Sodomita nec latet cinis, 195
Testis perennis funeris.

Exemplar hoc, serpens, tium est:
Fuligo quem max sulphuris,
Bitumen & mixtum piee
Imo implicabunt Tartaro. 200

Hic persecutor sancius
Palles, rubescit, æstuat,

Infana torquens lumina ;
Spumasque frendens egerit.

Tum deinde cunctatus diu 205
Decernit extrema omnium :
Igni , grabato , & laminis
Exerceatur quaestio.

Hæc ille sese ad munera
Gradu citato proripit , 210
Ipsosque pernix gaudio
Pœnæ ministros prævenit.

Ventum ad palastram gloriæ ;
Spes certat & crudelitas :
Luctamen anceps conserunt 215
Hinc martyr , illinc carnifex.

Serrata lectum regula
Dente frequenti exasperat :
Cui multa carbonum strues
Vivum vaporat halitum. 220

Hunc sponte conscendit rogam
Vir sanctus ore interrito :
Ceu jam coronæ conscius
Celsum tribunal scanderet.

Subter crepante adspergine 225
Scintillat excussus falis ;
Punctisque fervens stridulis
Sparsum per artus figitur.

Arvina posthinc igneum
Impressa cauterem lavit : 230
Vis unde roris fumidi
In membra sensum liquitur.

Hæc inter inmotus manet ,
Tamquam dolorum nescius ;
Tenditque in altum lumina : 235
Nam vincla palmas presserant.

Sublatus inde fortior
Lugubre in antrum truditur ;

Ne liber usus luminis
Animaret alrum spiritum. 240

Est iurus imo ergastulo
Locus renêbris nigrior :
Quem saxa merfi fornicis
Angusta clausum strangulant.
Æterna nox illic latet , 245

Expers diurni sideris :
Hic carcer horrendus suos
Habere fertur Inferos.
In hoc barathrum conjicit
Truculentus hostis marryrem ; 250
Lignoque plantas inferit ,
Divaricatis cruribus.

Quin addit & pœnam novam
Crucis perirus artifex ,
Nulli tyranno cognitam , 255
Nec fando conpertam retrò.

Fragmenta testarum jubet
Hirta in politis angulis ,
Acuminata , informia
Tergo jacentis sternerent. 260

Totum cubile spiculis
Armant dolores anxii:
Insomne qui subter latus
Mucrone pulsant obvio.

Hæc ille versutus vafra 265
Meditatus arte struxerat :
Sed Belzebnlis callida
Commenta Christus destruit.

Nam carceralis cæcitas
Splendore lucis fulgurat , 270
Duplexque morsus stipitis
Ruptis cavernis dissilit.

Aggesscit hic Vincentius
Adessit, quod speraverat ,

- Tanti laboris præmium , 275
 Christum datorem luminis.
- Cernit deinde , fragmina
 Jam testularum mollibus
 Vestire semet floribus ,
 Redolente nectar carcere. 280
- Quin & frequentes Angeli
 Stant , ac loquuntur cominus :
 Quorum unus ore augustior
 Compellat his dictis virum.
- Exsurge , martyr inclyte ; 285
 Exsurge securus tui :
 Exsurge , & almis cœtibus
 Noster sodalis addere.
- Decursa jam satis tibi
 Pœnæ minacis munia , 290
 Pulchroque mortis exitu
 Omnis peracta est passio.
- O miles invictissime ,
 Fortissimorum fortior ,
 Jam te ipsa sæva & aspera 295
 Tormenta victorem tremunt.
- Spectator hæc Christus Deus
 Conpensat avo intermino ,
 Propriæque collegam crucis
 Largâ coronat dexterâ. 300
- Pone hoc caducum vasculum ,
 Conpage textum terreâ ,
 Quod dissipatum solvitur ;
 Et liber in cælum veni.
- Hæc ille. sed clausas fores 305
 Interna rumpunt lumina,
 Tenuisque per rimas nitor
 Lucis latentis proditur.
- Hoc cùm stuperet territus
 Obsessor atri liminis ; 310

Quem cura pernox manserat,
Servare feralem domum:

Psallentis audit insuper
Prædulce carmen martyris,
Cui vocis instar æmulæ
Conclave reddit concavum. 315

Pavens deinde introspicit,
Adinota quantum postibus
Acies per artas cardinum
Intrare juncturas potest. 320

Vernare multis floribus
Stramenta testarum videt,
Ipsumque vulsis nexibus
Obambulantem pangere. 325

Inplentur aures turbidi
Prætoris hoc miraculo:
Flet victus, & volvit gemens
Iram, dolorem, dedecus. 330

Exemptus, inquit, carceri,
Paullum benignis foribus
Recreetur, ut pastum novum
Poenis refectus præbeat. 335

Coire toto ex oppido
Turbam fidelem cerneres,
Mollire præfultum torum,
Siccare cruda vulnera. 340

Ille unguarum duplices
Sulcos pererrat osculis:
Hic purpurantem corporis
Gaudet cruorem lambere. 345

Plerique vestem linream
Stillante tinguunt sanguine;
Tutam en ut sacrum suis
Domi reservent posteris. 350

Atque ipse maniceps carceris,
Et vinculorum janitor, 355

Ut

Ut fert vetustas conscia,
Repente Christum credidit.

Hic obseratis vestibus
Densa specum caliginis
Splendore lucis advenæ
Mieuisse clausum viderat. 350

At vero postquam lectuli
Martyr quietem contigit;
Æger morarum tædio,
Et mortis incensus siti: 355

Si mors habenda ejusmodi est,
Quæ corporali ergastulo
Mentem resolvit liberam,
Et reddit auctori Deo: 360

Mentem piatam sanguine,
Mortis lavacris elutam,
Quæ semet ac vitam suam
Christo immolandam præbuit. 365

Ergo, ut recline mollibus
Rejecit aulaeis caput,
Victor relictis artubus
Cælum capessit spiritus: 370

Cui recta celsæ tramite
Referatur ad Patrem via;
Quam fratre cæsus in pio
Abel beatus scanderat. 375

Stripant euntem candidi
Hinc inde sanctorum chori,
Parique missum carcere
Baptista Johannes vocat. 380

At Christiani nominis
Hostem coquebant inrita
Fellis venena, & lividum
Cor efferata exusserant. 385

Savire inermem crederes
Fractis draconem dentibus.

Evasit exsultans, ait,
 Rebellis; & palmam tulit?
 Sed restat illud ultimum,

Inferre pœnam mortuo,
 Feris cadaver tradere,
 Canibusve carpendum dare.

Jam nunc & ossa extinxero,
 Ne sit sepulcrum funeris,
 Quod plebs gregalis excolat,
 Titulumque fingat martyr.

Sic frendit, & corpus sacrum
 Profanus (ah dirum nefas!)
 Nudum, negato tegmine,
 Exponit inter carices.

Sed nulla dirarum fames
 Aut bestiarum aut alitum
 Audet tropæum gloriæ
 Fœdare tactu squalido.

Quin si qua clangens inprobè
 Circumvolarat eminus,
 Trucis volucris inpetu
 Depulsa vertebat fugam.

Nam corvus, Heliæ datus
 Olim ciborum portitor,
 Hoc munus inplet sedulè,
 Et inremotus excubat.

Hic ex frutectis proximis
 Infestus alarum sono,
 Oculosque pinnis verberans,
 Exegit inmanem lupum.

Quis perfidorum credere
 Ausit, rapacem beluam
 Tauris paratam congregi,
 Cessiss. plumis mollibus?

Ibæ malignum munitans
 Lev. alam exterritus;

Fradamque visam fugerat
Custodis inbellis minis. 420

Quis audienti talia,
Datiane, tunc sensus tibi!
Quantis gementem spiculis
Figebat occultus dolor!

Cum te peremti corporis 425
Virtute victum cerneret,
Ipsis & impar ossibus,
Vacuisque jam membris minor.

Sed quis, tyranne pertinax,
Hunc inpotentem spiritum 430
Determinabit exitus?
Nullusne te franget modus?

Nullus: nec unquam desinam.
Nam, si ferina inmanitas
Mansuescit, & clementia 435
Corvos voraces mitigat,

Mergam cadaver fluctibus:
Insana numquam naufragis
Ignoscit unda, & spumeum
Nescit profundum parcere. 440

Aut semper illic mobilis
Incerta per ludibria
Vagis feretur flatibus,
Squamosa pascens agnina:

Aut sub fragosis rupibus 445
Scabri petrarum murices
Inter recessus serupeos
Discissa rumpent viscera.

Ecquis virorum, strenuè
Cumbam peritus pellere, 450
Remo, rudente, & carbaso
Secare qui pontum queas,

Rapias palustri è cæspite
Corpus, quod intractum jacer

Levi que vestum lembulo 455

Amplum per æquor auferas ?

Sed complicatum sparteus

Claudat cadaver culleus :

Quem fune conexus lapis

Præceps in altum deprimat. 460

At tu per undas emices

Rorante præpes palmulâ ,

Donec relictum longior

Abscondat adspæctus solum.

Hæc jussa quidam militum , 465

(Eumorfio nomen fuit)

Violentus, audax, barbarus,

Furore fervens arripit.

Funale textum conferit ,

Suto quod inplet corpore ; 470

Eminentus & multum freti

Inter procellas excutit.

O præpotens virtus Dei !

Virtus creatrix omnium !

Quæ turgidum quondam mare 475

Gradiente Christo straverat ,

Ut terga calcans æquoris

Siccis mearet passibus ,

Plantas nec undis tingueret

Vasti viator gurgitis. 480

Hæc ipsa virtus jusserat

Rubrum salum dehiscere ,

Patente dum fundo aridum

Secura plebs iter legit.

Nec non & ipsa nunc jubet 485

Servire sancto corpori

Pontum quietis labibus

Ad curia pronum litora.

Saxum molaris ponderis ,

Ut firmam pendens, innatat; 490

Tantique custos pigneris
Fiscella fertur fluctibus.

Cernunt stupentes navitæ
Vestam remensio marmore,
Labi retrorsum leniter
Æstu secundo & flamine.

495

Certant & ipsi concito
Pontum faselo scindere:
Longè sed artus prævolant
Telluris ad mollem sinum.

500

Præius relatos denique
Humns quieta suscipit,
Quàm pulsa summis nisibus
Carinâ portum tangeret.

Felix amœni litoris
Secessus ille, qui sacra
Fovens harenis viscera
Vicem sepulcri præbuit!

505

Dum cura sanctorum pia
Dessens adornat aggerem,
Tumuloque corpus creditum
Vitæ reservat postera.

510

Sed mox subactis hostibus,
Jam pace justis reddita,
Altar quietem debitam
Præstat beatis ossibus,

515

Subiecta nam sacrario;
Imamque ad aram condita,
Cælestis auram muneris
Perfusa subtus hauriunt,

520

Sic corpus: ast ipsum Dei
Sedes receptum continet,
Cum Machabæis fratribus,
Sestoque Esaia proximum.

Simplex sed illis contigit
Corona pœnarum, quibus

525

nem

Finem malorum praestitit
Mortis supremus exitus.

Quid tale sector ausus est ?
Truncata numquid corporis
Segmenta post ferram feris
Objecit, aut undis dedit ?

530

Nun Machabaei martyris
Linguam tyrannus erutam,
Raptamve pellem verticis
Avibus eruentis obtulit ?

Tu solus, ô bis inclyte,
Solutus brabei duplicis
Palmam tulisti: tu duas
Simul parasti laureas.



540

In morte victor aspera,
Tum deinde post mortem pari
Victor triumpho proteris
Solo latronem corpore.

Adesto nunc, & percipe
Voces precantum supplices,
Nostri reatus efficax
Orator ad thronum Patris.

545

Per te, per illum carcerem,
Honoris augmentum tui,
Per vincla, flammam, ungulas,
Per carceralem stipitem,

550

Per fragmen illud testicum,
Quo parva crevit gloria;

Per, quem trementes posteri
Exosculamur, lectulum:

555

Miserere nostrarum precum,
Placatus ut Christus suis

Inclinet aurem prosperam,
Noxas omnes inputet.

560

Si non sollempnem diem
Venit, & pectore:

Si sub tuorum gaudio
 Vestigiorum sternimur :
 Paulisper huc inlabere , 565
 Christi favorem deferens :
 Sensus gravati ut sentiant
 Levamen indulgentiæ.
 Sic nulla jam restet mora ,
 Quin excitatam nobilis 570
 Carnem resumat spiritus ,
 Virtute perfunctam pari.
 Ut quæ laborum particeps
 Commune discrimen tulit ,
 Sit & coheres gloriæ 575
 Cunctis in ævum sæculis.

H Y M N U S VI.

*In honorem beatissimorum martyrum Fructuosi
 Episcopi Ecclesiæ Tarraconensis , &
 Augurii & Eulogii diaconorum.*

Felix Tarraco , Fructuose , vestris
 Adtollit caput ignibus coruscum ,
 Levitis geminis procul relucens.
 Hispanos Deus adspicit benignus ,
 Arcem quandoquidem potens Hiberam 5
 Trino martyre Trinitas coronat.
 Ardens Augurius capeffit æthram :
 Nec non Eulogius simul superbum
 Christi lucidus ad sedile tendit.
 Dux & prævius & magister illis 10
 Ad tantum decus ex Episcopali
 Clarus nomine Fructuosus ibat :
 Accitus quia Præsidis repenti
 Justini venerat ad forum sacerdos
 Levitis comitantibus duobus. 15
 Inde ad carcerem viros catenam

Pastus sanguine carnifex trahebat.

Gandet currere Fructuosus ultro:

Ac, ne quis socios timor feriret,
Præceptor vehemens cundo firmat,
Incenditque fidem calore Christi. 20

Mecum stete, viri: vocat eruentus

Ad pœnam coluber Dei ministros:

Ne mors terreat, est parata palma.

Carcer Christicolis gradus coronæ est: 25

Carcer provehit ad superna cæli:

Carcer conciliat Deum beatis.

His dictis advenit specum reorum:

Exercent ibi mysticum lavacrum;
Et purgamen aquæ stupent tenebræ. 30

Sex hic continuis latent diebus:

Tandem stant trucis ad tribunal hostis.

Fratres tergeminos tremunt catastræ.

Judex Æmilianus imminebat,
Atrox, turbidus, insolens, profanus: 35

Aras dæmonicas coli jubebat.

Tu, qui doctor, ait, feris novellum

Commenti genus, ut leves puellæ
Lucos destituant, Jovem relinquunt,

Damnes, si sapias, anile dogma. 40

Jussum est Cæsaris ore Gallieni;

Quod Princeps colit, ut colamus omnes.

Hæc fanti placidus refert sacerdos:

Æternum colo Principem, dierum
Factorem, dominumque Gallieni: 45

Et Christum Patre profatum perenni,

Cujus sum famulus, gregisque pastor.

Subridens ait ille: Jam fuisti.

Nec differt furor aut refrenat iram:

Sævis designat ignibus cremandos. 50

Exsultantque prohibentque flere vulgum.

Quem tunc de populo videt sacerdos

Libandum sibi poculum offerentes :

Jejuamus, ait; recuso potum.

Nondum nona diem resignat hora : 55

Numquam conviolabo jus dicatum,

Nec mors ipsa meum sacrum resolvet.

Sic Christus sitiens crucis sub hora,

Oblatum sibi poculum recusans,

Nec libare volens, sitim peregit. 60

Intrant interea locum rotundâ

Conclusum caveâ, madens serarum

Multo sanguine quem furor frequentat :

Cùm spectacula perstrepunt cruenta,

Ac vilis gladio tor ense duro 65

Percussus cadit, & fremit voluptas.

Hic flammante pyra niger minister,

Ardens supplicium parare jussus,

Construxit facibus rogam supremis :

Qui, dum corpora concremata solvit, 70.

Ferventes animas amore lucis

Fracto carceris expediret antro.

Certant officiis pii sodales :

Plantis calceamenta dissolutis

Pronus detrahere studebat unus : 75

Sed sanctus vetat ora Fructuosus

Inclinata premi : Facessite, inquit,

Ne nostram gravet obsequella mortem.

Atquin ipse meos pedes resolvam ;

Ne vestigia præpedita vinculis 80

Tardis gressibus inruant in ignem.

Cur lamenta rigant genas madentes ?

Cur vestri memor ut fiam rogatis ?

Cunctis pro populis rogabo Christum.

Vix hæc ediderat, relaxat ipse 85

Indumenta pedum : velut Mōyses

Quondam fecerat ad rubum propinquant

Non calcare sacram cremationem.

Aut adstare Deo prius licebat,
Quam vestigia pura figerentur.

90

Strabat calce merâ: resultat ecce
Cælo spiritus, & serit loquellam,
Quæ cunctos tremefecit audientes.

Non est, credite, pœna, quam videtis,
Quæ puncto tenui citata transit:
Nec vitam rapit illa, sed reformat.

95

Felices animæ, quibus per ignem
Celsa scandere contigit Tonantis!
Quas olim fugiet perennis ignis!

Hæc inter rapidis foeos crepantes
Intrant passibus, & minantur ipsis
Flammaram trepidantibus caminis.

100

Nexus denique, qui manus retrorsus
In tergum revocaverant revinctas,
Intactâ cute decidunt adusti.

105

Non ausa est cohibere pœna palmas,
In morem Cruéis ad Patrem levandas:
Solvit brachia, quæ Deum precentur.

Præcorum specimen trium putares:
Quos olim Babylonicum per ignem
Cantantes stupuit tremens tyrannus.

110

Illis sed pia flamma tum pepercit,
Nondum tempore passionis apto,
Nec mortis decus inchoante Christo.

Hos cum defugeret vaporus ardor,
Orant, ut celer ignis advolatet,
Et finem datet anxiiis periclis.

115

Exorata suos obire tandem
Majestas famulos jubet, caducis
Missos corporibus, sibi que reddi.

120

Vidit Præsidis ex domo satelles
Cælum tyrannibus patère apertum,
Insignesque vitos per astra ferri.

Quin consilio læ monens cæli

Offendit sceleris notam paterni , 125
 Cælo vivere , quos forum peremit.

Hæc tui virginitas palàm videre
 Per sudum meruit , parente cæco ,
 Ut crimen domini domus timeret.

Tam de corporibus sacris favillæ , 130
 Et perfusa mero leguntur ossa ,
 Quæ raptim sibi quisque vindicabat.

Fratrum tantus amor , domum referre
 Sanctorum cinerum dicata dona ,
 Aut gestare sinu fidele pignus. 135

Sed , ne reliquias resuscitandas ,
 Et mox cum Domino simul futuras ,
 Discrevis loca dividant sepulcris ,

Cernuntur niveis stolis amicti :
 Mandant restitui , cavoque claudi 140
 Mixtim marmore pulverem sacrandum.

O triplex honor , ò triforme culmen ,
 Quo nostra caput excitatur urbis ,
 Cunctis urbibus eminent Hiberis !

Exsultare tribus libet patronis : 145
 Quorum præsidio fovemur omnes
 Terrarum populi Pyrenearum.

Circumstet chorus ex utroque sexu ,
 Heros , virgo , puer , senex , anulla :
 Vestrum psallite ritè Fructuosum. 150

Laudans Augurium resultet hymnus ,
 Mixtis Eulogium modis coarquans ,
 Reddamus paribus pares Camenas.

Hinc aurata sonent in arcæ tecta ,
 Blandum litoris exstet inde murmur , 155
 Et carmen freta feriata pangant.

Olim tempus crit ruente mundo ,
 Cùm te , Tarraco , Fructuosus acri
 Solvet supplicio regens ab igni.

Fors dignabitur & meis medellam 160

Tormentis dare, prosperante Christo,
Dulces hendecasyllabos revolvens.

HYMNUS VII.

*In honorem Quirini beatissimi martyris, Episcopi
Ecclesie Sisciana.*

Insignem meriti virum
Quirinum, placitum Deo,
Urbis moenia Sisciae
Concessum sibi martyrem
Complexu patrio fovent.

5

Hic sub Galerio duce,
Qui tunc Illyricos sinus
Urguebat dicionibus,
Fertur catholicam fidem
Inlustrasse per exitum.

10

Non illum gladii rigor,
Non incendia, non ferae
Crudeli interitu necant:
Sed lymphis fluvialibus
Gurges dum rapit, abluit.

15

Nil refert, vitreo aequore,
An de flumine sanguinis
Tinguat passio martyrem,
Aequè gloria provenit
Fluctu quolibet uvida.

20

Summo pontis ab ardui
Sanctae plebis Episcopus
In praecipis fluvio datur,
Suspensum laqueo gerens
Ingens lapidem mola.

25

Dejectum placidissimo
Amplexu vertice suscipit,
Nec te tergi patitur sibi,
Miserabilem orationibus

Saxi pondera sustinens.

30

Spectant eminus è solo

Doctorem pavidi greges :

Nam Christi populus frequens

Riparum sinuamina

Stipato agmine saepserat.

35

Sed Quirinus, ut eminens

Os circumtulit, heu, suo

Exemplo trepidos videt,

Nil ipse proprii memor

Inter stagna periculi :

40

Confirmat pia pectora,

Verbis mitificis rogans,

Ne quem talia terreat,

Neu constans titubet fides,

Aut poenam putet emori.

45

Dicentem fluitantibus

Annis terga vehunt vadis.:

Nec substrata profunditas

Saxoque & laqueo & viro

Audet sponte dehiscere.

50

Sensit martyr Episcopus

Jam partam sibi praripi

Palمام mortis & exitus,

Adscensumque negarier

Æterni ad solium Patris.

55

Jesu cunctipotens, ait,

Haud quaquam tibi gloria

Hæc est insolita aut nova,

Calcare fremitum maris,

Prona & flumina sistere.

60

Scinus discipulum Petrum,

Cùm vestigia tingeret

Mortali trepidus pede,

Dextræ subsidio tuæ

Subjecisse salum solo.

65

Ior-

Jordanem quoque novimus
Tortis verticibus vagum,
Dum fertur rapido inpetu,
Ad fontem refluis retro
Confugisse meatibus.

70

Hæc miracula sunt tuæ
Virtutis, Domine. ut modo
Suspendor, leve prænatans,
Summo gurgite fluminis,
Cum collo scopulum traham!

75

Jam plenus titulus tui est
Et vis prodita nominis,
Quam gentilis habet stupor.
Absolvas, precor, optime,
Hujus nunc animæ moras.

80

Quid possis, probat amnicus,
Qui veſtat ſilicem, liquor.
Hoc jam quod ſupereſt, cedo,
Quo nil eſt pretioſius,
Pro te, Chriſte Deus, mori.

85

Orantem ſimul halitus
Et vox deferit & calor:
Scandit ſpiritus ardua:
Fit pondus grave ſaxeum:
Corpus ſuſcipiunt aquæ.

90

HYMNUS VIII.

*De loco, in quo martyres paſſi ſunt, nunc bapti-
ſterium eſt Calagurri.*

Electus Chriſto locus eſt, ubi corda probata
Provehant ad cælum ſanguine, purget aquâ.
Hic duo præpureum, Domini pro nomine caſi,
Martyrium pulchrâ morte tulere viri.
Hic etiam quidam fluit indulgentia fonte,
Ac ſeſs maculas diluit amne novo.

5

Qui cupit æternum-cæli conscendere regnum ,
 Huc veniat sitiens : ecce parata via est.
 Antè coronati scandebant ardua testes
 Atria , nunc lotæ celsa petunt animæ. 10
 Spiritus ætherio solitus descendere labiù ,
 Ut dederat palmam , sic tribuit veniam.
 Haurit terra sacros aut fonte aut sanguine rores ,
 Exundatque suo jugiter uda Deo.
 Ipse loci est dominus , laterum cui vulnere utro-
 que 15
 Hinc cruor effusus fluxit , & inde latex.
 Ibitis hinc , ut quisque potest , per vulnera Christi ;
 Enectus gladiis alter , & alter aquis.

HYMNUS IX.

Passio Sancti Cassiani Forocorneliensis.

Sulla Forum statuit Cornelius : hoc Itali urbem
 Vocitant ab ipso conditoris nomine.
 Hic mihi , cum peterem te , rerum maxima Roma ,
 Spes est oborta , prosperum Christum fore.
 Stratus humi tumulo advolvebar , quem sacer or-
 nat 5
 Martyr , dicato Cassianus corpore.
 Dum lacrimans mecum reputo mea vulnera , & om-
 nes
 Vitæ labores , ac dolorum acumina :
 Erexì ad cælum faciem , stetit obvia contra
 Fucis colorum picta imago martyris , 10
 Plagas mille gerens , totos læcerata per artus ,
 Ruptam minutis præferens punctis cutim.
 Innumeri circum pueri , miserabile visu ,
 Confossa parvis membra figebant stilis :
 Unde , pugillares soliti percurrere ceras , 15
 Scholare murmur adnotantes scripserat
 Adituus consultus ait : Quod prospicis , h

Non est inanis aut anilis fabula.

Historiam pictura refert : quæ tradita libris,
Veram vetusti temporis monstrat fidem. 20

Præsuerat studiis puerilibus, & grege multo
Sæptus, magister litterarum sederat.

Verba notis brevibus comprehendere cuncta peritus,
Raptimque punctis dicta præpetibus sequi.

Aspera nonnumquam præcepta & tristia visa 25
Inpube vulgus moverant irâ & metu.

Doct̃or amarus enim discenti semper ephebo,
Nec dulcisulli disciplina infantia est.

Ecce, fidem quatiens tempestas sava, premebat
Plebem dicatam Christianæ gloriæ. 30

Extrahitur cœtu è medio moderator alumni
Gregis, quod aris subplicare spreverat.

Pœnarum artifici quærenti, quod genus artis
Vir nosset alto tam rebellis spiritu.

Respondent: Agmen tenerum ac puerile gubernat, 35
Fictis notare verba signis inbuens.

Ducite, conclamat, captivum, ducite; & ultrò
Donetur ipsis verberator parvulis.

Ut libet inludant, lacerent impunè, manusque
Tinguant magistri seriatas sanguine. 40

Ludum discipulis, volnpe est, ut præbeat ipse,
Doct̃or severus quos nimis coërcuit.

Vincitur post terga manus, spoliatus amictu :
Adest acutis agmen armatum stilis.

Quantum quisque odii tacitâ conceperat irâ, 45
Effundit ardens felle tandem libero.

Conjiciunt alii fragiles inque ora tabellas
Frangunt: relisâ fronte lignum dissilit.

Buxa crepant cerata, genis in pacta cruentis,
Rubetque ab ictu cutta & umens pagina. 50

Inde alii, stimulos & acumina ferrea vibrant,
Qua pæp: aratis cera sulcis scribitur :

Et quis sicut apices abolentur, & æquoris hirti

Rursus

Rurfus nitescens innovatur area.

Hinc foditur Christi confessor, & inde secatur : 55

Pars viscus intrat molle, pars scindit cutem.

Omnia membra manus pariter fixere ducentæ ;

Totidemque guttæ vulnerum stillant simul.

Major tortor erat, qui summa pupugerat, infans,

Quàm qui profunda perforarat viscera. 60

Ille levis, quoniam percussor morte negatâ

Sævire solis scit dolorum spiculis.

Hic quantò interius vitalia condita pulsat,

Plus dat inedellæ, dum necem propè adplicat.

Este, precor, fortes; & vincite viribus annos : 65

Quod deficit ævo, suppleat crudelitas.

Sed male conatus tener infirmusque laborat :

Tormenta crescunt, dum fatiscit carnifex.

Quid gemis? exclamat quidam: tute ipse magister

Istud dedisti ferrum, & armasti manus. 70

Reddimus ecce tibi tam milia multa notarum,

Quàm stando, flendo, te docente excepimus.

Non potes irasci, quòd scribimus : ipse jubebas,

Numquam quictum dextera ut ferret stilum.

Non petimus toties te præceptore negatas , 75

Avare doctor, jam scholarum ferias.

Pangere puncta libet, sulcisque intexere sulcos,

Flexas catenis impedire virgulas.

Emendes licet inspectos longo ordine versus.

Mendosa fortè si quid erravit manus, 80

Exerce inperium : jus est tibi plestere culpam,

Si quis tuorum te notavit legnius.

Talia ludebant pueri per membra magistri :

Nec longa fessum poena solvebat viruip.

Tandem lustrantis miseratus ab æthere Christus 85.

Jubet resolvi pectoris ligamina :

Difficilesque moras animæ, ac retinacula vitæ

Relaxat, artas & latêbras expedit.

Sanguis, ab interno venarum fonte patet

Vias scutus, deserit præcordia : 90
 Torque foraminibus penetrati corporis exit
 Fibrarum anhclans ille vitalis calor.
 Hæc sunt, quæ liquidis expressa coloribus, hospes,
 Miraris : ista est Cassiani gloria.
 Suggere, si quod habes justum vel amabile votum, 95
 Spes si qua tibi est, si quid intus æstuas.
 Audit, crede, preces martyr prosperrimus omnes;
 Ratasque reddit, quas videt probabiles.
 Pareo: complector tumulum, lacrimas quoque fundo:
 Altar tepescit ore, saxum pectore. 100
 Tunc arcana mei percenseo cuncta laboris :
 Tunc, quod petebam, quod timebam, murmuro:
 Et post terga domum dubiâ sub sorte relictam,
 Et spem fururi sorte nutantem boni.
 Audior, urbem adeo, dextris successibus utor : 105
 Domum revertor, Cassianum prædico.

H Y M N U S X.

Passio Sancti Romani Martyris.

Romane, Christi fortis adsertor Dei,
 Elinguis otis organum fautor move :
 Largire comtum carmen infantissimo :
 Fac ut tuarum mira laudum concinam :
 Nam scis & ipse, posse mutos eloqui. 5
 Plectrum palati & faucium sævus tibi
 Tortor revulsit: nec tamen silentium
 Indixit ori, quo fatebaris Deum.
 Vox veritatis, testis exstingui nequit,
 Nec si recisis palpitet meatibus. 10
 Sic noster hærens sermo lingua debili
 Balbutit, & modis laborat absolis :
 Sed si superuo rore respergas jecur,
 Et spiritali te pectus inriges,
 Vox imperiosos rauca laxabit sonos. 15

Euangelista scribit, ipsum talia
 Præcepta Messian dedisse Apostolis:
 Nolite verba, cum sacramentum meum
 Erit canendum, providenter quærere:
 Ego inparatis, quæ loquantur, suggeram. 20

Sum mutus ipse, sed potens facundiæ
 Mea lingua Christus luculentè differet:
 Ipse explicabit, quos supremo spiritu
 Dæmon tumultus, dum domatur, moverit,
 Furore pestis pejor in novissimo. 25

Sic vulneratus anguis ictu spiculi
 Fetrum remordet, & dolore savior
 Quasiando pressis inmoratur dentibus:
 Hastile fixum sed manet profundius,
 Nec cassa sentit morsuum pericula. 30

Galerius orbis fortè Romani statum
 Ductor regebat, ut refert antiquitas,
 Inmitis, atrox, asper, inplacabilis:
 Edieta latè mundum in omnem miserat,
 Christum negaret, quisque mallet vivere. 35

Hæc ille serpens ore dicat regio,
 Qui mortuorum de sepulcris exiens
 Clamat: Quid ante tempus adventu cito
 Mea regna solvis? parce, fili altissimi:
 Vel possidere corda porcorum jube. 40

Præfectus istis inminens negotiis
 Asclepiades ire mandat milites,
 Ecclesiasten usque de saceratiis
 Raptate plebem, mancipandam vinculis,
 Ni disciplinam Nazarenam respuat. 45

Mox ipse, templum cogitans intrumpere,
 Et dissipare sancta sanctorum studens,
 Armis profanus præparabat impiis
 Altaris aram funditus pestum dare,
 Foresque & ipsas in ruinam solvere. 50

Præcurrit index his repente cognovisse

Romanus, acris heros excellentiæ,
Venire in armis perduelles nuntiat,
Animos paventium præstruens hortatibus,
Stent ut parati, neve cedant turbiui. 55

Conspirat uno fœderatus spiritu
Grex Christianus, agmen imperterritum,
Matrum, virorum, parvulorum, virginum:
Fixa & statuta est omnibus sententia,
Fidem tueri, vel libenter emori. 60

Refert repulsus miles ad subsellia,
Plebis rebellis esse Romanum ducem,
Flagrare cunctos pervicaci audacia,
Jugulos resectos obstinatè opponere,
Quò gloriosâ morte fortes oppetant. 65

Præceps jubetur inde Romanus rari;
Solusque, ut incitator & fax omnium,
Pro contumaci plebe causam dicere.
It non resistens, seque vinciri petit,
Flexas & ultro torquet in tergum manus. 70

Amor coronæ præne prævenit truce
Lictoris artem, sponte nudas offerens
Costas, bisulcis excrucandas unguis.
Innuñpit altum limen, & præconibus
Stupore mutis ipse tortorem trahit. 75

Adstanti ob ora sic tyrannus incipit:
Infame monstrum, vilis, intestabilis,
Tu ventilator urbis, & vulgi levis
Procella, mentes inquietas mobiles,
Ne se imperita turba dedat legibus. 80

Populæ quiddam sub colore gloriæ
Inlitterat, credidit frequentia,
Ut se periculis consecrandos autument,
Si bella Divis, ceu Gigantes, inferant,
Vidique flammis obruantur montium. 85

Hæc parasti, perditæ, spectaculum
Cladum de necandis civibus:

Quos ut profanos, impiati & saculi
 Reos, necesse est te magistro interfici:
 Tu causa mortis, tu malorum signifer.

90

Ni fallor, æquum est, ut quod auctor improbus
 Tolerate multos compulisti, carnifex,
 In te recurrat; proque tantis cædibus,
 Quæ mox futura, primus exitium luas;
 Feras & ipse, quod ferendum suaseras.

95

His ille contrà reddit ore libero:
 Amplector, ô Præfeste, nec me subtraho,
 Ut pro fideli plebe solus iunoler,
 Dignus subire cuncta, si me consulis,
 Quæcumque vestra iusserit crudelitas.

100

Intrare servis idolorum ac dæmonum
 Sanctam salutis non licet nostræ domum,
 Ne polluatur purus orandi locus:
 Confido sancto in Spiritu, numquam tibi
 Dandum, ut beatum limen adtingas pede.

105

Ni fortè noster factus, in nostrum gregem
 Mereare sumi: quod Pater saxit Deus!
 Incensus his Asclepiades iusserat
 Eviscerandum corpus eculeo eminus
 Vendere, & uncis vinculisque crescere.

110

Adparitores sed furenti suggerunt,
 Illum vetustâ nobilem profapiâ,
 Meritisque multis esse primum civium.
 Juber amoveri noxialem stipitem,
 Plebeia clarum pœna ne damnet virum.

115

Tundatur, inquit, terga crebris ictibus,
 Plumboque cervix verberata extuberet.
 Persona quæque competenter plectitur;
 Magnique refert, vilis an sit nobilis:
 Gradu reorum forma tormentis datur.

120

Pulsatus ergo martyr illa grandine,
 Postquàm inter ictus dixit hymnum plumbeos,
 Erectus insit: Absit, ut me nobilem

Sanguis parentum præstet, aut lex curiæ :
Generosa Christi secta nobilitat viros. 125

Si prima nostri quæ sit in cunabulis
Origo textu stemmatis recenscas ;
Dei parentis esse ab ore cœpimus.
Cui quisque servit, ille verè est nobilis.
Patri rebellis, invenitur degener. 130

Honos deinde stemmati accedit novus,
Et splendor ingens, ut in magistratus, venit ;
Si confitendi nominis testem probum
Signent inusta ferri & ignis vulnera,
Et vim dolorum mors sequatur inclita. 135

Cave benignus esse perversè velis,
Nec mi remissus leniter peperceris :
Incumbe membris, tortor, ut sim nobilis.
His ampliatus si fruar successibus,
Genus patris matrisque flocci fecero. 140

Hæc ipsa vestra dignitatum culmina
Quid esse censes ? nonne cursim transeunt
Fasces, secures, sella, prætexta & toga,
Lictor, tribunal, & trecenta insignia,
Quibus tumetis, moxque detumescitis ? 145

Cùm Consulatum initis, ut vernæ solent,
Pudet fateri, farre pullos pascitis :
Aquilâ ex eburnâ sumit arrogantiam
Gestator, ejus ac superbit beluæ
Inflatus osse, cui figura est alitis. 150

Jam si sub aris ad sigillorum pedes
Jaceatis, infra sectilem quercum siti,
Quid esse vobis æstimem projectius ?
Nudare plantas ante carpentum scio.
Proceres togatos, matris Ideæ sacris. 155

Lapis nigellus evchendus effedo,
Muliebris oris clausus argento sedet :
Quem dum ad lavacrum præeundo ducitis,
Pedes in lotis adterentes calceis

Almonis usque pervenitis rivulum. 160

Quid illa turpis pompa? nempe ignobiles
Vos esse monstrat, cum Luperci curritis.

Quem servulorum non reat vilissimum,
Nudus plateas si per omnes cursitans
Pulset puellas verberare ictas ludiero? 165

Miseret tuorum me sacrorum & Principum,
Morumque, Roma, sæculi summum caput.

Age explicemus, si placet, mysteria,
Præfate, vestra. jam necesse est audias,
Nolis velisne, quid colatis sordium. 170

Nec terret ista, qua tumes, vassania,
Quod vultuosus, quod supinus, quod rigens,
Tormenta leti conminaris asperi:
Si me movere rebus ullis niteris,
Ratione mecum, non furore, dimica. 175

Jubes, relictis Patris & Christi sacris,
Ut tecum adorem feminas mille ac marcs,
Deos Deasque, deque sexu duplici
Natos, nepotes, abnepotes editos;
Ut tot stuprorum sordidam profapiam. 180

Nubunt puellæ; saepe luduntur dolis,
Amasionum comprimuntur fraudibus.
Incesta fervent: furta moechorum calent:
Fallit maritus: odit uxor pellicem:
Deos catenæ couligant adulteros. 185

Ostende, quaeso, quas ad aras præcipis
Vervece caeso fumet ut caespes meus?
Delphosne pergam? sed vetat palæstrii
Corrupta ephēbi fama, quem vester Deus
Effeminavit gymnadis licentiâ. 190

Mox flevit inpuratus occisum gravi
Disco, & dicavit florulentum subcubam.
Conductus idem pavit alienum pecus:
Furem deinde perditum passus gregis
Segnis bubuleus tela & ipsa perdidit. 195

An ad Cybebes ibo lucum pineum ?

Puer sed obstat Gallus, ob libidinem
Per triste vulnus, perque sectum dedecus

Ab impudicæ tutus amplexu deæ,
Per multa Matri sacra plorandus spado.

200

Sed credo magni limen amplectar Jovis :

Qui si citetur legibus vestris reus,

Laqueis minacis implicatus Juliæ,

Luat severam vinctus & Scautiniam,

Te cognitore dignus ire in carcerem ?

205

Quid aureorum conditorem temporum

Centes colendum ? quem fugacem non negas

Latuisse furtim, dum reformidat malum :

Quem si beatè vivere audit Juppiter,

Plectat necesse est occulendi conscios.

210

Quid inter aras disidentum numinum

Putas agendum ? Martis indignabitur

Offensa virtus, si colatur Lemnius.

Junonis iram sentiet, quisque, ut Deum,

Signo aut facello consecravit Herculem.

215

Dicis, licenter hæc Poëtas fingere.

Sed sunt & ipsi talibus mysteriis

Tecum dicati ; quodque describunt, colunt.

Tu cur piaclum tam libenter lectitas ?

Cur in theatris, te vidente, id plauditur ?

220

Cycnus stuprator peccat inter pulpita.

Saltat Tonantem tauricornem ludius :

Spectator horum Pontifex summus sedes,

Ridesque & ipse, nec negando deluis,

Cum fama tanti polluaturnuminis.

225

Cur tu, sacrate, per cachinnos solveris,

Cum se maritum fingit Alcmenæ Deus ?

Meretrix Adonem vulneratum scanica

Libidinoso peragit adfectu palam.

Nec te lupat Cypridis sanctæ movet ?

230

Quid, c. ipfis veritas signis patet,

For-

Formata in are criminum vestigiis ?

Quid vult sigillum semper adfixum Jovi
Avis ministræ ? nempe velox armiger
Leno , exoletum qui tyranno pertulit.

235

Faccin recinctâ veste prætendit Cereus.
Cur , si deorum nemo rapuit virginem ;
Quam nocte quærens mater errat pervigil ?
Fulos rotantem cernimus Tiryntium.

Cur , si Næxæ non fuit ludibrio ?

240

Quid rusticorum monstra detester deum ;
Faunos , Priapos , fistularum præfides ,
Nymphas natantes , incolasque aquatiles ,
Sitas sub alto , more ranarum , lacu ;
Divinitatis jus in algis vilibus ?

245

Ad hæc colenda me vocas , censor bone ?
Potestne quidquam tale , si sanum sapias ,
Sanctum putare ? nonne pulmonem mover
Derisus , istas intuens ineptias ,
Quas vinolentæ somniis fingunt anus ?

250

At , si quid usquam vanitatis mysticæ
Nobis colendum est , ipse primus incipe :
Pronusque adora quidquid in terris sacri est :
Deos Latinos , & Deos Ægyptios ,
Quis Rôma libat , quis Canopus supplicat.

255

Venerem precaris ? conprecare & simiam.
Placet sacratus aspis Æsculapii ?
Crocodilus , ibis , & canis cur displicent ?
Adpone porris religiosas arulas :
Venerare acerbum cape , mordax allium.

260

Fuliginosi ture placantur Lares.
Et respuuntur consecrata holuscula ?
Aut unde major esse majestas focis ,
Quam nata in hortis sarculatis creditur ?
Si numen ollis , numen & porris ine.

265

Sed pulchra res est , forma in are scæptilis.
Quid inprecabor officinis Græciæ

Quæ condiderunt gentibus stultis deos ?

Forceps Myronis, malleus Polycliti

Natura vestrum est atque origo cælitum. 270

Ars feminandis efficax erroribus,

Barbam rigentem dum Jovis circumplicat,

Dum defluentem leniter flectens comam

Limat capillos & corymbos Liberi,

Et dum Minervæ pectus hydris asperat, 275

Injecit atram territis formidinem,

Ut fulmen æris, ceu Tonantis, horreant :

Tremant venenum sibilantis Gorgonæ :

Putent ephebum post triumphos Indicos

Ferire thyrsos posse, cum sit ebrius. 280

Tum, quod Dianam molle succinctam vident,

Venanris arcum pertimescunt virginis.

Si sortè vultum tristioris Herculis

Liquore crispo massa finxit fusilis,

Clavam minari, ni colatur, creditur. 285

Jam quis paventum corda terror occupat,

Junonis iram si politè expresserit ?

Velut retortis intuens obtutibus

Avertat ora de litantis hostiâ,

Lapis severâ fronte mentitur minas. 290

Miror, quod ipsum non sacraftis Mentorem,

Nec templum & aras ipse Phidias habet.

Fabri deorum, vel parentes numinum,

Qui si caminis institissent segniùs,

Non esset ullus Juppiter conflabilis. 295

Non erubescis, stulte, pago dedite,

Te tanta semper perdidisse obsonia :

Quæ dis ineptus obtulisti talibus,

Quos trulla, pelvis, cantharus, sartagine,

Fracta & liquata contulerunt vascula ? 300

Ignosco fatuis hæc tamen vulgaribus :

Quos lana uret discolora in stipite,

Quos sæpè vilis circulator decipit :

Quibus omnē sanctum est, quod pavendum rancidæ
Edentularum cantilenæ suaserint. 305

Vos eruditos miror & doctos viros,
Perpensa vitæ quos gubernat regula,
Nescite, vel divina vel mortalia
Quo jure consent: quanta majestas regat,
Quidquid creatum est, quæ creavit omnia. 310

Dæus pereunis, res inæstimabilis,
Non cogitando, non videndo clauditur:
Excedit omnem mentis humanæ modum,
Nec comprehendi visibus nostris valet,
Extraque & intus inplet ac superfluit. 315

Intemporalis antè, quàm primus dies:
Esse & fuisse semper unus obtinet:
Lux ipse vera, veti & auctor luminis:
Cùm lumen esset, lumen effudit suum:
Ex luce fulgor natus hic est Filius. 320

Vis una Patris, vis & una est Filii,
Unusque ab uno lumine splendor fatus,
Pleno refulsit claritatis lumine.
Natura simplex pollet unius Dei;
Et, quidquid usquam est, una virtus condidit. 325

Cælum, solumque, vim matini gurgitis,
Globos dierum noctiumque præfides,
Ventos, procellas, fulgura, imbres, nubila,
Septentriones, Hesperos, ætus, nives,
Fontes, pruinas, & metalla, & flumina: 330

Prærupta, plana, montium convallia,
Feras, volûcres, reptiles, natatiles,
Jumenta, pecua, subjugales beluas,
Flores, fructeta, germina, herbas, arbores,
Quæ sunt odori, quæque vernant esui. 335

Hæc non labore & arte molitus Deus;
Sed jussione; quam potestas protulit.
Mandavit esse; facta sunt, quæ non erant
Verbo creavit omniformem machinam

Virtus Paterna semper in Verbo fuit. 340

Cognostis ipsum. nunc colendi agnoscite
Ritum modumque: quale sit templi genus,
Quæ dedicari sanxerit donaria,
Quæ vota poscat, quos sacerdotes velit,
Quod mandet illic nectar in molarier. 345

Ædem sibi ipse mente in hominis condidit
Vivam, serenam, sensualem, stabilem,
Solvi incapacem posse, nec destructilem:
Pulchram, venustam, præminentem culmine,
Discriminatis inlitam coloribus. 350

Illic sacerdos stat sacratio in limine,
Foresque primas virgo custodit Fides,
Innexa criues vinculis regalibus,
Poscit litari victimas Christo & Patri,
Quas scit placere, candidatas, simplices: 355

Frontis pudorem, cordis innocentiam:
Pacis quietem, castitatem corporis,
Dei timorem, regulam scientiæ,
Jejuniorum parcitatem sobriam,
Spem non jacentem, semper & largam manum. 360

Ex his amœnus hostiis surgit vapor,
Vincens odorem balsami, turis, croci,
Auras madentes Persicorum aromatum:
Sublatus inde cælum adusque tollitur,
Et prosperatum dulce delectat Deum. 365

Hanc disciplinam quisquis infensus vetat,
Vetat probatum vivere, & sanctum sequi:
Vetar vigorem mentis altè intendere,
Nostrique acumen ignis ad terram vocat,
Nec excitari vim finit prudentiæ. 370

O merse limo cæcitas gentilium!
O carnulenta nationum pectora!
O spissus error! ô tenêbrosum genus!
Terris amicum, deditum cadaveri,
Subjecta seipser intuens, numquam suprâ! 375

Furorne summus, ultima & dementia est,
Deos pntare, qui creantur nuptiis?

Rem spiritalem terrilentè quærere:

Elementa mundi consecrare altaribus:

Id, quod creatum est, conditorem credere?

380

Deasciato supplicare stipiti:

Verris cruore scribta saxa spargere:

Aras ofellis obsecrare bubulis:

Homines fuisse eùm scias, quos consecras,

Urnas reorum morticinas lambere?

385

Desiste, iudex sæculi, tantum nefas

Viris jubere fortibusque & liberis:

Nil est amore veritatis celsius.

Dei perennis numen adserentibus

Nihil est pavori, mors & ipsa subjacet.

390

Dudum coquebat disserente martyre

Asclepiâdes intus iram subdolan,

Stomachatus alto felle, dum longum silet,

Bilemque testis concipit præcordiis,

Tandem latentis vim furoris evomit:

395

Prô Juppiter, quid est, quod ex hoc audio?

Stat inter aras & deorum imagines,

Et, quod fateri cogor, in medio foro,

Tacente memet, ac perorat perditus,

Quidquid sacrorum est ore scœdans in pio?

400

O fas priorum! moris ô prisci status!

Inventa Regum pro salute publicâ

Pompiliorum nostra carpunt sæcula.

Quis hos sophistas error invexit novus,

Qui non colendos esse diyos disputent?

405

Nunc dogma nobis Christianum nascitur,

Post evolutos mille demum Consules

Ab urbe Româ: ne retexam Nestoras.

Quidquid novellum surgit, olim non fuit.

Vis summa rerum nosse? Pyrrham exiit.

410

Ubi iste vester tunc erat summus De

Di-

Divinū favore eūm puer Mavortius
Fundaret areem septicollem Romulus?
Quòd Roma pollet auspiciatò condita,
Jovi Statori debet & dis ceteris. 415

Hoc sanctum ab ævo est, hoc ab atavis traditum:
Placanda nobis pro triumphis Principis
Delubra, faustus ut secundet gloriam
Proclinetus, utque subjugatis hostibus
Ductor quietum frenet orbem legibus. 420

Accingere ergo, quisquis es, nequissime,
Pro Principali rite nobiscum deos
Orare vitâ: vel, quod hostem publicum
Pati necesse est, solve pœnam sanguine.
Sprevisse templa, respuisse est Principem. 425

Tunc ille: Numquam pro salute, & maximis
Fortissimisque Principis cohortibus
Aliter precabor, quàm fidele ut militent;
Christique lymphis ut renascantur Patri,
Capiant & ipsūm cœlitus Paraclitum: 430

Ut idolorum respuant caliginem,
Cernant ut illud lumen æternæ spei,
Non succulentis influens obtutibus,
Nec corporales per fenestras emicans;
Puris sed intus quod relucet mentibus. 435

Pupilla carnis crassa crassum perspicit,
Et res caduca, quod resolvendum est, videt:
Liquidis videndis aptus est animæ liquor:
Natura fervens sola, ferventissimæ
Divinitatis vim coruscantem capit. 440

Hoc opto lumen Imperator noverit
Tuus meusque, si velit fieri meus:
Nam si resistit Christiano nomini,
Meus ille talis Imperator non erit:
Seclis jubenti, crede, numquam serviam. 445

Statis, ministri, clamitans Judex ait,
Statis, magistrisque continetis vindices?

Non rupta fulcis dissecatis viscera?

Animam nec intus abditam rimamini,
Erupt unde vox profana in Principem?

459

Scindunt utrumque milites tæterrimi
Mucrone hiulco pensilis latus viri,
Sulcant per artus longa tractim vulnera,
Obliqua rectis, recta transversis secant.
Et jam retextis pectus albet ossibus.

455

Nitendo anhelant, diffluunt sudoribus:
Cum sit quietus heros, in quem sæviunt.
Hæc inter addit spontè Romanus loqui.
Si quaeris, ó Præfeste, verum noscere;
Hoc omne, quidquid lancinamur, non dolet:

460

Dolet, quòd error pectori infedit tuo,
Populos quod istos perditum tecum trahis.
Currunt frequentes undique ad spectaculum
Gentile vulgus, heu, gemenda corpora;
Crudumque nostræ sortis exemplum tremunt.

465

Audite cuncti: clamo longè ac prædico:
Emitto vocem de catasta celsior:

Christus paternæ gloriæ splendor, Deus
Rerum creator, noster idem particeps,
Spondet salutem perpetem credentibus.

470

Animæ salutem, sola quæ non occidit,
Sed jure durans dispares casus subit,
Aut luce fulget, aut tenèbris mergitur.
Christum secuta Patris intrat gloriam:
Disjuncta Christo, mancipatur Tartaro.

475

Curanda mercis qualitas, quænam mihi
Contingat olim perpetis substantiæ:
Nam membra parvi pendo quo pacto cadant,
Casura certè lege naturæ suæ.

Iustat ruina: quod resolvendum est, ruat.

480

Nec distat, ignis & fidei læviant,
An corpus ægrum languor asper torqueat,
Cum sæpè morbos major armet sævitas

Non

Non unguarum tanta vis latus fodit,
Mucrone quanto dira pulsat pleurifis. 485

Nec sic iniusta lamminis ardet cutis;
Ut febris atro felle venas exedit;
Vel summa pellis ignis obductus coquit,
Papulasque fervor astuosus excitat :
Credas eremari stridulis cauteribus. 490

Miserum putatis, quod retortis pendeo
Extentus ulnis, quod revelluntur pedes,
Compago nervis quod sonat crepantibus :
Sic hejulantes ossa clamant dividi,
Nodosa torquet quos podagra & arthrisis. 495

Horretis omnes hasce carnificum manus.
Num mitiores sunt manus medentium,
Laniena quando saxit Hippocratica ?
Vivum secatur viscus, & recens cruor
Scalpella tinguit, dum putredo abraditur. 500

Putate ferrum triste chirurgos meis
Inferre costis, quod fecat salubriter.
Non est amarum, quo reformatur salus.
Videntur isti carpere artus tabidos :
Sed dant medellam rebus intus vividis. 505

Quis nescit autem, quanta corruptela sit
Contaminatae carnis ac solubilis ?
Sordet, tumescit, liquitur, foetet, dolet,
Infiatur irâ, solvitur libidine :
Plerumque felle tincta livores trahit. 510

Aurum regestum nonne carni acquiritur ?
Inlusa vestis, gemma, bombyx, purpura,
In carnis usum mille quærantur dolis :
Luxus vorandi carnis arvinam fovet :
Carnis voluptas omne per nefas ruit. 515

Medere, quæso, carnifex, tantis malis :
Concede, carpe fomitem peccaminum :
Fac, ut resecto debilis carnis situ
Dolore ævo omni mens supersit libera;

Ne gestet ultrà, quod tyrannus amputet.

520

Nec terrearis, turba circumstantium :

Hoc perdo solum, quod peribit omniibus :

Regi, clienti, pauperique, & diviti.

Sic vernularum, sic Senatorum caro

Tabescit, imo cum sepulcro condita est.

525

Jactura vilis mordet & damnum leve;

Si, quo carendum est, perdere extimescimus.

Cur, quod necesse est, non voluntas occupat ?

Natura cur non vertit in rem gloriæ ?

Legale damnum depretemus præmiis.

530

Sed, præmiorum forma quæ sit fortibus,

Videamus : illa nempe, quæ nunquam perit.

Cælo refusus subvolabit spiritus ;

Dei parentis perfruetur lumine,

Regnante Christo stans in arce regiâ.

535

Quandoque cælum, cæu liber, plicabitur;

Cadet rotati Solis in terram globus :

Spharam ruina menstrualem destruet :

Deus superstes solus, & iusti simul

Cum sempiternis permancbunt Angelis.

540

Contemne præsens utile, ô prudens homo,

Quod terminandum, quod relinquendum est tibi :

Omitte corpus, rem sepulcri & funeris :

Tende ad futuram gloriam : perge ad Deum :

Agnosce, qui sis : vince mundum & sæculum.

545

Vixdum elocutus martyr hanc peregerat

Orationem, cum furens interfecit

Asclepiâdes : Vertat istum canifex

In os loquentis; inque maxillas manum,

Sulcosque acutos & fidiclas transferat.

550

Verboſitatis ipse rumpatur locus ;

Scaturrientes perdat ut loquacitas

Sermonis auras, perforatis follibus,

Quibus sonandi nulla lex ponit modum :

Ipsa & loquentis verba torqueri volo.

555

Inplet

Inplet jubentis dicta licetor inpius :
 Charaxat ambas unguis scribingibus
 Genas, cruentis & lecat faciem notis:
 Hirsuta barbis solvitur carptim cutis,
 Et mentum adusque vultus omnis scinditur. 560

Martyr fluentem fatur inter sanguinem.
 Grates tibi, ô Præfeste, magnas debeo,
 Quòd multa pandens ora jam Christum loquor :
 Artabat ampli nominis præconium
 Meatus unus, inpar ad laudes Dei. 565

Rimas patentes invenit vox edita,
 Multisque fusa rictibus reddit sonos
 Hinc inde plures, & profatur undique
 Christi Patrisque sempiternam gloriam.
 Tot ecce laudant ora, quot sunt vulnera. 570

Tali repressus cognitor constantia,
 Cessare pœnam præcipit. tunc sic ait :
 Per Solis ignem juro; qui nostros dies
 Reciprocatis administrat circulis,
 Cujus recurso lux & annus ducitur, 575

Ignes parandos jam tibi tristis rogi,
 Qui sine digno corpus istud devorent,
 Quod perseverans tam resistit nequiter
 Sacris vetustis; nec dolorum spiculis
 Victum fatiscit, fitque pœnis fortius. 580

Quis hunc rigorem pectori injecit stupor ?
 Mens obstinata est : corpus omne occalluit.
 Tantus novelli dogmatis regnat furor.
 Hic nempe vester Christus laud olim fuit,
 Quem tu sateris ipse suffixum cruci. 585

Hæc illa crux est omnium nostrum salus,
 Romanus inquit : hominis hæc redemptio est.
 Scio incapacem te sacramenti, inpie,
 Non posse cæcis sensibus mysterium
 Haurire nostrum : nil diurnum nox capit, 590

Tamen in tenèbris proferam claram facem.

Sanus videbit : lippus oculos obteget.

Removete lumen, dicet insanabilis.:

Injuriosa est nil videnti claritas.

Audi, profane, quod gravatus oderis.

595

Regem perennem Rex perennis protulit,

In se inmanentem, nec minorem tempore,

Quia tempus illum non tenet : nam fons retrò

Exordiorum est, & dierum, & temporum,

Ex patre Christus : hoc Pater, quod Filius.

600

Hic se videndum præstitit mortalibus :

Mortale corpus sumsit immortalitas,

Ut, dum caducum portat æternus Deus,

Transire nostrum possit ad cælestia :

Homo est peremptus, & resurrexit Deus.

605

Congressa mors est membra gestanti Deo.:

Dum nostra temptat, cessit immortalibus.

Stultum putatis hoc sophistæ sæculi :

Sed stulta mundi summus elegit Pater ;

Ut stultus esset sæculi, prudens Dei:

610

Antiquitatem Romuli, & Mavortiam

Eupam renarras, primum & omen vulturum :

Si res novellas respuis, nil tam recens :

Vix mille fastis inplet hanc ætatulam

Cursus dierum conditore ab augure.

615

Sexcenta possim regna pridem condita

Proferre roto in orbe, si sit otium,

Multò antè elata, quàm capellam Cnossiam

Suxisse fertur Juppiter Martis pater :

Sed illa non sunt, hæc & olim non erunt.

620

Crux ista Christi, quam novellam dicitis,

Nascente mundo factus ut primum est homo

Expressa signis, expedita est litteris :

Adventus ejus mille per miracula

Prænuntiatus ore vatum consono.

625

Reges, Prophetæ, Judices, & Principes,

Virtute, bellis, cultibus, sacris, stilo,

Non

Non destiterunt pingere formam crucis.
 Crux prænотата, crux adumbrata est prius,
 Crucem vetusta combiberunt sacula. 630

Tandem relectis vocibus propheticis
 Ætate nostrâ conprobata antiquitas,
 Coram refulsit ore conspicabili,
 Ne fluctuaret veritas dubiâ fide,
 Si non patêret teste visu comminus. 635

Hinc nos & ipsum non perire credimus
 Corpus, sepulcro quod vorandum traditur:
 Quia Christus in se mortuum corpus Cruci
 Secum excitatum vexit ad solium Patris,
 Viamque cunctis ad resurgendum dedit. 640

Cruce illa nostra est, nos patibulum adscendimus:
 Nobis peremptus Christus; & nobis Deus
 Christus reversus, ipse qui moriens homo est:
 Natura duplex moritur & mortem domat,
 Redirque in illud, quod perire nesciat. 645

Dixisse pauca sit satis de mysticis
 Nostræ salutis, deque processu spei.
 Jam jam silebo: margarita spargere
 Christi vetamur inter immundos suos;
 Lurulenta sanctum ne terant animalia. 650

Sed, quia profundâ non licet Inëtarier
 Ratione tecum, consulamus proxima.
 Interrogetur ipsa naturalium
 Simplex sine arte sensuum sententia:
 Fuci inperitus fac ut adsit arbiter. 655

Da septuennem circiter puerum aut minus,
 Qui sit favoris liber, & non oderit
 Quemquam, nec ullum mentis in vitium cadat:
 Periclitemur, quid recens infantia
 Dicat sequendum, quid novus sapiat vigor. 660

Hanc ille sancti martyris vocem libens
 Amplexus, unum de catervâ infantium
 Parvum, nec olim lacte depulsum, capi,

Captumque adesse præcipit. Quidvis roga,
Inquit: sequamur, quod probarit pufio.

665

Romanus ardens experiri innoxiam.
Lactentis oris indolem, Filiole, ait,
Dic, quid videtur esse verum & congruens,
Unumne Christum colere, & in Christo Patrem,
An conprecari mille formarum deos?

670

Adrisit infans, nec moratus rettulit:
Est quidquid illud, quod ferunt homines Deum,
Unum esse oportet, &, quod uni, est unicum.
Cum Christus hoc sit, Christus est verus Deus.
Genera deorum multa nec pueri putant.

675

Stupuit tyrannus, sub pudore fluctuans,
Nec vim decebat innocenti atatulæ
Inferre leges, nec loquenti talia
Furor sinebat efferatus parcere.

Quis auctor, inquit, vocis est hujus tibi?

680

Respondit ille: Mater, & matri Deus.
Illa ex parente Spiritu docta inbibit,
Quo me inter ipsa pasceret eunabula:
Ego, ut gemellis uberum de fontibus
Lac parvus hausi, Christum & hausi credere.

685

Ergo ipsa mater adsit, exclamat, cedo,
Asclepiâdes: disciplinæ & exitum
Tristem suæ magistra spectet in pia,
Malè eruditi torqueatur funere
Infantis orba; quemque corruptit, fleat.

690

Absit, ministros vilis ut inuliereula
Nostros fatiget. quantulos autem dolor
Vexabit artus, mortis auxilio brevis!
Oculi parentis punientur acrius,
Quàm si eruentæ membra carpant unguæ.

695

Vix hæc profatus, pusionem præcipit
Sublimè tollant, & manu pulsent nates:
Mox & remotâ veste virgis verberent,
Tenerumque duris ictibus tergum secent;

Plus

Plus unde lactis, quàm cruoris, defluat. 700

Quæ cautis illud perpeti spectaculum,
 Quis ferre possit aris aut ferri rigor?
 Inpacta quotiens corpus attigerat salix,
 Tenui rubebant sanguine uda vimina,
 Quem plaga fierat roscidis livoribus. 705

Eerunt minaces verberantium genas
 Inlacrimasse sponte de manantibus
 Guttis per ora barbarum frementia;
 Scribas & ipsos, & coronam plebium,
 Procerisque ficcis non steterisse visibus. 710

At sola mater hisce lamentis caret,
 Soli sereno frons renidet gaudio:
 Stat in piorum corde pietas fortior,
 Amore Christi, contumax doloribus;
 Firmatque sensum mollis indulgentiæ. 715

Sitire sese parvus exclamaverat:
 Animæ æstuantis ardor in cruciatibus
 Hoc exigebat, lymphæ ut haustum posceret:
 Quem torva mater eminus tristi intuens
 Vultu, & severis vocibus sic increpat: 720

Puto inbecillo, nate, turbaris metu,
 Et te doloris horror afflictum domat:
 Non hanc meorum viscerum stirpem fore
 Deo spondi, non in hanc spem gloriæ
 Te procreavi, cedere ut leto scias. 725

Aquam bibendam postulas, cum sit tibi:
 Fons ille vivus præsto, qui semper fluit,
 Et cuncta solus inrigat viventia,
 Intus forisque spiritum & corpus simul,
 Æternitatem largiens potantibus. 730

Venies ad illud mox fluentum; si modò
 Animo ac medullis solus ardor æstuet,
 Videre Christum: quod semel potum adfatim
 Sic sedat omnem pectoris flagrantiam,
 Vita ut beata jam sitire nesciat. 735

Hic, hic bibendus, nate, nunc tibi est calix,
 Mille in Bethlehem quem biberunt parvuli :
 Oblita lactis & papillarum inmemor
 Aetas amaris, mox deinde dulcibus
 Refecta poclis, mella sumsit sanguinis.

740

Exemplum ad istud nitere, ô fortis puer,
 Generosa proles matris & potentia.
 Omnes capaces esse virtutum Pater
 Mandavit an nos : neminem excepit diem,
 Iphis triumphos adnuens vagitibus.

745

Scis, sæpe dixi, cùm docenti adluderet,
 Et garrulorum figua verborum dares,
 Isac fuisse parvulum patri unicum :
 Qui, cùm immolanda aram & enses cerneret,
 Ultra sacrañti colla præbuerit feni.

750

Narravi & illud nobile ac memorabile
 Certamen, unâ matre quod septem editi
 Gessere pueri, sed tamen factis viri :
 Hortante eâdem matre, in ancipiti exitu
 Poenæ & coronæ sanguini ut ne parcerent.

755

Videbat ipsos adparatus funerum
 Præsens suorum, nec movebatur parens,
 Latata quotiens aut olivo stridula
 Sartago frixum torruisset puberem,
 Dira aut crepasset lammiuarum impressio.

760

Comam cutemque verticis revulserat
 A fronte tortor, nuda testa ut tegmine
 Cervicem adusque dehonestaret caput.
 Clamabat illa : Patere. gemmis vestiet
 Apicem hunc corona regio ex diademate.

765

Linguam tyrannus amputari iusserat
 Uni ex ephēbis. mater aiebat : Satis
 Jam parva nobis gloria est : pars optima
 Deo immolatur ecce nostri corporis :
 Digna est fidelis lingua quæ sit hostia.

770

Interpres animi, enuntiatrix sensuum,

COE-

Cordis ministra, præco operti pectoris,
 Prima offeratur in sacramentum necis,
 Et sit redemptrix prima membrorum omnium,
 Ducem dicatam mox sequentur cetera. 775

His Machabæos incitans stimulis parens,
 Hostem subegit subjugatum septies,
 Quot fata natis, tot triumphis inelyta :
 Me partus unus ut feracem gloriæ,
 Mea vita, præstet, in tuâ est situm manu. 780

Per hujus alvi fida conceptacula,
 Per hospitem mense bis quino larem;
 Si dulce nostri pectoris nectar tibi,
 Si molle gremium, grata si crepundia :
 Persiste, & horum munerum auctorem adserere. 785

Quanam arte nobis vivere intus cœperis,
 Nihilumque, & illud, unde corpus, nescio :
 Novit animator solus & factor tui.
 Impendere ipsi, cujus ortus munere es :
 Bene in datorem, quod dedit, refuderis. 790

Talia canente matre jam lætus puer
 Virgas strepenres, & dolorem verberum
 Ridebat. hic tum cognitor pronuntiat :
 Claudatur infans carcere, & tanti mali
 Romanus auctor torqueatur acrius. 795

Illum recentes per cicatricum vias
 Denuo exarabant, quaque acutum traxerant
 Paullò antè ferrum, mox recrudescentibus
 Plagis apertas persequiebantur notas,
 Quos jam superbus victor ignavos vocat. 800

O non virile robur, ô molles manus!
 Unam labantis dissipare tam diu
 Vos non potesse fabricam corpusculi !
 Vix jam cohæret : nec tamen penitus cadit,
 Vincens lacertos dexterarum inertium. 805

Citiùs cadaver dentibus carpunt canes,
 Longeque morsus vulturum efficacior

Ad devorandas carnis offas mortuæ.

Languetis inbelli fame ac fatiscitis :

Gula est serena, sed fociors edacitas.

810

Exarsit istis turbida ira Judicis,

Seque in supremam concitat sententiam :

Si te morarum pœnitet; finem citum

Subeas licebit, ignibus vorabere

Damnatus, & savilla jam tenuis fiet.

815

Abiens at ille, cùm foro abriperent vitum

Truces ministri, ponè respectans ait:

Appello ab ista, perfide, ad Christum meum

Crudelitate, non metu mortis tremens,

Sed ut probetur esse nil, quod iudicas.

820

Quid differo, inquit ille, utrosque perdere,

Puerum ac magistrum, complices sectæ inpiræ?

Gladius recidat vile vix hominis caput

Infantis : istum flamma vindex concremet.

Sit his sub uno fine dispar exitus.

825

Perventum ad ipsum cædis implendæ locum,

Natum gerebat mater amplexu & sinu,

Ut primitivum crederes sætum geri,

Deo offerendum, sancti Abelis ferculo,

Lectum ex ovili puriorem ceteris.

830

Puerum poposcit canis ex : mater dedit,

Nec inmorata est fletibus : tantum osculum

Inpressit unum. Vale, ait, dulcissime;

Et, cùm beatus regna Christi intraveris,

Memento matris, jam patronæ ex filio.

835

Dixit : deinde, dum ferit cerviculam

Percussor ense, docta mulier psallere,

Hymnum canebat carminis Davidici.

Pretiosa sancti mors sub adspæctu Dei :

Tuus ille servus, proles ancillæ tuæ.

840

Talia retexens explicabat pallium,

Manusque tendebat sub ictu & sanguine,

Venarum ut undam profluam manantium,

Et palpitantis oris exciperet globum :
 Excepit, & caro adplicavit pectori. 845

At parte campi ex alterâ inmanem pyram
 Tecebat ustor fumidus pinu aridâ,
 Sarmenta mixtim subdita, & feni struem
 Spargens liquato rore ferventis picis,
 Quo flamma pastu cresceret ferocius. 850

Et jam retortis brachiis furcâ eminus
 Romanus actus ingerebatur rogo.
 Scio, inquit ille, non futurum, ut concremer :
 Nec passionis hoc genus datum est mihi ;
 Et restat ingens, quod fiat, miraculum. 855

Hæc ejus orsa sequitur inmensus fragor
 Nubis rucntis : nimbus undatim nigro
 Præceps aquarum flumine ignes obruit.
 Alunt olivo semiconbustas faces :
 Sed vincit imber jam madentem fomitem. 860

Trepidare tater carnifex rebus novis,
 Turbatus, & qua posset arte insistere,
 Versare torres cum favillis humidis,
 Prunas manipulis confovere stuppeis,
 Et semen ignis inter undas quarere. 865

Quod, cum tumentis nunriatum Judici,
 Movisset iram fellis inplacabilis :
 Quousque tandem summus hic nobis magus
 Inludet, inquit, Thessalarum carmine,
 Pœnam peritus vertere in ludibrium ? 870

Fortasse cervix, si secandam jussero
 Flecti sub ensem, non patebit vulncri:
 Vel amputatum plaga collum dividens
 Rursus coibit ac reglutinabitur,
 Humerisque vertex eminebit additus. 875

Temptemus igitur anrè partem quampiam
 Truncare ferro corporis superstitis,
 Ne morte simplâ criminofus multiplex
 Cadat, vel unâ perfidus eade obpetat :

Quot

Quot membra gestat, tot modis pereat volo. 880

Liber experiri, Lerna sicut traditur,
Utrum renatis pullulascet artubus,
Ac se inminuti corporis damnis novum
Instauret : ipse praesto erit tunc Hercules,
Hydrina suctus ustuire vulnera. 885

Jam nunc secandi doctus adsit artifex :
Qui euncta norit viscerum confinia,
Vel nexa nervis disparare vincula.
Date hunc, revulsis qui medetur ossibus,
Aut fracta nodis sarcimens compaginat. 890

Linguam priorem detrahat radicitus,
Quæ corpore omni sola vivit nequior :
Illa & procaci pessima in nostros Deos
Inventa motu fas profanavit vetus,
Audax & ipsi non pepercit Principi. 895

Aristo quidam medicus accitus venit,
Proferre linguam præcipit : profert statim
Martyr resectam, pandit inia & faucium.
Ille & palatum tractat, & digito exitum
Vocis pererrans, vulneri explorat locum. 900

Linguam deinde longè ab ore protrahens,
Scalpellum in usque guttur insertans agit.
Illo secante fila sensim singula
Numquam momordit martyr, aut os dentibus
Compressit artis, nec cruorem sorbuit. 905

Inmotus & patente rictu constitit,
Dum sanguis extrà defluit scaturriens:
Perfusa pulcher menta rursus stemmate
Fert, & cruenti pectoris spectat decus,
Fruiturque & ostro vestis ut jam regia. 910

Ergo ratus Præfectus elinguem virum
Cogi ad sacrandum posse, cum verbis carens
Nil in deorum blateraret dedecus :
Jubet reduci jam taentem ac debilem,
Multo loquentis turbine olim territus. 915

Reponit aras ad tribunal denuò;

Et tus, & ignem vividum in carbonibus,

Taurina & exta, vel suilla abdomina :

Ingressus ille, ut hos paratus perspicit,

Insufflat, ipsos ceu videret dæmonas.

920

Inridet hoc Asclepiâdes lætior :

Addit deinde : Numquid inclementiùs,

Sicut solebas, es paratus dicere ?

Effare quidvis, ac perora, & disserere.

Permitto, vocem liberè ut exerceas.

925

Romanus, alto corde suspirans diu,

Gemitu querellam traxit, & sic orsus est.

Christum loquenti lingua numquam defuit :

Nec verba quaras quo regantur organo,

Cùm prædicatur ipse verborum dator.

930

Qui fecit, ut vis vocis expressa intimo

Pulmone, & oris torta sub testudine,

Nunc ex palato det repercussos sonos,

Nunc temperetur dentium de pectine,

Sitque his agendis lingua plectrum mobile :

935

Si mandet idem, faucium sic fistulas

Spirare flatu concinentes consono,

Ut verba in ipsis explicent meatibus,

Vel exitu oris cymbalis profarier,

Nunc pressa parcè labra, nunc hiantia :

940

Dubitasne verti posse naturæ statum,

Cui facta forma est, qualis esset primitus ?

Hanc nempe factor vertere, ut libet, potest;

Positasque leges texere ac retexere ;

Linguam loquella ne ministram postulet.

945

Vis scire nostri Numinis potentiam ?

Fluctus liquentis æquoris pressit pede :

Natura fluxa ac tenuis in solidum coit,

Quàm dispar illis legibus, quis condita est !

Solet natatus ferre, fert vestigia.

950

Habet usiatum munus hoc divinitas,

Quæ

Quæ vera nobis colitur in Christo & Patre,
Mutis loquellam, percitum claudis gradum,
Surdis fruendam reddere audientiam,
Donare cæcis lucis insuetæ diem.

955

Hæc si quis amens fabulosa existimat,
Vel ipse tute si parum fidelia
Rebare pridem, vera cognoscas licet :
Habes loquentem, cujus amputaveras
Linguam : probatis cede jam miraculis.

960

Horror stupentem persecutorem subit :
Timorque & ira pectus in caliginem
Vertere : nescit, vigilet anne somniet :
Mirantur hærens, quod sit ostenti genus.
Formido frangit; armat indignatio.

965

Nec vim domare mentis effrenæ potest ;
Nec, quò furoris tela vertat, invenit.
Postremò medicum sævus insontem jubet
Reum citari : nudinatum hunc arguit,
Mercede certâ pactus ut conluderet :

970

Aut ferrum in ore nil agens & inritum
Versasse frustra, ceu retusis ictibus;
Aut arte quadam vulnus inlatum breve,
Quod fauciarâ parte linguam læderet,
Nervos nec omnes usquequaque abscideret.

975

Manere salvam vocis harmoniam probè,
Non posse inani concavo verba exprimi,
Quæ concrepare ligula moderatrix facit.
Esto, ut resultet spiritus vacuo specu :
Echo sed exstat inde, non oratio.

980

Veris refutat medicus hanc calumniam,
Scrutare vel tu nunc latêbras faucium;
Intraque dentes curiosum pollicem
Circumfer, haustus vel patentes inspice,
Lateatne quidquam, quod regat spiramina.

985

Quamquam forassem fortè si puncto levi,
Tenuive linguam contigissem vulnere.

Tutu

Titubante pleetro fatus esset debilis.

Nam, cum magistra vocis in vitium cadit,
Ufus, necesse est, & loquendi intercidat. 990

Fiat periculum, si placet, cujusmodi
Edar querellam quadrupes linguâ etutâ,
Elinguis & quem porca grunuitum strepat,
Cui vox fragosa, clamor est inconditus :
Probabo mutam nil sonare stridulum. 995

Testor salutem Principis, me simplici
Functum secantis atque, Judex optime;
Servisse jussis absque fraude publicis.
Sciat hic, quis illi verba fuggillet Deus :
Ego, unde inutus fit diserrus, nescio. 1000

His sese Aristo purgat. at contra inpiam
Nil hæc latroneum Christianorum movent :
Magis magisque fertur in vrsaniam :
Quærit, alienus sanguis ille adspeserit
Virum, suone fluxerit de vulnere. 1005

Respondit his Romanus : Eccum, præsto sum :
Meus iste sanguis verus est, non bubulus :
Agnoscis illum, quem loquor, miserrime
Pagane, vestri sanguinem factum bovis,
Cujus litata cade permadescitis ? 1010

Summus sacerdos nempe sub tettam scrobe
Actâ in profundum consectandus mergitur,
Mitrâ insulatus, festa vitis tempora
Nectens, coronâ tum tepexus aureâ,
Cinctu Gabino sericam fultus togam. 1015

Tabulis supernè strata texunt pulpita,
Rimosa tari pægmatis compagibus :
Scindunt subinde vel terèbiant aream,
Crebroque lignum perforant acumine,
Pateat minutis ut frequens hiatibus. 1020

Huc taurus ingens, fronte rorvâ & hispida,
Settis revinctus aut per armos floteis,
Aut ingreditur cornibus deducitur :

Nec

Necnon & auro frons coruscat hostiæ,
Sætasque fulgor brattealis inficit.

1025

Hic, ut statuta est immolanda belua,
Pectus sacrata dividunt venabula:
Eruat amplum vulnus undam sanguinis
Ferventis, inque texta pontis subditi
Fundit vaporum flumen, & latè astuat.

1030

Tum, per frequentes mille rimarum vias
Inlapsus imber, tabidum rorem pluit:
Defossus intus quem sacerdos excipit,
Guttas ad omnes turpe subjectans caput,
Et veste & omni putefactus corpore.

1035

Quin os supinat, obvias offert genas,
Subponit aures, labra, nares objicit,
Oculos & ipsos perluit liquoribus:
Nec jam palato parcit, & linguam rigat,
Donec cruorem totus atrum conbibat.

1040

Postquam cadaver sanguine egesto rigens,
Compagne ab illa Flamines retraxerint,
Procedit inde Pontifex, visu horridus,
Ostentat udum verticem, barbam gravem,
Vittas madentes, atque amictus ebrios.

1045

Hunc inquinatum talibus contagiis,
Tabo recentis sordidum piaculi,
Omnes salutant atque adorant eminus:
Vilis quod illum sanguis & bos mortuus
Fœdis latentem sub cavernis laverint.

1050

Addamus illam, vis, Hecatomben tuam?
Centena ferro cum cadunt animalia,
Variâque abundans cæde restagnat cruor,
Vix ut eruentis augures natatibus
Possint meare per profundum sanguinis.

1055

Sed quid macellum pingue pulvinarium,
Quid maximorum lancinatores gregum,
Evisceratâ carne crudos criminor?
Sunt sacra, quando vosinet ipsi exciditis.

Vo-

Votivus & cùm membra detruncat dolor. 1060

Cultrum in lacertos exserit fanaticus,
 Seditque Matrem brachiiis placat Deam.
 Furere ac rotari jus putatur mysticum :
 Parca ad secandum dextra fertur in pia :
 Cælum meretur vulnere crudelitas. 1065

Ast hic metenda dedicat genitalia,
 Numen recito mitigans ab inguine :
 Offert pudendum semivir donum Deæ :
 Illam revulsâ masculini germinis
 Venâ, effluenti pascit auctam sanguine. 1070

Uterque sexus sanctitati displicet :
 Medium retentat inter alternum genus :
 Mas esse cessat ille, nec fit femina.
 Felix deorum Mater inberbes sibi
 Parat ministros lævibus novaculis. 1075

Quid, cùm sacrandus accipit sphragitidas?
 Acus minutas ingerunt fornacibus :
 His membra pergunt urere, ut igniverint :
 Quamcumque partem corporis fervens nota
 Stigmatit, hanc sic consecratam prædicat. 1080

Functum deinde cùm reliquit spiritus,
 Et ad sepulcrum pompa fertur funeris ;
 Partes per ipsas imprimuntur bratteæ :
 Insignis auri lammina obducit cutem ;
 Tegitur metallo, quod perustum est ignibus. 1085

Has ferre pœnas cogitur gentilitas.
 Hac dî coërcent lege cultores suos :
 Sic dæmon ipse ludit hos, quos cæperit.
 Docet execrandas ferre contumelias,
 Tormenta inuri mandat infelicibus. 1090

At noster iste sanguis ex vestrà fuit
 Crudelitate : vos tyrannide inpiâ
 Exulceratis innocentum corpora.
 Si vos sinatis, incruentè vivimus :
 At si cruentè maniamur, vincimus. 1095

Sed

Sed jam filebo : finis instat debitus,
 Finis malorum, passionis gloria :
 Jam non licebit, inprobe, ut licuit modò,
 Torquere nostra vel secare viscera :
 Cedas necesse est victus, & jam desinas.

1100

Cessabit equidem tortor & sector dehinc,
 Judex minatur: sed peremptoris manus
 Succedet illis strangulatrix faucium :
 Aliter silere nescit oris garruli
 Vox inquieta, quàm rubam si fregero.

1105

Dixit, foroque protrahi jussit virum,
 Trudi in tenèbras noxialis carceris :

Elidit illie fune collum martyr
 Lictor nefandus. sic peracta est passio :
 Anima absoluta vinculis cælum petit.

1110

Gesta intimasse cuncta fertur Principi
 Præfatus, addens ordinem voluminum,
 Sericisque tantæ digerens tragœdiæ :
 Latatus omne crimen in fastos refert
 Snum tyrannus chartulis vivacibus.

1115

Illas sed ætas conficit diutina,
 Fuligo fuscatur, pulvis obducitur fitu,
 Carpit senectus, aut ruinis obruit :
 Inscripta Christo pagina immortalis est,
 Nec obsolescit ullus in cælis apex.

1120

Exceptit adstans Angelus cotam Deo
 Et quæ locutus martyr & quæ pertulit :
 Nec verba solùm differentis condidit :
 Sed ipsa pingens vulnera expressit stilo,
 Laterum, genarum, pectorisque, & faucium.

1125

Omnis notata est sanguinis dimensio,
 Ut quamque plagam sulcus exaraverit,
 Altam, patentem, proximam, longam, brevem :
 Quæ vis doloris, quive segmenti modus,
 Guttam cruoris ille nullam perdidit.

1130

Hic in regestis est liber cælestibus.

Monumenta servans laudis indelebilis,
 Relegendus olim sempiterno Judici:
 Libramine æquo qui malorum pondera,
 Et præmiorum comparabit copias. 1135

Vellem, sinister inter hædorum greges,
 Ut sum futurus, cminus dinoscerer;
 Atque, hoc præeante, diceret Rex optimus:
 Romanus orat; transfer huc hædum mihi:
 Sit dexter agnus; induatur vellere. 1140

H Y M N U S XI.

*De Passione Sancti Hippolyti beatissimi martyris.
 Ad Valerianum Episcopum.*

Innumeros cineres sanctorum Romulâ in urbe
 Vidimus, ô Christi Valcriane sacer.
 Inefos tumulis titulos, & singula quaris
 Nomina? difficile est, ut replicare queam.
 Tantos justorum populos furor impius hausit, 5
 Cùm coleret patrios Troia Roma deos.
 Plurima litterulis signata sepulcra loquuntur
 Martyris aut nomen, aut epigramina aliquod.
 Sunt & muta tamen, tacitas claudencia tumbas
 Marmora, quæ solum significant numerum. 10
 Quanta virum jaceant congestis corpora acervis,
 Nosse licet, quorum nomina nulla legas.
 Sexaginta illic, defossas mole sub unâ,
 Reliquias incmini me didicisse hominum:
 Quorum solus habet conperta vocabula Christus, 15
 Utpote quos propria junxit amicitia.
 Hæc dum lustro oculis, & sicubi fortè latentes
 Rerum apices veterum per monumenta sequor;
 Invenio Hippolytum, qui quondam schisma Novati
 Presbyter attigerat, nostra sequenda negans, 20
 Usque ad martyrii proVectum insigne, tulisse
 Lucida sanguinei præmia supplicii.

Nec mirere senem, perversi dogmatis olim,
Munere ditatum catholicæ fidei.

Cùm jam vafano victor raperetur ab hoste,
Extultante animâ, carnis ad exitium, 25

Plebis amore suæ multis comitantibus ibat.

Consultus, quænam secta foret melior,

Respondit : Fugite, ô miseri, execranda Novati

Schismata : catholicis reddite vos populis. 30

Una fides vigeat, prisco quæ condita templo est :

Quam Paulus retinet, quamque cathêdra Petri.

Quæ docui, docuisse piget : venerabile martyr

Cerno, quod à cultu rebar abesse Dei.

His ubi detorsit lævo de tramite plebem, 35

Monstravitque sequi, quâ via dextra vocat;

Seque ducem recti spretis anfractibus idem

Præbuit, erroris qui prius auctor erat :

Sistitur infano rectori, Christicolas tunc

Ostia vexanti per Tiberina viros. 40.

Illo namque die Româ secesserat, ipsos

Peste suburbanos ut quateret populos.

Non contentus humum, celsa intra mœnia Romæ,

Tinguere justorum cædibus assiduis.

Janiculum cùm jam madidum, Fora, Rostra, Subu-
ram 45

Cerneret eluvie sanguinis adfluere :

Protulerat rabiem Tyrreni ad litoris oram,

Quæque loca æquoreus proxima portus habet

Inter carnifices, & constipata sedebat

Officia, exstructo celsior in folio. 50

Discipulos fidei, detestandique rebelles

Idolii ardebat dedere perfidiæ.

Carcereo crinita situ stare agmina contra

Jusserat, horrendis excrucienda modis.

Inde catenarum tractus, hinc lorea flagra 55

Stridere, virgarum concrepitare fragor.

Ungula fixa cavis costarum cratibus

Pandere secessus, & lacerare jecur.

Ac jam lassatis Iudex tortoribus ibat

In furias, cassâ cognitione fremens. 60

Nullus enim Christi ex famulis per tanta repertus

Supplicia, auderet qui vitare animam.

Inde furens quæsitior ait : Jam, tortor, ab unco

: Desine : si vana est quæstio, morte agito.

Huic abscede caput : crux istum tollat in auras, 65

Viventesque oculos offerat alitibus :

Hos rape præcipites, & vinctos conjice in ignem :

Sit pyra, quæ multos devoret una reos.

En tibi, quos properes rimosæ imponere cumbæ,

Pellere & in medii stagna profunda freti. 70

Quos ubi susceptos rapidum malesuta per æquor

Vexerit, & tumidis casa labarit aquis ;

Dissociata putrem laxent tabulata carinam,

Conceptumque bibant undique naufragium.

Squamea cœnoso præstabit ventre sepulcrum 75

Belua, consumtis cruda cadaveribus.

Hæc persultanti celsum subito antè tribunal

Offertur senior nexibus implicitus.

Stipati circum juvenes clamore frenebant,

Ipsum Christicolis esse caput populis. 80

Si foret extinctum properè caput, omnia vulgi

Pectora Romanis spontè sacrandâ deis.

Insolitum leti poscunt genus, & nova pœnæ

Inventa, exemplo quo trepident alii.

Ille supinatâ residens cervice, Quis, inquit, 85

Dicitur? adfirmant dicier Hippolytum.

Ergo sit Hippolytus : quatiat turbetque jugales,

Intereatque feris dilaceratus equis.

Vix hæc ille : duo cogunt animalia, freni

Ignara, insueto subdere colla jugo : 90

Non stabulis blandive manu palpata magistri,

Imperiumque equitis antè subacta pati :

Sed campestre vago nuper pecus è grege captum,

Quod pavor indomito corde ferinus agit.
 Jamque reluctantes sociarant vincula bigas, 90
 Oraque discordi fœdere nexuerant.
 Temonis vice funis inest, qui terga duorum
 Dividit, & medius rangit utrumque latus,
 Dequæ jugo in longum se post vestigia retrò
 Protendens trahitur, transit & ima pedum. 95
 Hujus ad extremum, sequitur quæ pulvere summo
 Cornipedum refugas orbita trita vias,
 Crura viri innectit laqueus, nodoque tenaci
 Adstringit plantas, cumque rudente ligat.
 Postquam composito satis instruxere paratu 100
 Martyris ad pœnam verbera, vincla, feros :
 Instigant subitis clamoribus, atque flagellis;
 Illaque infestis perfodiunt stimulis.
 Ultima vox audita senis venerabilis hæc est :
 Hi rapiunt artus; tu rape, Christe, animam. 105
 Prorumpunt alacres, cæco & terrore feruntur,
 Quæ sonus atque tremor, quæ furor exagitant.
 Incendit feritas, rapit inpetus, & fragor arguet :
 Nec cursus volucer mobile sentit onus.
 Per silvas, per saxa ruunt : non ripa rerardat 110
 Fluminis, aut torrens oppositus cohibet.
 Prosterunt saxes, & cuncta obstacula rumpunt :
 Prona, fragosa petunt; ardua transfiliunt.
 Scissa minutatim labefacto corpore frustra
 Carpit spinigeris stirpibus hirtus ager. 115
 Pats fummis pendet scopulis, pars sentibus haret:
 Parte rubent frondes, parte madescit humus.
 Exemplar sceleris paries habet inlitus, in quo
 Multicolor fucus digerit omne nefas.
 Picta super tumulû species liquidis viget umbris, 120
 Effigians racti membra cruenta viri.
 Rorantes saxorum apices vidi, optime Papa,
 Purpurasque notas vepribus inpositas.
 Docta manus virides imitando effingens dumes

Luserat è minio ruffeolam saniem. 125

Cernere erat, ruptis compagibus ordine nullo
Membra per incertos sparsa jacere situs.

Addiderat earos, gressu lacrimisque sequentes,
Devia quæ fractum semita monstrat iter.

Mærore attoniti atque oculis rimantibus ibant : 135
Inplebantque sinus visceribus laceris.

Ille caput niveum complectitur, ac reverendam
Canitiem in olli confovet in gremio.

Hic humeros, truneasque manus, & brachia, & ul-
nas,

Et genua, & crurum fragmina nuda legit. 140

Palliolis etiam bibulæ siccantur harenæ,
Ne quis in infecto pulvere ros maneat.

Si quis & in sudibus recalenti adspergine sanguis
Insidet, hunc omnem spongia pressa rapit.

Nec jam densa sacro quidquam de corpore silva 145
Obtinet, aut plenis fraudat ab exsequiis.

Cumque recensetis constaret partibus ille,
Corporis intègri qui fuerat numerus :

Nec purgata aliquid deberent avia toto
Ex homine, exterfis frondibus & scopulis, 150

Metando eligitur tumulo locus : Ostia relinquunt :
Roma placet, sanctos quæ teneat cineres.

Haud procul extremo culta ad pomceria vallo
Mersa latebrosis eripta patet foveis.

Hujus in occultum gradibus via proma reflexis 155
Ire per anfractus luce latente docet.

Primas namque fores summo tectis intrat hiatu,
Inlustratque dies limina vestibuli.

Inde, ubi progressu facili nigrescere visa est
Nox obscura, loci per specus ambiguum, 160

Occurrunt cæsis inmissa foramina testis,
Quæ jacent claros antra super radios.

Quamlibet ancipites texant hinc inde recessus,
Prosis atria porticibus :

Attamen excisi subter cava viscera montis, 165
 Crebra terêbrato fornice lux penetrat.
 Sic datur absentis per subterranea Solis
 Cernere fulgorem, luminibusque frui.
 Talibus Hippolyti corpus mandatur opertis,
 Propter ubi adposita est ara dicata Deo. 170
 Illa sacramenti donatrix mensa, eademque
 Custos fida sui martyris adposita,
 Servat ad æterni spem Judicis ossa sepulcro;
 Pascit item sanctis Thybricolas dapibus.
 Mira loci pietas, & prompta precantibus ara, 175
 Spes hōinum placidâ prosperitate juvat.
 Hic corruptelis animique & corporis æger
 Oravi quotiens stratus, opem merui.
 Quòd lator reditu, quòd te, venerande sacerdos,
 Complecti licitum est, scribo quòd hæc eadē, 180
 Hippolyto scio me debere : Deus cui Christus
 Possè dedit, quod quis postulet, adnuere.
 Ipsa, illas animæ exuvias quæ continct intus,
 Ædicula, argento fulgurat ex solido.
 Præfixit tabulas dives manus æquore levi 185
 Candentes, recavum quale nitet speculam.
 Nec Paris contenta aditus obducere saxis,
 Addidit ornando clara talenta operi.
 Mane salutatum concurritur : omnis adorat
 Pubis : eunt, redeunt Solis adusque obitum. 190
 Conglobat in cuneum Latios simul ac peregrinos
 Permixtim populos relligionis amor.
 Oscula perspicuo figunt impressa metallo :
 Balsama defundunt : fictibus ora rigant.
 Jam, cū se renovat decursis mensibus annus, 195
 Natalemque diem passio festa refert,
 Quanta putas studiis certantibus aginina cogi,
 Quæve celêbrando vota coire Deo !
 Urbs augusta suos vomit effunditque Quirites,
 Unâ & patricos ambitione pari.

Confundit plebeia phalanx umbonibus æquis
 Discrimen procerum, præcipitante fide.
 Nec minùs Albanis acies se candida portis
 Explicat, & longis ducitur ordinibus.
 Exsultant fremitus variarum hinc inde viarum; 205
 Indigena, & Picens, plebs & Etrusca venit.
 Concurrit Samnitis atrox habitator, & altæ
 Campanus Capuæ, jamque Nolanus adest.
 Quisque suâ lætus cum conjugè, dulcibus & cum
 Pigneribus rapidum carpere gestir iter. 210
 Vix capiunt patuli populorum gaudia campi,
 Hæret & in magnis densa cohors spatiis.
 Angustum tantis illud specus esse catervis,
 Haud dubium est, amplâ fauce licet pateat.
 Stat sed juxtâ aliud, quod tanta frequentia tem-
 plum 215
 Tunc adeat, cultu nobile regifico,
 Parietibus celsum sublimibus, atque superbâ
 Majestate potens, muneribusque opulens.
 Ordo columnarum geminus laquearia tecti
 Sustinet, auratis subpositus trabibus: 220
 Adduntur graciles tecto breviorè recessus,
 Qui laterum seriem jugiter exsinnent.
 At medios aperit tractus via latior alti
 Culminis, exsurgens editiore apice.
 Fronte sub adversâ, gradibus sublime tribunal 225
 Tollitur, antistes prædicat unde Deum.
 Plena laborantes agrè domus accipit undas,
 Arraque confertis æstuat in foribus,
 Maternum pandens gremium, quo condat alumnos.
 Ac foveat factos accumulata sinus. 230
 Si bene commemini, colit hunc pulcherrima Roma
 Idibus Augusti mensis, ut ipsa vocat,
 Prisco more diem: quem te quoque, sancte magister,
 Annua festa inter dinumerare velim.
 Crede salutareros feret hic venerantibus ortus, 235

Lucis honoratæ præmia restituens.
 Inter sollemnes Cypriani, vel Chelidoni,
 Eulaliæque dies, currat & iste tibi.
 Sic te pro populo, cujus tibi creditavita est,
 Orantem Christus audiat omnipotens. 240
 Sic tibi de pleno lupus excludatur ovili,
 Agna nec ulla innum capta gregem minuat.
 Sic me gramineo remanentem denique campo,
 Sedulus ægrotam pastor ovem referas.
 Sic cum lacteolis caulas compleveris agnis, 245
 Raptus & ipse sacro sis comes Hippolyto.

H Y M N U S XII.

Passio beatorum Apostolorum Petri & Pauli.

Plus solito coeunt ad gaudia : dic, amice, quid sit.
 Romam per omnem cursitant ovantque.
 Festus Apostolici nobis redit hic dies triumphi,
 Pauli atque Petri nobilis cruore.
 Unus utrumque dies, pleno tamen innovatus anno, 5
 Vidit superbam inorte laureatum.
 Scit Tiberina palus, quæ flumine labitur propinquo,
 Binis dicatum caspitem tropæis,
 Et crucis & gladii testis : quibus inrigans eandem
 Bis fluxit imber sanguinis per herbas. 10
 Prima Petrum rapuit sententia, legibus Neronis,
 Pendere iustum præminente ligno.
 Ille tamen veritus celsæ deus æmulando mortis
 Ambire tanti gloriam Magistri :
 Exigit, ut pedibus mersum caput imprimant supi-
 nis, 15
 Quò spectet imum stipitem cerébro.
 Figitur ergo manus subter, sola versus in cacumen:
 Hòc mente major, quò minor figutâ.
 Noverat ex humili calum citius solere adiri :
 Dejecit ora, spiritum daturus. 20

Ut teres orbis iter flexi rota percucurrit anni,

Diemque eundem Sol reduxit ortus;

Evomit in jugulum Pauli Nero fervidum furorem:

Jubet feriri gentium magistrum.

Ipse prius sibimet finem cito dixerat futurum: 25

Ad Christum eundem est, jam resolvor, inquit.

Nec mora: protrahitur, pœnæ datur, immolatur ense:

Non hora vatem, non dies fefellit.

Dividit ossa dum Thybris, sacer ex utrâque ripâ,

Inter sacrata dum fluit sepulcra. 30

Dextra Petrum regio tectis tenet aureis receptum,

Canens olivâ, inurmurans fluento.

Namque supercilio saxi liquor ortus excitavit

Frondem perennem chrisinatis feracem,

Nunc pretiosa ruit per marmora; lubricatque cli-

vum,

35

Donec virenti fluctuet colymbo.

Interior tumuli pars est ubi, labibus sonoris

Stagnum nivali volvitur profundo.

Omnicolor vitreas pictura supernè tinguunt undas:

Musci relucent, & virescit aurum. 40

Cyaneusque latex umbram trahit imminentis ostri.

Credas moveri fluctibus lacunar.

Pastor oves alit ipse illic gelidi rigore fontis,

Videt sitire quas fluenta Christi.

Parte aliâ titulum Pauli via servat Ostiensis,

Quâ stringit annis cœspitem sinistrum. 45

Regia pompa loci est: Princeps bonus has sacravit

arces,

Lusitque magnis ambitum talentis.

Bratteolas trabibus sublevit, ut omnis aurulenta

Lux esset intus, ceu jubar sub ortu. 50

Subdidit & Patias fulvis laquearibus columnas,

Distinguit illic quas quaternus ordo.

Tum camuros hyalo insigni varie eucurrit arcus:

nis floribus renident.

Ecce duas fidei summo Patre conferente dotes; 59
 Urbi colendas quas dedit rogata.
 Adspice; per bifidas piëbs Romula funditur plateas:
 Lux in duobus fervet una festis.
 Nos ad utrumq; tamen gressu properemus incirato;
 Et his & illis perfruemur hymnis. 60
 Ibimus ulterius, quâ fert via pontis Hadriani;
 Lavam deinde fluminis petemus.
 Transiberina prius solvit sacra pervigil sacerdos:
 Mox huc recurrit, duplicatque vota.
 Hæc didicisse sat est Romæ tibi: tu domum rever-
 sus, 65
 Diem bifestum sic colas, memento.

HYMNUS XIII.

Passio beati Cypriani martyris.

Tunica terra tulit, quo splendeat omne, quidquid us-
 quam est:
 Inde domo Cyprianum, sed decus orbis & magistrū.
 Est proprius patriæ martyr, sed amore & ore noster.
 Incubat in Libya sanguis, sed ubique lingua pollet:
 Sola superstes agit de corpore, sola obire nescit. 5
 Dum genus esse hominum Christus sinit, & vigere
 mundum,
 Dum liber ullus erit, dum scrinia sacra litterarum;
 Te leget omnis amans Christū: tua, Cypriane, discet.
 Spiritus ille Dei, qui fluxerat auctor in Prophetas;
 Fontibus eloquii te cælitus actus inrigavit. 10
 O nive candidius linguæ genus, ô novum saporem!
 Ut liquor ambrosius cor mitigat, inbuit palatum,
 Sedem animæ penetrat, mentem fovet, & peterrat
 artus:
 Sic Deus interior sentitur, & inditur medullis.
 Unde bonum subitū terris dederis, Pater, revela. 15
 Deerat Apostolicis scriptis opulentus

Eligitur locuples facundia, quæ doceret orbem,
 Quæque voluminibus Pauli famulata disputaret,
 Quo mage eruda hominum præcordia perpolitata
 nosset (sti. 20)

Sive timoris opus, seu mystica vel profunda Chri-
 Unus erat juvenum doctissimus artibus sinistris,
 Fraude pudicitiam perfringere, nil sacrum putare:
 Sæpe etiam magicum cantamen inire per sepulera,
 Quo geniale tori jus solveret, astuante nuptâ.

Luxuriæ rabiem tantæ cohibet repenti Christus, 25
 Discutit & tenebras de pectore, pellit & furorem:

Inplet amore sui, dat credere, dat pudere facti,
 Jamque figura alia est, quàm quæ fuit, oris & nitore

Exiit tenui vultus eure, transit in severam:

Deflua cæsaries conpescitur ad breves capillos: 30

Ipse modesta loqui, spem quærere, regulam tenere,

Vivere justitiam Christi, penetrare dogma nostrum.

His igitur meritis dignissimus usque Episcopale

Provehitur solium doctor, capit & sedile summum.

Valerianus opum Princeps erat, atque Gallienus; 35

Constituere simul pœnam capitis Deum satenti.

Milia terrigenum spureissima iusserant sacrari:

Contra animos populi doctor Cyprianus incitabat,

Ne quis ab egregiæ virtutis honore discreparet,

Neu fidei pretium quis sumere degener timeret: 40

Esse levem cruciatum, si modo conferas futura,

Quæ Deus ipse vitis intermina fortibus spondit:

Mercede doloris emi spem luminis, & diem perennem:

Omne malum volucris cum tempore transvolare cursum.

Nil grave, quod peragi finis facit, & quiete donat: 45

Se fore principium pulchræ necis, & ducem cruoris:

Seque caput gladio summittere, sanguinem dicare:

Qui sociare animam Christo velit, ut comes sequatur.

His ubi corda virum Christo calefacta præparavit,

Ducitur ante alios, Proconsule persurentem, vindictus. 5

Carthagini, altius reposta;

Conscia Tartaræ caliginis, abdicata Soli:

Clausus in his specubus sanctus Cyprianus, & catenâ
Nexus utramque manum, nomen Patris invocat su-
premi :

(bis, 55

Omnipotens genitor Christi Deus, & creator or-
Christe parens hominis, quem diligis, & vetas perire:

Ille ego, vipereis quem tu bonus oblitum vencnis,

Triminibus variis tinctum, miseratus abluisti,

Jamque tuum fieri mandas, fio Cyprianus alter,

Et novus ex veteri, nec jam reus aut nocens, ut an-
tè,

60

Si luteum facili charitate pectus expiasti.

Misc libens tenebris ergastula ceca dissipatis :

Tripe corporeo de carcere vinculisque mundi

Hanc animam : liccat fuso tibi sanguine immolari,

Ne qua ferum reprimat clementia judicem, tyran-
ni

65

Neu sciat invidia mitescere, gloriam negare.

Da quoque, ne quis iners sit de grege, quem tuum
regebam :

Neu cadat inpatiens poenæ, titubetve quis tuorum :

Incolorem ut numerum reddam tibi, debitum-
que solvam.

Vocibus his dominum permoverat : influebat inde 70

Spiritus in populum Carthaginis, auctor acrioris

Ingenii, stimulis ut pectora subditis calerent

Ad decus egregium discrimine sanguinis petendum;

Non trepidare docens, nec cedere, nec dolore vinci,

Laudis amore rapi, Christum sapere, & fidem tueri. 75

Fama refert, foveam campi in medio patere jussam,

Calce vaporiferâ summos propè margines refertam.

Saxa recocta vomunt ignem, nive usque pulvis ardet,

Urere tacta potens; & mortifer ex odore flatus.

Adpositam memorant aram foveâ stetisse summâ, 85

Lege sub hac, falis aut micam, jecur aut suis litarent

Christicolæ, aut mediæ sponte intruere.

Profluere alacres cursu rapido simul trecenti,
 Gurgite pulvereo mersos liquor aridus voravit,
 Precipitemq; globū fundo tenus implicavit imo. 85
 Corpora candor habet, candor vehit ad superna
 mentes,

Candida Massa dehinc dici meruit per omne saeculum.

Latior interea jam Thascius ob diem suorum,

Sistitur indomiti Proconsulis eminus furori:

Edere iussus erat, quid viveret: Unicultor, inquit, 90

Servo salutiferi mysteria consecrata Christi.

Ille sub hac: Satis est jam criminis. ipse confitetur

Thascius: ipse Jovis fulmen negat. expedite ferrum,

Carnifices: gladio poenam luat hostis idolorum.

Ille Deo meritas grates agit, & canit triumphans. 95

Flevit abire virū mæsta Africa: quo docente facta est

Cultior, eloquio cujus sibi docta gloriatur.

Mox tumulum lacrimans struxit, cineresque con-

secravit.

Desine flere bonum tantum. tenet ille regna caeli:

Nec minùs involitat terris, nec ab hoc recedit or-

be:

100

Disserit, eloquitur, tractat, docet, instruit, prophetat,

Nec Libyæ populos tantum regit, exit usq; in ortum

Solis, & usq; obitum. Gallos fovet, inbuit Britannos,

Præsidet Hesperia, Christum serit ultimis Hiberis.

Denique doctor humi est, idem quoque martyr in

supernis.

105

Instruit hic homines, illinc pia dona dat patronus.

H Y M N U S XIV.

Passio Agnetis virginis.

Agne sepulcrum est Romuleâ in domo.

Fortis puellæ, martyris inclitæ.

Conspectu in ipso condita turrium

Servat salubrem virgo Quiritium:

Nec non & ipsos protegit advenas, 5
 Puro ac fideli pectore supplices.
 Duplex corona est præstita martyri,
 Intactum ab omni crimine virginal,
 Mortis deinde gloria libera.
 Aiunt iugali vix habilem toro, 10
 Primis in annis fortè puellulam
 Christo calentem, fortiter inpiis
 Iustis renisam, quò minus idolis
 Addicta sacram desereret fidem.
 Temptata multis nam prius artibus, 15
 Nunc ore blandi Iudicis inlice,
 Nunc sævientis carnificis minis,
 Stabar feroci robore pertinax,
 Corpusque duris excruciatibus
 Ultro offercbat. non renuens mori. 20
 Tum trux tyrannus : Si facile est, ait,
 Pœnam subactis ferre doloribus,
 Et vita vilis spernitur : at pudor
 Carus dicatæ virginitatis est.
 Hanc in lupanar tradere publicum 25
 Certum est, ad aram ni caput adplicat,
 Ac de Minerva jam veniam rogat :
 Quam virgo pergit tennere virginem.
 Omnis juvenus inruet, & novum
 Ludibriorum mancipium petet. 30
 Hand, inquit Agnes, inmemor est ita
 Christus suorum, perdat ut aureum
 Nobis pudorem, nos quoque deserat.
 Præsto est pudicis : nec patitur sacre
 Integritatis munera pollui. 35
 Ferrum inpiabis sanguine, si voles :
 Non inquinabis membra libidine.
 Sic elocuram publicèrùs juber
 Flexu in plarèx sistere virginem.
 Stantem refugit mæsta frequentia. 40

Aversa vultus, ne petulantius
 Quisquam verendum conspiceret locum.
 Intendir unus fortè procaciter
 Os in puellam, nec trepidat sacram
 Spectare formam lumine lubrico. 45
 En ales ignis fulminis in modum
 Vibratur ardens, atque oculos ferit :
 Cæcus corusco lumine corruiat,
 Arque in platæa pulvere palpitat.
 Tollunt sodales seminecem solo, 50
 Verbisque deflent exsequialibus.
 Ibat triumphans virgo, Deum Patrem,
 Christumque sacro carmine concinens,
 Quòd sub profani labe periculi
 Castum lupanar nec violabile 55
 Experta victrix virginitas foret.
 Sunt qui rogatam rettulerint preces
 Fudisse Christo, redderet ut reo
 Lucem jacenti : tum juveni halitum
 Vitæ innovatum visibus integris. 60
 Primum sed Agnes hunc habuit gradum
 Cælestis aulae, mox alius datur.
 Accensus iram nam furor incitat
 Hostis cruenti. Vincor, ait gemens.
 I, stringe ferrum miles, & exere 65
 Præcepta summi regia Principis.
 Ut vidit Agnes stare trucem virum
 Mucrone nudo, lætior hæc ait :
 Exulto, talis quòd potius venit
 Væsanus, atrox, turbidus armiger : 70
 Quàm si veniret languidus ac tener,
 Mollisque ephebus, tinctus aromate,
 Qui me pudoris funere perderet.
 Hic hic amator jam, fateor, placet :
 Ibo inruentis gressibus obviam, 75
 Nunciam bor vota calentia :

Ferrum in papillas omne recepero ,
 Pectusque ad imum vim gladii traham.
 Sic nubta Christo transfiliam poli
 Omnes tenêbras, æthere celsior. 80
 Æterne Rector, divide januas
 Cæli, obseratas terrigenis prius,
 Ac te sequentem, Christe, animam voea,
 Cùm virginalem, tum Patris hostiam.
 Sic fata, Christum vertice cernuo 85
 Supplex adorat, vulnus ut inminens
 Cervix subiret prona paratius.
 Ast ille tantam spem peragit manu :
 Uno sub ictu nam caput amputat.
 Sensum doloris mors cita prævenit. 90
 Exutus inde spiritus emicat,
 Liberque, in auras exilit. Angeli
 Sæpserunt euntem tramite candido.
 Miratur orbem sub pedibus situm :
 Spectat tenêbras ardua subditas : 100
 Ridetque, Solis quòd rota circuit,
 Quod mundus omnis volvit & implicat,
 Rerum quòd atro turbine vivitur,
 Quòd vana sæcli mobilitas rapit :
 Reges, tyrannos, inperia, & gradus 105
 Pompasque honorum stulta tumentium :
 Argenti & auri vim rabida siti
 Cunctis petitam per varium nefas,
 Splendore multo strueta habitacula :
 Inlusa piætæ vestis inania, 110
 Iræ, timorem, vota, pericula :
 Nunc triste longum, nunc breve gaudium,
 Livoris atræ fumifæas faces,
 Nigrescit unde spes hominum & decus,
 Et quod malorum tætrius omnium est, 115
 Gentilitatis fordida nubila.
 Hæc calcat Agnes, ac pede proteti

Stans & draconis calce premens caput :
 Terrena mundi qui ferus omnia
 Spargit venenis mergit & inferis, 130
 Nunc virginali perdomitus solo,
 Cristas cerëbri deprimat ignei,
 Nec victus audet tollere verticem.
 Cingit coronis interea Deus
 Frontem duabus martyris innubæ : 135
 Unam decimplex edita sexies
 Merces perenni lumine conficit :
 Centenus exstat fructus in alterâ.
 O virgo felix, ô nova gloria,
 Cælestis arcis nobilis incola, 140
 Intende nostris conluvionibus
 Vultum gemello cum diademate :
 Cui posse soli cunctiparens dedit
 Castum vel ipsam reddere fornicem.
 Purgabor oris propitiabilis 145
 Fulgore, nostrum si jecur inpleas.
 Nil non pudicum est, quod piâ viscere
 Dignaris, almo vel pede tangere.



AURELII PRUDENTII
PRÆFATIO IN APOTHEOSIN.



S T tria summa Deus, trinum specimen,
vigor unus.
Corde Patris genita est Sapiencia: Fi-
lius ipse est:
Sanctus ab æterno subsistit Spiritus ore.
Tempore nec senior Pater est, nec numine major:
Nam sapiens retrò semper Deus edidit ex se,
Per quod semper erat gignenda ad sæcula, Verbum.
Edere sed Verbum Patris est; at cetera Verbi:
Adsumtum gestare hominem, reparare peremptum,
Conciliare Patri, dextrâque in sede locare.
Spiritus ista Dei complet: Deus ipse fideles
In populos charisma suum diffundere promptus,
Et Patris & Christi virtutem in corpora transfert.

A L I A P R Æ F A T I O.

Est vera secta? te, magister, consulo.
Rectamne servamus fidem?
An viperina non cavemus dogmata?
Et nescientes labimur?
Artam salutis vix viam discernere est,
Inter reflexas semitas.
Tam multa surgunt perfidorum conpita,
Tortis polita erroribus:

- Obliqua sese conferunt divortia
 Hinc inde textis orbitis : 10
 Quas si quis errans ac vagus sectabitur,
 Rectum relinquens tramitem,
 Scrobis latentis pronus in foveam ruet,
 Quam fodit hostilis manus :
 Manus latronum, quæ viantes obsidet, 15
 Irer sequentes devium.
 Quid non libido mentis humanæ struat ?
 Quid non malorum pruriat ?
 Statum laceffunt omnipotentis Dei
 Calumniosis litibus : 20
 Fidem minuris dissecant ambagibus,
 Ut quisque linguâ est nequior :
 Solvunt ligantque quæstionum vincula
 Per syllogismos plectiles.
 Væ captiosis sycophantarum strophis ! 25
 Væ versipelli asturia !
 Nodos tenaces recta rumpit regula ,
 Infesta dissertantibus.
 Idcirco mundi stulta delegit Deus,
 Ut coneidant sophistica ; 30
 Deque inbecillis subjugavit fortia ,
 Simplex ut esset credere.
 Lapis ecce nostro fixus offensaculo est ,
 Inpingat in quem vanitas ,
 Signum caventi, non caventi scandalum : 35
 Hunc sternit, illum dirigit.
 Dum plura temptat cæcus incerto gradu,
 Incurrit id , quod obvium est.
 Fax sola fidei est præferenda gressibus ,
 Ut recta sint vestigia : 40
 Quis in tenèbris hostis errantes tamen
 Pulsat, trahitque, & proterit.
 Qui sparsa ad ipsum conmeantum transitum
 Devoratur :
 Qui

Qui lata Christi culta fur interpolat , 45

Addens avenas æmulas :

Quas de veneni lacte in herbam fertiles

Patitur colonus crescere :

Ne fortè culmum fibra inanis spicem

Simul revulsa internecet. 50

Expectat ergo , dum dolosa & farrea

Fervens coquat maturitas ,

Det ventilabro lecta quæque ut horreis ,

Urat recrementum focus :

Refert sed ipsa nosse , quæ messem necant , 55

Zizaniorum femina.

AURELII PRUDENTII

CLEMENTIS

A P O T H E O S I S .

Contra hæresim , quæ Patrem passum adfirmat.

Plurima sunt, sed pauca loquar, ne dira relatu
Dogmata catholicã maculent malè prodita linguam.

Ille Patrem pellens folio detrudit in artum

Corporis humani gestamen, nec pavet ipsum

Obestare neci , duroque adfigere ligno. 5

Passibilisne Deus ? cujus species & imago

Nulli visa umquam : nec enim comprehendier illa

Majestas facilis sensuve oculisve manuve.

Johannis magni celebris sententia præsto est;

Haud umquam testata Deum potuisse videri. 10

Ille Pater, quem nulla acies violenta tuendo

Eminus ardentis penetravit acumine visus :

Qui se formã hominis non induit, & Deitatis

Inmensum adsumto non temperat ore modove.

Aut Evangelici pietas spernenda libelli 15

Jam, blasphemè, tibi est : aut numquid hæc

Vis intacta Patris, non admiscenda caducis.

Sed tamen & Patris est specimen, quod cernere fas sit,

Humanis aliquando oculis concurrere promptum :

Quod quamvis liebes intuitus speculamine glau-
co, 20

Humentique acie potuit nebulosus adire.

Quisq; hominum vidisse Deum memoratur, ab ipso

Infusum vidit Gnatuin : nam Filius hoc est,

Quod de Patre micans se præstitit inspicendum

Per species, quas possit homo comprehendere visu. 25

Nam mera majestas est infinita, nec intrat

Obtutus, aliquo ni se moderamine formet.

Hoc vidit princeps generosi seminis Abram,

Jam tuæ dignati terras invisere Christi

Hospes homo, in triplicè Numen radiasse figurã: 30

Hoc conluctantis tractarunt brachia Jacob.

Ipse dator legis divinæ accedere coram

Jussus, amicitix conlato qui stetit ore

Comminus, & sacris conjunxit verba loquellis,

Carnis in effigie Christum se cernere sensit. 35

Sed majora petens, animum per vota tetendit

Inconcessa homini, plus quàm mortale laborans,

Ipsum, quantus erat, sine corpore visere Christum.

Denique post multi sermonis mutua, postque

Conspectum præsentis heri, & consortia longa, 40

Quæso, ait, ut liceat te nunc, Deus optime, nosse.

Respondit Dominus: Mea, non me, cernere justis

Posteriora dabo. quid apertius, absque alienâ,

Quàm sumat, facie, Verbum non posse videri?

Posse tamen, cum malit idè, nunquam Patre viso 45

Terrenis oculis, habitu se ostendere nostro :

Sapè & in Angelicas vel mortales moderatum

Induci species, queat ut sub imagine cerni.

Hoc Verbum est, quod vibratum Patris ore benigno

Sumsit virgineo fragilem de corpore formam. 50

Inde figura hominis nondum sub carne, Môysi

Objc.

Objecta, effigiem nostri signaverat oris :
 Quod quandoque Deus verbi virtute coactum
 Sumturus corpus, faciem referebat eandem .
 Sed tamen & lentam visa est excita cremare 55
 Flamma rubum. Deus in spinis volitabat acutis,
 Vulnificasque comas innoxius ignis agebat :
 Effet ut exemplo Deus inlabyrinthus in artus
 Spiniferos : sudibus quos texunt crimina densis,
 Et peccata malis hirsuta doloribus implent. 60
 Inculto nam stirpe frutex vitiosus iniquis
 Luxuriam virgis inhonesto effundere succo
 Cœperat, & nodos per acumina crebra ligabat.
 Cernere erat, steriles subito splendescere frondes,
 Accensisque citum foliis magno impete late 65
 Conlucere Deum, nec spinea lacerare texta,
 Lambe sanguineos fructus. & poma cruenta
 Stringere mortiferi vitalia germina ligni.
 Quandoquidem tristes purgantur sanguine culpa,
 Quem contorta rubus densis cruciatibus edit. 70
 Ergo uihil visum, nisi quod sub carne videndum
 Lumen imago Dei, Verbum Deus, & Deus ignis;
 Qui sentum nostri peccamen corporis implet.
 Nam lucis Genitor, Verbi fator, auctor & ignis
 Creditur extra oculos, ut Apostolus edocet auctor: 75
 Qui negat intuitu fontem Deitatis adiri.
 Credite, nemo Deum vidit, mihi credite, nemo.
 Visibilis de fonte Deus, non ipse Dei fons
 Visibilis. cerni potis est, qui nascitur : at non
 Innatus cerni potis est. latet os Patris illud, 80
 Unde Deus : qui visibilem se præstitit olim,
 Tale aliquid formans in sese, quale secuta est
 Passio, quæ corpus sibi vindicat : ardua nam vis
 Est impassibilis : quoniam natura superni
 Ignis ad horribilas nescit descendere pœnas ; 85
 Nec capit humanis angoribus excrucari :
 Pura, serena micans, liquido prælibera motu,

Subdita nec cuiquam, dominatrix utpotè rerum :
 Cui non principium de tempore, sed super omne
 Tempus, & antediem inajestas cum Patre summo, 90
 Immo animus Patris, & ratio, & via consiliorum,
 Quæ non facta manu, nec voce creata jubentis,
 Protulit inperium patrio ructata profundo.
 Hanc igitur non flagra secant, non sputa salivis
 Adspargunt, alapis non vexat palma relisis : 95
 Nec perossa cruci clavorum vulnera figunt.
 His adfecta caro est hominis, quem semina prægnans
 Enixa est sub lege uteri, sine lege mariti.
 Ille famem patitur, fel potat, & haurit acetum :
 Ille pavet mortis faciem : tremit ille dolorem. 100
 Dicite, sacrilegi doctores, qui Patre summo
 Desertum jacuisse thronum contenditis, illo
 Tempore, quo fragiles Deus est inlabus in artus :
 Ergo Pater passus ? quid non malus audeat error ?
 Ipse puellari conceptus sanguine crevit ? 105
 Ipse verecundæ distendit virginis alvum ?
 Et jam falsiloqua est divini pagina libri,
 Quæ Verbum in carnis loquitur fluxisse figuram ?
 At non, qui Verbi Pater est, caro factus habetur.
 Fige gradum Scriptura tuum: nil mobile & anceps 110
 Adfirmasse decet. Pater est, quem cernere nulli
 Est licitum: Pater est, qui numquam visus in orbe est,
 Nec mundana inter radiavit lumina coram.
 Verbum conspicuum misit, missumque recepit,
 Cùm voluit : Verbo præstrinxit viscera puræ 115
 Virginis, & Verbo struxit puerilia membra.
 Ipse quidem in terris virtute & numine præsens
 Semper adest, quocumque loci : nec pars vacat ulla
 Majestate Patris. nusquam est genitor Deus absens:
 Per Verbum sed semper adest. atq; inde Philippo 120
 Christus ait : Tanto tecum jam tempore versor,
 Et patrem te nosse negas, quem perspicis in me ?
 Est invisibilis donum Patris, edere Natum

Visibi-

Visibilem : per quem valeat Pater ipse videri :
 Nec solis sanctorum oculis, sed, lumine cassis. 125
 Cæcorum cacos loquor ; atra fœcordia quorum
 Corde tenêbroso verum perpendere nescit.
 Quem si perspicuum mortalibus inficiaris,
 Fare agè, quem videat Babylonis ab arce tyrannus
 Innocuas inter flammâs procul exspatiantem, 130
 Calcantem rapidos inadustis fratribus ignes ?
 Nempe, ait, o proceres, tres vasta incendia anhelis
 Accepere viros fornacibus : additus unus
 Ecce vaporiferos ridens interfecat ignes.
 Filius ille Dei est : fateorque & victus adoro. 135
 Inrisas removete faces, tardasque tepentes
 Subtrahite : friget succensi sulphuris ardor.
 Filius (haud dubium est) agit hæc miracula rerum ;
 Quem video : Deus ipse, Dei certissima proles.
 Imperat inmensis ardoribus, & domat iras, 140
 Insultans famulante rogo ; piceosque furores
 Conprimit, & rabiem flammârum algescere cogit :
 Barbaricos calida aura sinus non tangere iussa
 Præterit, & tenues stridens transcurrit amictus.
 Ipse per Assyrios metuit vapor ire tiaras, 145
 Ne coma fusa humeris summo obsordefcat amaro.
 Hæc ait ; & varios jubet obmutescere cantus :
 Organa, sambucas, citharas, calamosque, tubasque.
 Stulta superstitio tacuit : vox festa quievit,
 Quæ malè conspicua celebrabat imaginis aurû. 150
 Carmina sanctorum resonant jam sola virorum,
 Triplice concentu Regem laudantia cæli.
 Qui mare, qui terras, qui lucida sidera fecit,
 Ignibus & mediis securos texit alumnos :
 Semper in auxilium Sermo Patris omnipotentis 160
 Descendit, servando homini : mortalia semper
 Admiscenda sibi proprio curavit amore :
 Ut socianda caro, Dominoque implenda perenni,
 Degenerem vitam, quæ tunc animalis agebat.

Exemplo mutaret heri, similesque per artus 160

Cernere consortem terreni adsuesceret oris ;

Participemque suum visu velut obside nosse ;

Et confanguineo paullarim accedere Christo.

Ergo animalis homo quondam: nunc Spiritus illum

Transtulit ad superi naturam seminis, ipsum 165

Infundendo Deum, mortalia vivificantem.

Nunc nova materies, solidata intercute flatu :

Materies, sed nostra tamen ; de virgine tracta,

Exiit antiquæ corrupta exordia vitæ,

Immortale bonum proprio spiramine sumens. 170

Filius ille hominis, sed Filius ille Tonantis,

Jam solus vultum Patris adspicit, & videt ipsum.

Nemo Patrem novit, nisi Filius, & cui monstrat

Filius, & nostri mediator & Omnipotentis.

Deniq;, concludam brevis ut compendia summa, : 75

Non Pater in carnem descendit, sed Patris arcem

Sumta caro adscendit: Natus per utrumque cucurrit.

* Cede, profanator Christi, jam cede, Sabelli,

Depositorque Patris, Nati que insane negator.

Nonne Patrem violas, dum Natum scire recusas? 180

Quando quidem non est genitor, nisi filius extet :

Nec vocitare Patrem potis es, quem germine fraudas.

Sed fortasse velis patriæ pietatis honore

Despoliare Deum, contentus nomine nudo,

Quod Deus est, adimasque decus Patris, & generis

vim. 185

Ecquis in idolio recubans inter sacra mille,

Ridiculosque Deos venerans sale, cæspite, ture,

Non putat esse Deum summum, & super omnia so-

Quantivis Saturnis, Junonibus, & Cytheræis, (lum?)

Portentisque aliis fumantes consecret aras: 190

Attamen in cælum quotiens suspexit, in uno

Constituit jus omne Deo : cui serviat ingens

Virtutum ratio, variis instructa ministris.

H

Quæ

Contra Unionitas.

Quæ gens tam stolidâ est animis, tam barbara
linguis;

Quæve superstitio tam sordida; quæ caniformem, 195
Latrantemque throno cæli præponat Anubem?

Nemo Cloacina aut Epona super astra deabus
Dat solium, quamvis olidam persolvat acerram,
Sacrilégisque molam manibus rimetur & exta.

Consule barbati deliramenta Platonis: 200

Consule & hircosus Cynicus quos somniat, & quos
Texit Aristoteles tortâ vertiginæ nervos.

Hos omnes quamvis aneeps Labyrinthus & error
Circumflexus agat, quamvis promittere & ipsi

Gallinam soleant aut gallum, Clinicus ut se 205
Dignetur præstare Deus morientibus æquum:

Cum ventum tamen ad normam rationis & artis,
Turbidulos sensus & litigiola fragoris

Argumenta modis concludunt Numen in unum:
Cujus ad arbitrium sphaera mobilis atq; rotunda 210

Volvatur, serventque suos vaga sidera cursus.

Non recipit natura hominis, (modò quadrupes ille
Non sit, & erecto spectet caelestia vultu)

Non recipit, neget ut regimen pollere supremum.

Istud & ipse Numæ tacitus sibi sensit haruspex, 215
Semifer & seotus sentit, cane milite peior.

Sed nos, qui Dominum libris & corpore jam bis
Vidimus, antè fide, mox carne & sanguine eoràm,

Quique voluminibus vatum, eruce teste, probatis,
Rimantes digitos eostarum in vulnera eruda 220

Mersimus, & manuum visu dubitante lacunas
Scrutati, æternum Regem cognovimus Jesum,

Abjurare Deo titulum nomenque paternum

Oredimus esse nefas: qui Regem protulit ex se:

Non Regem populi Parthorum aut Romulida-
rum: 225

Sed Regem summæ, & mediæ rationis, & imæ;

Atq; ideo rerum Dominum, & super ~~Regem~~
Carni

Catnis habet medium, summum Patris, & Stygis
imn.

Defluit his gradibus, tursusque revolvitur in se.

Est Deus, est & homo: fit mortuus, & Deus idem
est. 230

Omnia percurrit naturæ munia præ,
Ut summum Patris in gremium replicata repotter,
Mortua quæ fuerant: ipsos quoque subvehat artus.
Hæc fore eum veterum cecinissent organa vatum:
Nos oculis, manibus, congressu, voce, loquellâ 235
Experti, heroum tandem intelleximus orâ
Priscorum, & viso patefacta oracula Christo.

Hæc est nostra lalus hinc vivimus: hinc anima-
mur:

Hoc sequimur. numquam detracto nomine Nati
Appellare Patrem: Patris & sine nomine num-
quam 240

Natum nosse Deum: numquam, nisi sanctus & unus
Spiritus interfit, Natumque Patremque vocare.
Sic tamen hæc constare tria, ut ne separe ductu
Tris faciam: tribus his subsistat sed Deus unus.

Nec Pater ipse autem, qui Filius: ut, quia Natum 245
Scimus ab Innato, verè Pater, & fata verè
Sit suboles: nec sit genitor sibi Filius ipse.

Perquam ridiculum est & futile, natus ut ex se;
Sive Pater natus fuerit, sive ipse repente,
Nascendi nova materies, ac se Deus ultro 250
Ediderit, natumque sibi se fecerit ipsum.

Nil falsum aut mendax divina vocabula fingunt.

Qui Pater est, gignendo Pater: tum Filius, ex hoc
Filius, auctore genitus quod sit Patre summo:
Summus & ipse tamen: nec eum minor, aut Pa-
tre dispar. 255

Unde in utroque operis forma indiscreta, nisi omnem
Vim majestatis patriæ generosus haberet
Filius, si Deus genitor, quod Filius, esset?

Pergunt ulterius scrutantes, quid sit id ipsum
 Gignere, si fas est humanos tendere sensus 160
 Usque ad secretum, quod tempora cuncta diesque
 Prævenit antiquos, & principium super ipsum
 Eminent, &, quodcumque potest homo quærere, tran-
 sit.

Cùm sit difficilis via, noscere principiorum
 Semina, cui dabitur mortali exquirere, quidnã 265
 Ultra principium Deus egerit? aut quo pacto
 Ediderit Verbum, quod principio caret omni?
 Hoc solum scimus, quod traditur esse Deum, quem
 Non genitus Genitor generaverit, unus & unum,
 Integer integrum, non coeptum, sed tamen ortum, 270
 Et conperpetuum retro Patris, & Patre natum.

Sed nec decisus Pater est, ut pars Patris esset
 Filius: extendens nec se substantia tractim
 Produxit, minuitve aliquid de Numine pleno;
 Dum mutata novum proculdit portio Natum. 275
 Non convertibilis, nec demutabilis nunquam
 Est Dens, aut gignendo aliquid sibi detrahit: atqui
 Totus & ex toto Deus est, de lumine lumen.

Quando autem lumen sine lumine? quando refulgens
 Lux fulgore caret? quando est, ut proditus ignis 280
 Ignem diminuat? quando Pater & Deus & lux
 Non lucis Deus & pater est? qui, si Pater olim
 Non fuit, & serum genuit post tempora Natum,
 Fit novus, inque novum jus proficit. absit, ut um-
 quam

Plenus proficiat, qui non eget incremento. 285
 Et Deus & genitor, lumenque & gloria semper
 Ille fuit: nec post sibi contulit, ut pater esset.
 Sic fit, ut æternum credamus cum Patre Christum
 Illo auctore satum, cui nullus præfuit auctor.

Hæc tu si dubitas nati mysteria Christi, 290
 Perdite, catholicã non es de plebe: sed unus
 De grege turifero venerator, Deucali

Devotus cippo, ficulni & stipitis unctor.

Quin potius scrutare Dei signacula in ipso

Fonte vetustatis; percurrere scrinia primi 295

Scribtoris: quem non Bardus pater, aut avus au-
gur,

Fabula nec veteris famæ, nec garrula nutrix,

Nec sago clangore loquax & stridula cornix,

Rem docuere Dei: sed coram proditus ipse,

Ipsè Deus trepidum mortalem mitis amico 300

Inbuit adloquio; seque ac sua summa retexit.

Nimirum meminit scribtor doctissimus illo

Orbis principio non solum, nec sine Christo

Informasse Patrem facturæ plasma novellæ.

Fecit, ait, condens hominem Deus, & dedit olli 305

Ora Dei. quidnam est aliud, quàm dicere, Solus

Non erat, atque Deo Deus adsistebat agenti,

Cum Dominus faceret Domini sub imagine plasma?

Christus forma Patris, nos Christi forma & imago,

Condimur in faciem Domini bonitate paternâ, 310

Venturo in nostram faciem post sæcula Christo.

Possum multa sacris exempla excerpere libris,

Ni refugis, quæ te doceant, non in Patre solo

Vim majestatis positam, sed cum Patre Christum

Esse Deum; velut illud ait genealogus idem: 315

A Domino Dominus flammam pluit in Sodomi-
tas.

Quis Dominus? de quo Domino? si solus ab arce

Sidereâ spectat Pater aut ardescit in iras.

Filius armatam Domini Patris ignibus iram

Spargebat Dominus: sunt nū sulmen utraque. 320

* Hæc si Judaicos sic intellecta rigassent

Auditus, stupidas ut possint tangere fibras,

Audissent Dominum virtutum, qui pereuntes

Venerat ut servaret oves: sed ab auribus omnis

Fluxerat ornatus, caput & jam costile Baal 325

H 3

Finse-

* *Adversum Judæos.*

Finxerat, auriculasque suo spoliarat honore.
 Dux populi peccantis adest de monte corusci
 Luminis, adloquioque Dei; tabulasque tremendo
 Incisas digito cæca ad tentoria desert.

Sed cadit in faciem plebs, non visura profunda 330

Legis in effigie scribtrum per enigmata Christum.

Infelix, quæ luce oculos præstricta paventes

Texerit, & presso faciem velarit amictu!

At nos rejecto Christum velamine coram

Cernimus, atque Deum vultu speculamur aper-
 to: 335

Nec, sub lege gravi, depressâ fronte jacemus:

Sed legis radium sublimi agnoscimus ore.

Heu, frondosa prius ramis felicibus arbor!

Pinguibus, heu, quondam radix oleagina bacis!

Ecce tibi inserto revirescit nunc oleastro 340

Ttuncus, & externi vestitur cortice libri.

Jam miserere tui. non se silvestris olivi

Sarculus, exultans alieno stipite, jactat:

Sed monet, ut generis proprii memor unguine a-
 mato

Contristare comas desuescas, stirpe nec imo 345

Invideas, missis in celsâ cacumina virgis.

Blasphemias Dominum, gens ingratiſſima, Chil-
 ſtum.

Pascha tuum dic, dic cujus de sanguine festum

Tam sollemne tibi est? quis tandem cæditur agnus

Annulus? sacer ille tibi redeuntibus annis: 350

Sed sacer in pecude. stultum est, sic credere sacrum;

Sanguine balantis summos contingere posses,

Lascivire choris, similaginis azymon esse;

Cum fermentati turgescant crimine mores.

Non sapiſ, imprudens, nostrū te effingere Pascha? 355

Legis & antiquæ præductis pingere sulcis

Omne sacramentum, retinet quod passio vera:

Passio, quæ nos tam defendit sanguine nocentem,

Corporeamque domum signato conlinit ore?
 Hanc fugit exclusis Ægyptia plaga flagellis: 360
 Hæc Regis Pharii regnum ferale resolvit:
 Deque potestatis mundanæ grandine densa
 Eripit Abraham cum stirpe & gente fideli.
 Abraham genus est verum: cui sanguis in ore
 Creditus, inscriptusque rubet: cui visus in orbe, 365
 Haud dubitante fide, Deus est; Deus ex Patre ve-
 rus.

Ille Deum vidit, visum mox credidit: at tu
 Posteritas carnis, carnaliter omnia cernens,
 Carnis opus sub lege geris, quam spiritus inplet
 Interior: nec enim celo lex carnea fluxit, 370
 Quam tu carne colis: sed Christo facta, meamque
 Spem paritura utero. quam spem? nisi Numinis
 alnum.

Lumen. & adventum Domini, quem viderat Abræ
 Prima fides, nostrisque pater promiserat olim
 Perspiciendum oculis, & legis voce probandum: 375
 Nec solum legis. nam quæ jam littera Christum
 Non habet, aut quæ non scriptionum armaria Chri-
 sti

Laude referta, novis celebrant miracula libris?
 Hebraus paugit stilus, Arrica copia pangit,
 Pangit & Aulonia facundia tertia lingua. 380
 Pilatus jubet ignorans: I, scriba, triplicis
 Digere versiculis, quæ sit subfixa potestas,
 Fronte crucis: ritulus sit triplex triplice lingua.
 Agnoscat Judæa legens. & Græcia norit,
 Et venerata Deum percenseat aurea Roma. 385

Quidquid in ære cavo reboans tuba curva remugit,
 Quidquid ab arca vomit ingens spiritus hau-
 stu,

Quidquid casta chelys, quidquid testudo resultat,
 Organa disparibus calamis quod consona miscent,
 Quod reddunt vocibus antra; 390

Christum concelebrat, Christum sonat: omnia Christi-
stum,

Muta etiam fidibus sanctis animata, loquuntur.

O nomen prædulce mihi! lux, & decus, & spes,
Præsidiumque meum! requies ô certa laborum!

Blandus in ore sapor, fragrans odor, intiguus fons, 395

Castus amor, pulchra species, sincera voluptas!

Si gens surda negat sibi tot præconia de te,

Tam multas rerum voces, elementaque tantæ

Nuntia lætitiæ, stolidas intrare per aures:

Audiat insanum bacchantis energima monstri, 400

Quod rabidus clamat capta inter viscera dæmon,

Et credat miseranda suis. torquetur Apollo

Nomine percussus Christi, nec fulmina verbi

Ferre potest: agitant miserum tot verbera linguæ,

Quot laudata Dei resonant miracula Christi. 405

Intonat Antistes Domini: Fuge, callide serpens;

Exue te membris, & spiras solve latentes.

Mancipium Christi, fur corruptissime, vexas?

Desine: Christus adest, humani corporis ultor:

Non licet ut spoliû rapias, cui Christus inhæsit. 410

Pulsus abi, ventose liquor: Christus jubet, exi.

Has inter voces medias Cyllenins ardens

Heiulat, & notos suspirat Juppiter ignes.

Ecce Gerasenos legio ruit effera porcos:

Et, post multiplices busti sub rupe catenas, 415

Pænarum gemitus longis gruunitibus edit.

Clamarat, sed ab ore hominis: Cognoscimus, Jesu

Nate Dco, nate sceptris & germine David,

Qui sis, quid venias: quâ nos virtute repellas

Novimus, adventûsque tui terrore jacemus. 420

Hæc, Judæa, tuas vox non pervenit ad aureas?

Pervenit: mentem sed non penetravit egenam

Lucis. & à primis foribus disclusa refûgit.

Audiit adventum Domini, quem Solis Hiberi

Vesper habet, roseos & qui novus excipit

Laxavit Scythicas verbo penetrante pruinas
 Vox Euangelica : Hyrcanas quoque fervida brumas
 Solvit, ut exutus glacie jam mollior amnis
 Caucaseâ de cote fluat Rhodopeius Hebrus.
 Mansuevêre Getæ, feritasque cruenta Geloni 430
 Lacte mero sitiens exanguia pocula miscet,
 Libatura sacros Christi de sanguine potus.
 Novit & Atlantis pridem plaga perfida Mauri
 Dedere crinitos ad Christi altaria Reges.

Ex quo mortalem præstrinxit Spiritus alvum, 435
 Spiritus ille Deus; Deus & se corpore matris
 Induit, atque hominem de virginitate creavit;
 Delphica damnatis tacuerunt fortibus antra :
 Non tripodas cortina tegit, non spumat anhelus
 Fata Sibyllinis fanaticus edita libris; 440
 Perdidit insanos mendax Dodona vapores ;
 Mortua jam mutæ lugent oracula Cumæ :
 Nec responsa refert Libycis in Syrtibus Hammon:
 Ipsa suis Christum Capitolia Romula marent
 Principibus lucere Deum, destructaque templa 445
 Imperio eecidisse Ducum. jam purpura simplex
 Sternitur Æneadæ rectoris ad atria Christi,
 Vexillumque Crucis summus dominator adorat.

Principibus tamen è cunctis non defuit unus
 Me puero, ut memini, ductor fortissimus armis, 450
 Conditor & legum celeberrimus ore manuque;
 Consultor patriæ, sed non consultor habendæ
 Relligionis, amans tercentum milia divûm,
 Perfidus ille Deo, quamvis non perfidus orbi,
 Augustum caput ante pedes enrare Minervæ, 455
 Fictilis & soleas Junonis lambete ; plantis
 Herculis advolvi ; genua incerare Dianæ :
 Quin & Apollineo frontem summittere gypso,
 Aut Pollucis equum suffire ardentibus extis.
 Fortè litans Hecaten placabat sanguine multo: 460
 Festis ferienda securibus illic

Agmina vaccarum steterant, vitulasque revinctâ
 Fronte coronatas umbrabat torta cupressus :
 Jamque insertato referarat viscera cultro
 Vittatus de more senex, manibusque cruentis 465
 Tractabat trepidas letali frigore fibras,
 Postremosque animæ pullus in corde repenti
 Callidus interpres numeris & fine notabat ;
 Cùm subito exclamat media inter sacra sacerdos
 Pallidus : En quid ago ? majus, Rex optime, majus,
 Numen nescio quod nostris intervenit aris ,
 Quàm sufferre queant spumantia cymbia lacte,
 Cæsarum sanguis pecudum, verbena, coronæ.
 Accitas video longè dispergier umbras.
 Territa Persephone vertit vestigia retro, 475
 Exstinctis facibus, fracto fugitiva flagello.
 Nil agit arcanum murmur : nil Thesiala profunt
 Carmina : turbatos revocat nulla hostia Manes.
 Nonne vides, ut turibulis frigentibus ignis
 Marceat ? ut canis pigrescat pruna favillis ? 480
 Ecce Palatinus pateram retinere minister
 Non valet : elisâ destillant balsama dextrâ :
 Flamen & ipse suas miratur vertice laurus
 Cedere ; & incettum frustratur victima ferrum.
 Nescio quis cerrè subrepsit Christicolarum 485
 Hic juvenum. genus hoc hominum tremit infula,
 & omne
 Pulvinar divûm. lotus procul absit & unctus ;
 Pulchra reformatis redeat Proserpina sacris.
 Dixit, & exsanguis conlabitur : ac velut ipsum
 Cerneret exserto minitanti fulmine Christû. 490
 Ipse quoq; exanimis posito diademate Princeps
 Pallet, & adstantes circum inspicit, ecquis alumnus
 Chrismatis inscripto signarit tempora ligno ;
 Qui Zoroastrêos turbasset fronte susurros.
 Armiger è cuveo puerorum flavicomantum 495
 Purpurei custos lateris deprenditur unus

Nec negat, & gemino gemmata hastilia ferro
 Projicit, ac signum Christi se ferre fatetur.
 Profiluit pavidus dejecto Antistite Princeps,
 Marmoreum fugiens nullo comitante sacellum, 500
 Tum tremefacta cohors, dominique oblita, supinas
 Erigit ad calum facies, atque invocat Jesum.

Jamne piget facti? jam pœnitet? eni tibi Christum,
 Infelix Judæa, Deum: qui, sabbata solvens
 Tetrea, mortales æterna in sabbata sumsit, 505
 Gentibus emicuit, præfulsit Regibus, orbem
 Possidet, imperii dominam sibi cedere Romam
 Conpulit, & simulacra deûm Tarpeia subegit.
 Disce tuis miseranda malis, quo vindice tandem
 Vana superstitio, lex & carnaliter acta 510
 Plectatur; cujus virtus te proterat ultrix.

Destruetione jacent Salomonica saxa metallo,
 Ædificata manu? jacet illud nobile templum.
 Cur jacet? artificis quia dextra solubilis illud
 Camentum struxit resolubile. jure solutum est, 515
 Et jacet; in nihilum quoniam redit omne politum.
 Quod fieri recipit, recipit quandoque perire.

Si, nostrum contra quod sit. vis discere, templum:
 Est illud, quod nemo opifex fabrilitet aptans
 Composuit; quod nulla abies pinusve dolata 520
 Texuit; exciso quod numquam marmore crevit:
 Cujus onus nullis sultum sublime columnis
 Fornice curvato tenui super arte pependit:
 Sed Verbo factum Domini, non voce sonorâ:
 Sed Verbo, quod semper erat. Verbum caro factum
 est. 525

Hoc templum æternum est: hoc finem non habet:
 hoc tu

Expugnare volens, flagris, cruce, felle petisti.
 Destruetum jacuit pœnis vexantibus: esto.
 Matris enim ex utero, quod destrueretur, habebat.
 Sed, quod morte brevi materna ex parte solutum est,

Majestate Patris vivum lux tertia reddit. 530
 Vidisti, Angelicis comitatum coeribus, altè
 Ire meum, cujus fervor munimine, templum.
 Illius aeternae suspendunt culmina portae,
 Ac per inaccessas scalarum gloria turres
 Tollitur, & gradibus lucet via candida summis: 535
 At tua congestae tumulant holocausta ruinae.
 Quid mereare Titus docuir: docuere rapinis
 Pompeianae acies: quibus extirpata per omnes
 Terrarum pelagique plagas tua membra feruntur.
 Exsiliis vagus huc illuc fluitantibus errat 540
 Judaeus, postquam patriam de sede revulsus
 Supplicium pro caede luit, Christique negati
 Sanguine respersus commissa piacula solvit.
 En quò priscorum virtus defluxit avorum!
 Servit ab antiquis dilabasa fidelibus heres 545
 Nobilitas; sed jam non nobilis. illa recentem
 Susceptat captiva fidem: vis tanta novellae
 Credulitatis inest. Christum confessa, triumphat
 Gens infida prius: Christi sed victa negatrix
 Subditur imperio, dominos sortita fideles. 550
 * Sunt qui Judaico cognatum dogma furori
 Instituunt, media Christum ratione secuti.
 Hoc tantum, quòd verus homo est; ac exilitus illum
 Adfirmant non esse Deum: pietate fatentur;
 Majestate negant. morum pro laude saeratum 555
 Concelebrant: adimunt naturae summa supernae.
 Omne opus egregium, per quod sollertia pollens
 Emicat, ingenii est, aut roboris: illud acuto
 Corde viget: duris excellit viribus istud.
 Mortale est sed utrumque homini: nam cana sene-
 scunt 560
 Ingenia, & validos consumunt saecula lacertos.
 Haec nos in Domini virtute & laude perenni.
 Non sequimur: sequimur, nullo quod semine terrae
 Ger-

3 *Contra Homuncionnitas.*

Germinat: immundum quod non de labe virili
Sumit principium. tener illum seminat ignis: 565

Non caro, nec sanguis patrius, nec fœda voluptas.

Intactam thalami virtus divina puellam

Sincero adflatu per viscera casta maritat.

Inconperta ortûs novitas jubet, ut Deus esse

Credatur Christus sic conditus. innuba virgo 570

Nubit Spiritui, vitium nec sentit amoris.

Pubertas signata manet: gravis intus, & extra

Incolumis: florens de fertilitate pudicâ

Jam mater, sed virgo tamen: maris inscia mater.

Quid renuis? quid iuane caput, non credule,
quassas? 575

Angelus hoc sancto fore nuntiat ore. placetne

Credere, & Angelicis aurem referare loquellis?

Ipsa coruscantis monitum sacra virgo ministri

Credidit, atque ideo concepit credula Christum.

Credientes nam Christus adit: dubitabile pectus, 580

Sub titubante fide, refugo contemnit honore.

Virginitas & prompta fides Christum bibit alvo

Cordis, & intactis condit paritura latêbris.

Crede, quod emissus folio Patris Angelus infit.

Vel, si concretus liquidam de sidere vocem 590

Non capit auditus, mulier quid conjugè pregnans

Clamet anus, credens & tandem sobrius audi.

Mira fides! utero puer interceptus anili

Virgineum Dominum materno ex ore salutat

Primus, & infantem non natus nuntiat infans 595

Jam nostrum vagire sibi: nam pusio nondum

Norat, & ora Deo referabat garrula Christo.

Promite secretos fatus: date, pandite librum,

Evomuit spirante Deo quem sanctus Esaias.

Percensere libet, calamique revolvere sulcos, 600

Sidereis quos illa notis manus aurea duxit.

Ite hinc. dum rutilos apices summissus adoro:

Dum lacrimans veneror, dumque oscula dulcia figo.

Gaudia concipiunt lacrimas, dant gaudia fletum.
 Advēnit promissa dies, quam dixerat iste 605
 Adfore versiculus, cum Virgo puerpera, teste
 Haud dubiè sponso, pacti cui cura pudoris,
 Edidit, Emmanuelque meum me cernere fecit.
 Est ne Deus jam noster homo? versatur, & adstat
 Nobiscum; nomenq; probat, versumq; vetustis 610
 Obscurum sacris præsentī inluminat ore.
 Est ne Deus; ejus cunas veneratus Eōs
 Lancibus auratis regalia fercula supplex
 Virginis ad gremium pannis puerilibus offert?

Quis tam pinnatus, rapidoque simillimus Au-
 stro 615

Nuntius, Auroræ populos, atque ultima Bactra
 Attigit, inluxisse diem lætantibus horis,
 Qua tener innubto penderet ab ubere Christus?
 Vidimus hunc, aiunt, puerum per sidera ferri,
 Et super antiquos sigorum ardescere tractus. 620
 Diriguit trepidans Chaldaeo in vertice pernox
 Astrologus, cessisse Anguem, fugisse Leonem;
 Contraxisse pedes lateris manco ordine Cancrum;
 Cornibus infractis domitum mugire Juvenum;
 Sidus & Hircinum laceris marcescere villis. 625
 Labitur hinc pulsus Puer hydrius: inde Sagitta:
 Palantes Geminos fuga separat: improba Virgo
 Prodit amatores tacitos in fornice mundi.
 Quique alii horrificis pendent in nubibus ignes,
 Luciferum timere novum: rota lurida Solis 630
 Hæret, & excidium sentit jam jamque futurum;
 Seque die medio velandam tegmine glauco,
 Splendoremque poli periturum nocte diurnâ,
 Orbe repentinis caput obnubente tenêbris.

Hunc ego non cumulem myrrhæque & turis &
 auri 635

Muneribus? scio, quem videam; quæ dona rependam.
 Hunc ego non venerer? qui cælo visus, humique

INVEN-

Inventus Rex atque Deus moderatur utrumque
 Naturæ specimen, tumuloque inferna refringens
 Regna, resurgentes secum iubet ire sepultos? 640
 Cælum habitat, terris intervenit, abdita rumpit
 Tartara. vera fides. Deus est, qui totus ubique est.
 Numquid vana viros aut mens aut lingua fefellit?
 Numquid fortuitis frustrantia dona dederunt
 Casibus, aut cæco votum sub honore dicarunt? 645
 Quæ porro causa aut ratio, summittere colla
 Ante pedes Mariæ, puerique crepundia parvi :
 Si tantùm mortalis erat, nec summa potestas
 Inplebat teneros divinis flatibus artus?
 Sed jam tolle Magos, tus aurum, myrthea dona, 650
 Quæ verum docuere Deum : præsepia, pannos,
 Matris adoratum gremium. face sideris ardens
 Ipsa Deum virtus, factorum & mira loquantur.
 Insanos video subito mitescere ventos,
 Cum jubeat Christus : video luctantia magnis 655
 Æquora turbîibus tranquillo marmore tendi
 Imperio Christi : video, calcatus eundem
 Cum patitur gurges, tergum solidante liquore.
 Ipse super stuidas plantis nitentibus undas
 Ambulat, ac pressò firmat vestigia fluctu : 660
 Increpat ipse Notos, & flatibus otia mandat.
 Quis jubeat sævis Aquilonibus, (Ite, filete,
 Carceribus vestris, amploque faceffite ponto)
 Sit nisi cælipotens, Aquilonum conditor idem?
 Ninguidus agnoscit Boreas atq; imbrifer Eurus 665
 Nimborum dominum, tempestatumque potentem:
 Excitantque hiemem verrunt ridente sereno.
 Quis pelagi calcarit aquas? quis per vada glauca
 Gressibus impressis spatiatum triverit udum
 Non summersus iter, sola pendulus, & pede sicco; 670
 Æquoreæ nisi factor aquæ? qui Spiritus olim
 Ore superfusus patrio volitabat in undis
 Nondum discretis, nec certo litore clausis.

Sustinuit gressum Domini famulus liquor, ac se,
 Mobilirate carens, solidos substrinxit ad usus. 578
 Quid diversa Dei memorem facta inclita Christi;
 Alius inspectâ quem majestate negator,
 Haud dubitans hominē, tute ipse fatebere Numen:
 Inlevit cacos oculos, & lumina limo
 Reddidit, humectam sacro sputamine terram 680
 Contrectans digitis, luteum medicamen operta
 Nox habuit; renebras obducta uligo removit.
 Insuper ostendit, quonam caligo lavacro
 Expurganda foret. variis Siloa refundit
 Momentis larices, nec fluctum semper anhelat: 685
 Sed vice distinctâ largos lacus accipit haustus.
 Agnina languentium sitiunt spem fontis avari,
 Membrorum maculas puro ablutura natatu.
 Certatim intereâ roranti punice raucas
 Exspectant scatebras, & sicco margine pendent. 690
 Hoc limum jubet inpositum de fovea lavari
 Christus, & infusâ vultum splendescere luce.
 Norat enim limo sese informasse figuram
 Anrē tenēbrosam, proprii medicamen & oris
 Adjecisse novo, quem primum sinxerat, Adx. 695
 Nam sine divino Domini perflamine summi
 Arida terra fuit, nulli prius apta medellæ:
 Sed postquam liquidus cælesti Spiritus ore
 Virgineam respersit humum, medicabilis illa est:
 Inde trahit sucum, lentoque humore salutem 700
 Inluit, infunditque diem baptisinate lora.
 Cæcus adest, oculis jam Christi ex ore retextis,
 Seque luto & nitidis lucem sumxisse fluentis
 Clamar, & auctorem stupefacta per oppida monstrat:
 Auctorem lucis, largitoreinque dierum, 705
 Non dedignatum medicæ purgamen aquai
 Corpore sub proprio monstrare errantibus ægris.
 Milibus è multis paucissima quæque retexam:
 Summarim relegam, totus quæ non capit orbis.

Quinque in deserto panes jubet & duo pisces 710

Adponi in pastum populis: qui fortè magistrum,

Non revocante fame, stipabant undique sæptum;

Innemoresque cibi, vicos, castella, macellum,

Oppida, mercatus, & conciliabula, & urbes

Respuerant, largo contenti dogmate vesci. 715

Multa virùm strato fervent convivia scæno.

Centenos simul adcubitus iniere sodales,

Seque per innumeras infundunt agmina mensas,

Pisciculis (jam crede Deum) saturanda duobus,

Et paucis crescente cibo per fragmina crustis. 720

Ambesis dapibus cumulatim adgesta redundant

Fercula. bis senos micarum molibus implent

Post cœnam cofinos: crudus conviva refudat

Congeriem ventris; gemit & sub fasce minister.

Quis cumulare potest epulas in grandia parvas? 725

Quis, nisi qui corpus, pastumque, & corporis omnè

Condens ex nihilo nullâ existente creavit

Mundum materiâ? non sicut sculptor ab aris

Rudere decoctam consuescit vivere massam.

Sed Deus omnipotens orbem sine semine finxit. 730

Nil erat, omne quod est: nil id, procedere & esse

Atque novum fieri, mox & grandescere, jussum est.

Parvum de nihilo primum fuit: addita parvo

Incrementa modis auxerunt omnia plenis.

Ergo ego, cùm videam: manibus sic crescere Chri-

sti 735

Parva alimenta hominû, possum dubitare per ipsum

Exiguas rerum species, elementaque mundi

Ex-nihilo primum modica, & mox grandia sensim

Crevisse, ex modicis quæ consummata videmus?

Ac ne post hominum pastus calcata perirent, 740

Neve relicta lupis, aut vulpibus, exiguis ve

Muribus in prædam nullo custode jacerent:

Bis sex adpositi, cumulatim qui bona Christi

Servarent gravidis procul ostentata canistris.

Sed

Sed quid ego hæc autē titubanti voce retexo, 745
 Indignus qui sancta canam? procede sepulcro,
 Lazare. dic, cujus vocem tellure sub inā
 Audieris: quæ vis penetraverit abdita leti?
 Quòd, cum te Christus penitus nigrante profundo
 Immersum vocat, ut redeas, ccu proximus, audis; 750
 Nec remoratus ades? quæ tam vicina Charybdis
 Regna tenēbrarum tenui distantia sine
 Conjungit superis? ubi Tanara tristia vasto
 In præceps dejecta Chao, latebrosus & ille
 Amnis in expletis volvens incendia ripis? 755
 Ante fores tumuli, quas saxa in mania duto
 Objice damnarant scopulis substructa cavatis,
 Stat Dominus, nomenque ciet frigentis amici.
 Nec mota: funereus revolutis rupibus horror
 Evomit exsequias gradiente cadavere vivas. 760
 Solvite jam lætæ redolentia vincla sorores.
 Solus odor sparsi spiramenti aromatis efflat:
 Nec de corporeo nidorem sordida tabo
 Aura refert. oculos sanie stillante solutos
 Pristinus in speculū decor excitat, & putrefactas 765
 Tincta rubore genas paulatim purpura vestit.
 Quis potuit fluidis animam suffundere membris?
 Nimirum qui membra dedit: qui scitilis ulvæ
 Perflavit venam madidam: cui tabida glæba
 Traxit sanguineos infecto humore colores. 770
 O mors, auritis jam mitis legibus! ó mors
 Surda prius, jam docta sequi quodcumque jubetur,
 Cui tantum de te licuit? convicta fatère
 Esse Deum, solus qui me tibi præripit, Jesum.
 Abde negatores Christi: nemo invidet, abde: 775
 Ut ere sorte tuâ. blasphemis nocte tenendis
 Perperuâ, plebem justorum capta resolve:
 Qui norunt hominem atque Deum sic dicete Chri-
 stum,
 Ut verus summusque Deus mortalia gestet.

Ipse gerit, quod struxit; opus, nec ferre pudefcit 780
Factor, quod peperit: corpus loquor, atque animæ
vim.

Finxerat hoc digiris, animam sufflaverat ore.
Totum hominem Deus adsumit: quia totus ab i-
pfo est,

Et totum redimit, quem sumferat; omne reducens,
Quidquid homo est: istud tumulis, aft illud abyf-
fo. 785

Occurrit dubitans hic differtator, & illud
Objicit. An ne fides capit, ut fubftantia flante
Inspirara Deo cruciatum fentiat, utque
Inferni petat ima poli, barathroque coquatur.

Crede animam non effe Deum: fed crede creatis 790
Majorem cunctis: ipfam quoque crede creatam.
Formata eft namque ore Dei, quæ non erat ante:
Sed formata habitu pulcherrima, piætaque rebus
Divinis, & plena Deo, fimilifque creanti.

Non tamen ipfa Deus: quoniã generatio non eft, 795
Sed factura Dei eft. folus de corde Parentis
Filius emicuit: verus, verus Deus ille.

Conlatum eft animæ, fubito ut, quæ non erat, effet.
Ille coæternus Patris eft, & femper in ipfo;
Nec factus, fed natus, habet quodcumque paternum
eft. 800

Hæc fimilis, velut uinbra, Dei eft. fic ipfe locutus
Factor, utroque hominem medirans de figmine jun-
ctim

Ædificare fui fimilem. fed non habet umbrâ,
Quod corpus folidum: cujus imitatio in umbrâ eft:
Atque aliud verum eft, aliud fimulatio veri. 805

Eft fimilis, factis quod non confumitur ullis:
Quod fapiens, iufique capax, reginaque rerum
Imperat: antè videt, perpendit, præcavet, infit,
Verborum morumque opifex, inftitutæque mille
Artibus, & cælum fenfu percurrere docta. 810

His

His animam similem sibi conditor effigiavit,
Cetera dissimilem: quippe hanc comprehendere prom-
tum est,

Quam modus & species determinat: at Deus ingens,
Atque supersufus trans omnia, nil habet in se
Extremum; ut claudi valeat, sensuve tencri. 815

Incomprensa manet virtus, cui linea defit
Ultima, quam spatium non mensurabile tendit.
Ergo animam factam, magno & factore minorem,
Majoremque aliis, atque omnibus imperitantem,
Corruptela putris nascentem turbida carnis 820

Concipit, ac membris tabentibus interfusam
Participat de fæcc suâ: fit mixta deinde
Peccandi natura luto, cum simplice flatu.
Sed fortasse animam, Domini quia fluxit ab ore,
Conpositam factamq; neges: velut ipsa Dei pars, 825
(Quod dictu scelus est) tætras trahat oblita culpas,
Et pessum damnata ruens Chaos intret opertum.

Sit res illa Dei: non abnuo: pars tamen illa
Haudquaquam dicenda Dei est, quæ tempore cæpiti:
Nec prior, aut senior, quàm primum plasma, pu-
tanda est. 830

Tunc etenim factam video, cùm cordis amici
Intravit germana domum, limique recentis
Hospita, & ipsa recens fraternâ sedit in aulâ.
Illa quidem flatus Domini est: sed spiritus & vis
Non est plena Dei, tanto moderamine missa, 835
Quanto flans voluit flandi scrvare tenorem.

Est impossibile spectare profunda Sabaoth:
Sed speculum Deitatis homo est. in corpore discas
Rem non corpoream sollers, interprete Christo:
Qui Patrem proprium mortali in corpore mon-
strat. 840

Perspice, quàm; varios fundamus ab ore vapores,
Spiramus quotiens animæ sufflabilis auras.
Nunc flatum tepidum calor exhalatus anhelat,

Rorantes nebulas udis de faucibus efflans :

Cum libet in gelidum flabrali frigore ventum 845

Spiritus existit tenuis, & sibilat aër.

Adde & distinctum, quem musica tibia flatum

Concipit : aut ille est pressio modulamine patcus,

Aut tumidū largo sublimat flamine bombum,

Aut raucos frangit modulos, aut lene susurrat, 850

Aut exile trahens sonitus producit acutos,

Aut murmur tenerum sublidit voce minutâ.

Hæc cum te videas mortali in corpore posse ;

Cut non Æternum potuisse infunderq̄ credas ,

Qualem animam voluit ? præscribitis quam quia
condens 855

Efflavit fuditque modis, sit facta necesse est.

Denique multa sapit, sed non sapit omnia, nostræ

Vis animæ, certum sapere ac pranoscere iusta.

Jam, cui certus inest modus, & cui nosse negatum est

Omnia, factura est : nam condita & aucta probatur. 860

Collige de simili, sit ne hæc factura. creavit

Nempe manus Domini corpus mortale, lutumque

Conposuit digitis. numquid manus articulatim

Est digesta Dei? numquid vola? numquid & ungues

Claudere flexibiles? patulam seu tendere palmâ? 865

Ista figura manûs nostræ est, quam non habet in se

Inscitumscriptus Dominus : sed tradita forma est,

Humanis quæ nota animis daret intellectum.

Ut per corpoteam speciem plasmasse feratur

Corporis effigiem : sic est plasmata vicissim 870

Flatu incorporeo res stabilis, oris & esse

Fertur opus, tenuis per quod constructa refulsit

Forma animæ, atque rudi factam se munere sensit.

Si non est factura manûs cato nostra; nec oris

Est factura anima, flatu & spiramine cœpta; 875

Inque locum deducta aliquem. namque omne, quod

hora

Nata.

Natalis profert, locus accipit: & locus nullus
 Quod cohibere potest, modicum est, nec in omnia
 fufum.

Et quod tam modicum est, ut certâ sede locetur,
 Jam titubare potest: & quod titubaverit, intra 880
 Naturam vitii est: vitiosum denique tristem
 Reccidit in pœnam: Deus hoc, mihi credite, non est.
 Aut, si majestas animæ est, ostendite quid sit,
 Quod laosam Christi; inopē nova gratia inundat,
 Spiritus & sanctus baptisate justificatam 885
 Nobilitat, famulæque decus, quod defuit, addit:
 Quod, quia præstatur meritis, meritisque negatur;
 Absurde fertur Deus aut pars esse Dei; quæ
 Divinum summumque bonum de fonte perenni
 Nunc bibit obsequio, nunc culpâ aut crimine per-
 dit: 890

Et modò supplicium recipit, modò libera calcat.

Miraris peccare animam, quæ carne coactam
 Sortita est habitare domum, cum peccet & ipse
 Angelus, hospitium qui nescit adire caducum
 Cratis tabisflux. peccat; quia factus & ipse est, 895
 Non genitus. quocumque modo sit factus, id unus
 Scit factor Dominus: factum mihi credere sat sit.
 Solus labe caret peccati conditor orbis,
 Ingenitus genitusque Deus, Pater & Patre natus;
 Solus & exceptus tormentum admittere triste, 900
 Inviolatus agit, nec quidquam sentit acerbi.
 Exsortem dic esse animam crucis atque doloris:
 Si culpæ immunem, vacuumque à crimine nosti.
 Quæ peccare valet, valet & succumbere pœnæ.
 Ipsa quidem sincera fuit, dum conditur olim, 905
 Quæ conlata rudem fecit viviscere limum:
 Utpote de liquido naturæ semine primos
 Accipiens habitus, superoque expressa sereno.
 Sed innox, ut gravido jussa est innectier arvo,
 Suavibus inlecebris nimium blandita refrixit, 910

Deque volutabris pretiorum polluit ignem,
Dum transgressa Dei positum fas improba calcet.

• Hæc prima est natura animæ. sic condita simplex
Decidit in vitium per sordida fœdera carnis.

Esin tincta malo peccamine principis Adæ 915

Infecit genus omne hominum, quod pullulat inde:

Et tenet ingenitas animarum infantia in ortu

Primi hominis maculas, nec quisquam nascitur in-
fons.

Vitandus tamen error erit, ne traduce carnis

Transfundi in subolem credatur fons animarum 920

Sanguinis exemplo: cui texta propagine vena est.

Non animas animæ pariunt: sed lege latenti

Fundit opus natura suum, quod parvula anhelent

Vascula, vitalisque adsit scintilla coactis.

Quæ quamvis infusa novum penetret nova sem-
per 925

Figmentum, vetus illa tamen de crimine avorum

Ducitur: inloto quoniam concreta veterno est.

Inde secunda redit generatio, & inde lavatur

Naturæ inlucis, iterumque reuascimur intus

Perfusi, ut veterem splendens anima exuat Adâ. 930

Quæ quia materiam peccati ex fomite carnis

Confociata trahit, nec non simul ipsa sodali

Est incentivum peccaminis, implicat ambas

Vindex pœna reas, peccantes mente sub unâ;

Peccandique cremat socias cruciatibus æquis. 935

His crucibus Christus nos librat, incorruptæ

Matris, & innocui gestator corporis. unus

Naturam pœnæ expositam, sed non vitiorum

Naturam expositam contactibus induit Jesus:

Atque ideo pœnæ nil debuit: intemeratus, 940

Fraude carens, omni culparum aspergine liber.

(Quid peccatum profapia corpore in illo,)

Quid Christi in membris peccati sæva satelles

Pœna ageret? quid mors hominis sine crimine posset?

Ni-

Nimirum castis conatibus, & sine nervis 945
Concideret, sterilis peccati fomite nullo.

Mors alitur culpâ : culpam qui non habet, ipso
Pastus defectu mortem consumit inanem.

Sic mors in domini consumta est corpore Christi :
Sic perit, solitum dum non habet arida pastum. 950

Suspice quapropter solum inculpabile Numen,
Virtutem Patris & Christi : & jam desine nostræ

Invidiam conflare animæ, quod sit Deus, aut quòd
Portio parva Dei, cum Christo abscidere quidquam,

Et reseccare Deo partem, vel carpere tantum 955
Numen non liceat, plenum sibi semper & in se.

* Est operæpretium nebulosi dogmaris umbram
Prodere, quam tenues atomi conpage minutâ
Instituunt : sed casta cadit, ventoque liquefcit
Adsimilis, fluxu nec se sustentat inani. 960

Aërium, Manichæus ait, sine corpore vero
Pervoluisse Deum, mendax fantasma, cavamque
Corporis effigiem; nil contrectabile habentem.

Ac primùm specta, an deceat quidquam simulatum
Adsignare Deo, cujus mera gloria falsi 965

Nil recipit. membris hic se fallacibus aptans
Fingeret esse hominem ventosâ subdolis arte?

Mentitus totiens, cum diceret; Inveteratis
Do veniam morbis, simul & peccata remitto.

Filius est hominis, pestem qui pellere carnis, 970
Et scelerum nexus laxare ac solvere possit.

Surge valens, surge innocuus: jam tolle grabatum:
Filius hoc hominis jubeo. dignus ne videtur,

Qui testis sibi sit, seque ac sua carnea norit ?

Quid, cum discipulos, hominis que d Filius esset 975
Passurus, fido jam præscius ore monebat?

Non ne fatebatur, se cum virtute paternâ

Esse hominem verum ? quod si non credo, fefellit.

Si

* *Adversum Fantasmaticos, qui Christum negant
verum corpus habuisse.*

Si natura Dei quæ sit, Manichæe, requiris :
 Omne quod est, verum est. nam si mendosus agit
 quid, 980

Nec Deus est : mendum divinus non capit usus.
 Objicis æterno Domino, quòd lubricus ad nos
 Venerit, adsimulans aliud, quàm verus habebat.
 Obmutescè, furor : linguam, canis inprobe, morde
 Ipse tuam, lacero consumens verba palato. 985

Latranti obsistit Mattheus, rabiemque refellit :
 Qui notat omne genus carnalis stirpis, adusque
 Corporeum Christum, per sex septena virorum
 Nomina descendens, & venam sanguinis alti
 Ex atavis longo texens per stemmata filo. 990

Septimus hebdomadi venit superaddere sextæ
 Hunc numerum Christus : placidum qui conficit
 annum,

Cuncta remittentem contractibus inlaqueata
 Multimodis, hominemque hominis de morte le-
 vantem.

Inperfectus enim limus mortalis erat tunc : 995
 Vir solus perfectus adest, atque integer Jesus :
 Cui nihil ex septem septenis defuit, ex quo
 Perficeret mortale genus virtute perenni.

Hic ille est : nobis qui septima sabbata complet,
 Ut caro nostra Deo tandem sociata quiescat, 1000
 Quam bis terna malis vexabant sabbata noxis.

Curramus notis gradibus, Regumque sequamur
 Progeniem : Christum invenies de carne parentum
 Effluxisse hominum : qui sit de semine David,
 Stirpe recensetâ numerandus sanguinis heres. 1005

Quid, cùm sanctiloquus revoluto germine Lucas
 Sursum versus agit seriem, scandente nepotis
 Corpore, perque atavos eursum relegente vetustos,
 Septenos decies conscendit Christus in ortus
 Et duo : nam totidem doctores misit in orbem : 1010
 Descensos nascendo gradus, redeundo tetexit

Actus ad usque apicem terrem corporis Adam.
 Inde parens Deitas recipit sua, nostraque mixtum,
 Fitque Dei summi per Christum filius Adam.

Restat, ut aëriam fugas ab origine gentem, 1015
 Aërios proceres, Levi, Judam, Simconem,
 Aërium David, magnorum corpora Regum
 Aëria, atque ipsam fecundæ virginis alvum
 Aëre fallaci nebulisque & nube tumentem.
 Vanescat sanguis perflabilis: ossa liquecant 1020
 Mollia: nervorum pereat textura volantum.
 Omne, quod est gestum, Notus auferat inritus; auræ
 Dispergant tenues. sit fabula, quod sumus omnes.
 Et quid agit Christus, si me non suscipit? aut quem
 Liberat infirmum, si dedignatur adire 1025
 Carnis onus, manumque horret monumenta
 suarum?

Indignumne putat luteum consciscere corpus:
 Qui non indignum quondam sibi credidit, ipsum
 Pertrectare lutum. eum vas componeret arvo
 Nondum viscereo; sed inertis glutine limi, 1030
 Impressoque putres sub pollice duceret artus?
 Tantus amor terræ, tanta est dilectio nostri.

Dignatur præpinguis humi comprehendere mollem
 Divinis glæbam digitis, nec sordida censet
 Hærentis massæ contagia. jusserat, ut lux 1035
 Conficeret: facta est, ut jusserat. omnia jussu
 Imperitante novas traxerunt edita formas.
 Solus homo. emernit Domini formabile dextrâ
 Os capere, & fabro Deitatis figmine nasci.
 Quorsum igitur limo tanta indulgentia nostro 1040
 Contigit, ut Domini manibus tractatus, honorâ
 Arte sacer fieret, tactu jam nobilis ipso?
 Decrerat quoniam Christum Deus incorrupto
 Admiscere solo: sanctis quod fingere vellet,
 Dignum habuit, digitis, & earum condere pi-
 gnus. 1045
 Desti-

Destituit natura quidem destructa coacta
Telluris formam, mortique obnoxia cessit :

• Sed natura Dei numquam solvenda, caducam
Tellurem nostro vitiatam primitus usi
Esse suam voluit, ne jam vitiabilis esset. 1050

Christus nostra caro est : mihi solvitur, & mihi sur-
git.

Solvor morte meâ, Christi virtute resurgo.

Cùm moritur Christus, cum flebiliter iunulatur,
Me video : è tumulto cùm jam remeabilis adstat,
Cerno Deum. si membrorum phantasma meorum
est, 1055

Et phantasma Dei est: mendax in utroque necesse est
Sit Christus species. si Christus fallere novit ;
Si non verus homo est, quem mors hominem pro-
bat ipsa :

Nec verus Deus est, operis quem gloria prodit
Esse Deum. vel crede mori, vel adesse refelle; 1060

Et geminâ verum Christum ratione negato.

Nam quid magnificum, si non est mortuus Jesus,

Et redit ? illa Dei virtus memorabilis est, ut

Occisus redeat Superis, surgatque sepultus.

Quisque Deum Christum vult dicere ; dicat eun-
dem 1065

Esse hominem : ne majestas sua fortia perdat.

Nosco meum in Christo corpus conturge: e. quid
me

Desperare jubet ? veniam, quibus ille revênit,
Calcatâ de morte, viis. quod credimus, hoc est.

Et totus veniam. nec enim minor, aut alius, quàm
Nunc sum, restituar. vultus, vigor, & color idem,

Qui modò vivit, erit : nec me vel dente, vel ungue
Fraudatum revomet patefacti fossa sepulcri.

Qui jubet, ut redeam, non reddet debile quidquam:

Nam si debilitas redit, iustauratio non est. 1075

Quod casus rapuit; quod morbus, quod dolor hausit;

Quod truncavit edax senium populante veterno ;
 Omne revertenti reparata in membra redibit.
 Debet enim mors victa fidem, ne fraude sepulcri
 Reddat curtum aliquid : quamvis jam curta vora-
 rit

1080

Corpora. debilitas tamen & violentia morbi
 Virtus mortis erat. reddet, quod particulatim
 Sorbuerat, quocumque modo : ne mortuus omnis
 Non redeat, si quid pleno de corpore desit.

Pellite corde metum, mea membra, & credite vos-
 met

1085

Cum Christo reditura Deo : nam vos gerit ille,
 Et secum revoeat. morbos ridete minaces :
 Inflictos casus contemnite : tætra sepulera
 Despuite : exurgens quò Christus provocat, ite.





AURELII PRUDENTII
 CLEMENTIS
 IN HAMARTIGENIAM
 PRÆFATIO.



Patres ephēbi fossor & pastor duo,
 Quos feminarum prima primos pro-
 creat,

Sistunt ad aram de laborum fructibus
 Deo sacrandā munerum primordia :

Hic terrulentis, ille vivis fungitur. 5

Certante voto discrepantes inmolant,
 Fœtum bidentis alter, ast alter scrobis.

Deus minoris conprobavit hostiam,
 Rejecit illam, quam paravit grandior.

Vox ecce summo missa persultat throno : 10

Cain, quiesce. namque si rectè offeras,
 Oblata nec tu lege rectâ divides,

Perversa nigram vota culpam traxerint.

Armat deinde parricidalem manum

Frater, probatæ sanctitatis æmulus : 15

Germana curvo colla frangit sarculo :

Mundum recentem cæde tinguit impiâ,

Serò expiandum, jam senescentem, sacro

Cruore Christi, quo peremptor concidit.

Mors prima cœpit innocentis vulnere, 20

Cessit deinde vulnerato innoxio.

Per crimen orta, dissoluta est crimine :

Ab eî quod antè percûit, Christum dehinc,
 Finia & ipsa est, finis exsortem petens.

Ergo ex futuris prisca cœpit fabula,
 Factoque primo res norata est ultima,

Ut ille mortis inchoator rusticus

Insulsa terræ deferens libamina,

Deumque rerum mortuarum deputans

Rasttis redacta digna sacris crederet,

Viventis atrox æmulator hostiæ.

Agnosco nempe, quem figura hæc denotet,

Quis fratricida, quis percintor invidus

Itavè sacrorum disciplinam dividat,

Mactare dum se vota censer rectius.

Marcion, arvi formâ corruptissimi,

Docet Duitas discrepare à Spiritu,

Contaminatæ dona carnis offerens,

Et segregatim Numen æternum colens.

Qui si quiescat, nec monentem neglegat,

Pacem quieta diligat getmanitas,

Unum atque vivum fassa vivorum Deum.

Hic se caduco dedicans mysterio,

Summam profanus dividit substantiam,

Malum bonumque cen duorum separans

Regnum Deorum, scepra committit duo :

Deum esse credens. quem fatetur pessimumi,

Cain cruentus, unitatis invidus,

Mundi colonus, inmolator squalidus :

Cujus litamen sordet, & terram sapit,

Terram caduci corporis, venam putrem,

Humore denso conglobatam & pulvere :

Natura cujus fraude floret fettili,

Fecunda fundens noxiorum crimina,

Animaque vitam labe carnis æneat.

Caro in sororem tela mentem dirigit :

Mens in cerêbro ventilatur ebrius,

Ex quo furores sicutentos colligit

25

30

35

40

45

50

55

Ma-

Madens veneno cōphatico.

Dcum perennem findit in duos Deos :

60

Audet secare Numen infecabile ?

Cadit percussa, denegans unum Dcum :

Cain triumphat, morte fratris oblitus.

AURELII PRUDENTII

CLEMENTIS

HAMARTIGENIA.

Adversus Marcionitas, qui duos Deos esse adfirmant.

Quò te precipitat rabies tua, perfide Cain,
 Bivisor blasphemæ Dei ? tibi conditor unus
 Non liquet, & bifidæ caligant umbra lucis.
 Infincera acies duo per divortia semper
 Spargitur, in geminis visum frustrata figuris. 5
 Terratum tibi forma duplex obcludit, ut excors
 Dividuum regnare Deum super æthera credas.
 Bina boni atque mali glomerat discrimina sordens
 Hic mundus : Domino sed cælum obtemperat uni.
 Non idcirco duos retinent cælestia Reges, 10
 Quòd duo sunt opera humanas agitantia curas.
 Exterior terrenus homo est, qui talia cernens
 Conjicit esse dno variarum Numina rerum,
 Dum putat esse Deum, qui prava effinxerit olim,
 Et qui recta itidem condens induxerit, ambos 15
 Autumat esse Deos naturâ dispere summos.
 Quæ tandem natura potest consistere duplex,
 Aut regnare diu; quam fons divisus ab arce
 Separat, alternaque apicum ditione recidit?
 Aut unus Deus est, rerum cui summa potestas : 20
 Aut quæ jam duo sunt, minuuntur dispere summa.
 Porro nihil summum, nisi plenis viribus unum :
 Distantes quoniam, proprium dum quisque revulso

Vindictæ imperio, nec cuncta, nec omnia possunt.
 Jus varium non est plenum: quia non habet alter 25
 Quidquid dispar habet. cumulum discretio carpit.

Nos plenum sine parte Deum testamur & unum;
 In quo Christus inest: idem quoque plenus & unus:
 Qui viget, ac viguit super omnia, qui que vigebit,
 Participem nullum conlato fœdere passus. 30

Summa potestatum, simplex dominatio rerum,
 Virtutum sublime caput, fons unicus orbis,
 Naturalis apex, generisque & originis auctor:
 Ex quo cuncta fluunt, & lux, & tempora, & anni,
 Et numerus: qui post aliquid dedit esse secundū. 35
 Unus enim princeps numeri est, nec dinumerari
 Tantum unus potis est. sic, cùm Pater ac Deus alter
 Non sit, item Christus non sit Genitore secundus,
 Anterior numero est, cui Filius unicus uni est.

Ille Deus, meritoque Deus; quia primus & unus: 40
 In virtute suâ primus; tum primus in illo,
 Quem genuit. quid enim differt generatio simplex?
 Unum semper erit gignens, atque unus ab uno
 Ante Chaos genitus, numeroque & tempore liber.

Quis dixisse duos rem majestate sub unâ 45
 Regnantem, propriamque sibi, retroque perennem
 Ausit, & unius naturæ scindere vites?

Numquid adoptivum Genitor sibi sumsit, ut alter
 Externi generis numerum præstare duorum
 Debeat, & geminum distans inducere Numen? 50

Forma Patris veri verus stat Filius, ac se
 Unum rite probat, dum formam servat eandem.
 Non amor adscitus sociat, nec jungit utrumque
 Conjurata fides: pietas sed certa, genusque
 Unum, quod Deus est, summam revocatur ad u-
 nam. 55

Hæc tibi, Marcion, via displicet: hanc tua damnat
 Secta fidem. dominis cælum partita duobus.

Quæ te confundunt nebulæ? quis somnus inerti

Incu-

Incubat ingenio? cui per phantasmata duplex
 Occurrit species, bivio dispersa superno? 60
 Si vim mentis hebes stupor obsidet, adspice saltem
 Obvia tertenis oculis elementa, quibus se
 Res occulta Dei dignata est prodere signis.
 Hanc heresim præfaga Patris præviderat olim
 Majestas fore: quæ Rectorem lucis & orbis 65
 Scinderet in partes geminatum segrege regno.
 Idcirco specimen posuit spectabile nostris
 Exemplumque oculis, ne quis duo Numina credat
 [Imperitare vagis mundi per inania formis.]
 Una per inmensam cæli caveam revolutos 70
 Præbet flamina dies: textit Sol unicus annum.
 Triplex ille tamen nullo discrimine trinâ
 Subnixus ratione viget, splendet, volat, ardet,
 Motu agitur, fervore cremat, tum lumine fulget.
 Sunt tria nempe simul, lux & calor & vegetamē: 75
 Una eademque tamen rota sideris indiscretis
 Fungitur his; uno servat tot muneta duâ:
 Et tribus una subest mixtim substantia rebus.
 Non conferre Deo, velut æquiperabile, quidquam
 Ausim, nec Domino famulum componere signū: 80
 Ex minimis sed grande suum voluit Pater ipse
 Conjectare homines; quibus ardua visere non est.
 Parvorum speculo non intellecta notamus,
 Et datat occultum per proxima quærere vetum.
 Nemo duos Soles, nisi sub glaucomate, vidit: 85
 Aut, si fusca polum suffudit palla serenum,
 Oppositus quotiens radiorum spicula nimbus
 Igne repercusso mentitos spargit in orbes.
 Sunt animis etiam sua nubila, crassus & aër:
 Est glaucoma, aciem quod tegmine velet aquoso, 90
 Libera ne tenerum penetret meditatio cælum:
 Neve Deum rapidis comprehendat sensibus unum,
 Spargi ut in bifidas malesana intentio luces;
 Et duplices geminis auctoribus exstruit aras.

Si duo tant igitur, cur non multa Deorum 95
Milia? cur numero Deitas contenta gemello est?

An non in populos dispersa examina Divum
Fundere erat melius, mundumque implere capacem
Semideis passim nullo discrimine monstris,

Quis fera barbaries perituros mactat honores? 100

Ditiona discretum retinent si Numina cælum;

Convenit & nebulis, & fontibus, & reboanti

Oceano, & silvis, & collibus, & speluncis,

Fluminibus, ventis, fornacibus, atque metallis

Adsignare Deos proprios: sua cuique jura. 105

Vel, si gentiles sordet venerariæ umbras,

Et placet esse duos sceptris socialibus æquos,

Dic agè, quis terras ditionis sorte retinet?

Quis regat æquoreas æternâ lege procellas?

Ede coheredum distinctum jus dominorum. 110

Unus, ais, tristi residet sublimis in arce,

Auctor nequitix, scelerum Deus, asper, iniquus:

Qui, quodcumque malum vitioso servet in orbe,

Sevit, & anguino medicans nova semina fœco,

Rerum principium mortis de fomite traxit. 115

Ipse opifex mundi, terram, mare, sidera fecit:

Condedit ipse hominem, lutulenta & membra coë-
git,

Effigians quod morbus edat, quod crimine multo

Sordeat, informi tumulus quod tabe resolvat.

At alii pietatis amor, placidumque medendi 120

Ingenium, recreans homines, mortalia servans.

Testamenta dno fluxerunt Principe utroque:

Tradidit iste novum melior, verus illud acerbus.

Hæc tua, Marcion, gravis & dialectica vox est:

Iamno hæc attoniti frenesis manifesta cerèbri. 125

Novimus esse patrem scelerum: sed novimus ipsum

Handquaquam tamen esse Deum; quin inimo Ge-

hennæ

Mancipium, Stygio qui sit damnandus Averno.

Mar-

Marcionita Deus, tristis, terus, insidiator :
 Vertice sublimi cinctum cui nubibus atris 130
 Anguiferum caput & fumo stipatur & igni :
 Liventes oculos suffundit felle perusto
 Invidia, inpatiens iustorum gaudia ferre :
 Hirsutos juba densa humeros errantibus hydri
 Obtegit; & virides adlambunt ora cerasta. 135
 Ipse manu laqueos per lubrica fila reflexos
 In nodum revocat, faciliq; ligamine tortas
 Innectit pedicas, nervosque in vincula tendit.
 Ars olli captare feras, animalia bruta
 Inretire plagis; retinacula denique excis 140
 Indeprensa locis erranti opponere prædæ.
 Hic ille est venator atrox, qui cæde frequenti
 Incantas animas non cessat plectere Nebroth :
 Qui mundum curvis anfractibus & silvestris
 Horrentem scopulis versuto circuit astu, 145
 Fraude alios testisque dolis innectere adortus;
 Porro Giganteis alios luctando lacertis
 Frangere : funereos latè exercere triumphos.
 Inproba mors, quid non mortalia pectora cogis ?
 Ipse suam, (pudet heu!) contempto Principe vitam, 150
 Perniciem veneratur homo : colit ipse cruenrum
 Carnificem, gladiique aciem jugulandus adorat.
 In tantum miseris peccati necare captis
 Dulce mori est : tanta in tenebris de peste voluptas.
 Qui mala principio genuit, Deus esse putatur, 155
 Quique bona infecit vitiiis, & candida nigris.
 Par furor illorum : quos tradit fama dicatis
 Consecrassè Deas Febrem Scabiemque sacellis.
 Inventor vitii non est Deus : Angelus illud
 Degener insami conceptum mente creavit : 160
 Qui priùs augustum radiabat fidus, & ingens
 Ex nihilo splendor nutrito ardebat honore.
 Ex nihilo nam cuncta retro, factumque quod us-
 quam est.

Ar non ex nihilo Deus, & Sapiencia vera,
Spiritus & sanctus: res semper viva, nec umquam 165
Cœpta, sed aërios etiam molita ministros.

Horum de numero quidam pulcherrimus ore,
Majestate ferox, nimis dum viribus auctus
Inflatur, dum grande tumens sese altiùs effert,
Ostentatque suos licito jactantius ignes; 170

Persuasit, propriis genitum se viribus, ex se
Materiam fuisse sibi, quâ primitus esse
Inciperet, nascique suum sine principe cœptum.

Hinc schola subtracitam meditatur gignere sectam;
Quæ docet è tenebris subitū micuisse tyrannū: 175
Qui, velut æternâ latitans sub nocte, retrorsum
Vixerit, & tecto semper regnaverit ævo.

Æmulus, ut memorant, opera ad divina repente
Corrumpenda, caput caligine protulit atrâ.

Hoc ratio sed nostra negat; cui non licet unam 180
Infirmare fidem, sacro quæ tradita libro est,
Nil, ait, absque Deo factum, sed cuncta per ipsum,
Cuncta: nec est alius quisquam, nisi factus ab ipso.
Sed factus de stirpe bonus, bonitatis in usum
Proditus, & primo generis de fonte serenus: 185

Deterior mox sponte suâ, dum decolor illum
Insicit invidia, stimulisque infligat amaris:

Arfit enim scintilla odii de fomite zeli,
Et dolor ingenium subitus conflavit iniquum.

Viderat argillam, simulacrum & struibile statu 190
Concaluisse Dei: dominum quoque conditioni
Impositum: natura soli pelagique polique
Ut famulans homini locupletem fundere partum
Nosset, & effusum terreno addicere Regi.

Inflavit fermento animi stomachante tumore 195
Bestia, deque acidis vim traxit acerba medullis:
Bestia, sorde carens cui tunc sapientiâ longi
Corporis enodem servabat recta juventam,
Complicat ecce novos sinuoso pectore nexus,

Involvens nitidam spiris torquentibus alvum. 204

Simplex lingua prius, variâ micat arte loquendi,

Et discissa dolis resonat sermone trifulco.

Hinc natale capur vitiorum : principe ab illo

Fluxit origo mali : qui se corrumpere primum,

Mox hominem didicit, nullo informante magi-
stro. 205

Ultimus exitium subverso præside mundus

Sortitur, mundi que omnis labefacta supellex.

Non aliter, quàm cum incautum spoliare viantem

Fottè latro adgressus, prædæ prius inmemor, ipsum

Ense ferit dominum, pugnae nodumq; moramq; 210

Quo pereunte trahat captivos victor amictus,

Jam non obstanti locuples de corpore prædo.

Sic homini subjecta domus, ditissimus orbis

Scilicet in facilem domino peccante ruinam

Labfus, herile malum jam tunc vitiabilis hausit. 215

Tunc lolium lappasque leves per adultera culta

Ferre malignus ager glæbis male pinguibus ausus,

Triticeam vacuis segetem violavit avenis.

Tunc etiam inuocuo vitulorum sanguine pasci,

Jamque jugo edomitos rictu laniare juvencos 220

Occiso pastore truces didicere leones.

Necnon & querulis balatibus irritatus

Plenas nocte lupo studuit perrumpere caulas.

Omne animal diri callens sollertia furti

Inbuit, & tortos acuit fallacia sensus. 225

Quamvis unaceries florentes ambiat hortos,

Sapibus & densis vellentur vitea rura :

Aut populator edet gemmantia germina brucus,

Aut avibus discerpta feris lacerabitur uva.

Quid loquar herbarum fibras, medicante veneno 230

Tinctas, letiferi fuisse pericula fuci ?

Noxius in teneris sapor æstuat ecce frutescis,

Cum prius innocuas tulcrit natura cicutas,

Roscidus & viridem qui vestit flos rhododaphnen

Pabula raiçivis dederit **capellis.** 235

Ipsa quoque oppositum destructo fœdere certo
Transcendunt elementa modum, rapiuntq; ruuntq;

Omnia, legirupis quassantia viribus orbem.

Frangunt umbriferos Aquilonum prælia lucos,
Et cadit inmodicis silva extirpata procellis. 240.

Parte aliâ violentus aquis torrentibus amnis

Transiit objectas præscripta repagula ripas,
Et vagus eversis latè dominatur in agris.

Nec tamen his tantam rabicm nascentibus ipse
Conditor instituit : sed laxa licentia rerum 245

Turbavit placidas rupto moderamine leges.

Nec mirum, si membra orbis concussa rotantur,

Si vitiis agitata suis mundana laborat

Machina, si terras luis incentiva fatigat.

Exemplum dat vita hominum, quò cetera pec-
cent : 250

Vita hominum : cui, quidquid agit, vesania & error

Suppeditant, ut bella fremant, ut fluxa voluptas

Diffluat, impuro ferveat ut igne libido,

Sorbeat ut cumulos nummorum faucibus amplis

Gurges avaritiæ : finis quam nullus habendi 255

Temperat, aggestis addentem vota talentis.

Auri namque famês parto sit major ab auro.

Inde seges scelerum, radix & sola malorum:

Dum scatebras fluviorum omnes, & operta metalla

Eliquat ornatus, solvendi leno pudoris : 260

Dum venas squalentis humi scrutatur inepta

Ambitio, scalpens naturæ occulta latentis,

Si quibus in foveis radiantes fortè lapillos

Rimata inveniat. nec enim contenta decòre

Ingenito, externam mentitur femina formam. 265

Ac velut artificis Domini manus imperfectum

Os dederit, quod adhuc res exigit, aut hyacinthis

Pingere futilibus redimitæ frontis in arcu,

Colla vel ignitis sincera incingere sertis,

Auri-

Auribus aut gravidis vinctis suspendere bacas. 270

Nescitur & nitidis concharum calculus albens

Grinibus, aureolisque riget coma texta catenis.

Tædet sacrilegas matrum percurrere curas,

Muneribus dotata Dei quæ plasmata fuco

Inficiunt, ut pigmentis cutis inlita perdat 275

Quod fuerat, falso non agnoscenda colore.

Hæc sexus malè fortis agit; cui pectore in atto

Mens fragilis facili vitiorum fluctuat æstu.

Quid, quod & ipse caput mulièbris corporis & rex,

Qui regit invalidam propriâ de carne resectam 280

Particulam, qui vas tenerum ditione gubernat,

Solvitur in luxum? cernas mollescere cultu

Heroas vetulos; opifex quibus aspera membra

Finxerat, & rigidos duraverat ossibus artus.

Sed pudet esse viros: quærunt vanissima quæ-

que,

285

Quis niteant: genuina leves ut roborasolvant,

Vellere non ovium, sed Eoo ex orbe petitis

Ramoribus spoliis fluitantes sumere amictus

Gaudent, & durum scutulis perfundere corpus.

Additur ars, ut fila herbis saturata recoctis 290

Inludant varias distincto stamine formas.

Ut quæque est lanugo feræ mollissima tactu,

Pecit ut. hunc videas lascivas præpetæ cursu

Venantem tunicas, avium quoque versicolorum

Indumenta novis texentem plumea telis: 295

Illum pigmentis redolentibus & peregrino

Pulvere femineas spargentem turpiter auras.

Omnia luxus habet nostræ vegetamina vitæ;

Sensibus in quinque statuens quæ condidit auctor.

Auribus, atq; oculis, tum naribus, atq; palato 300

Quæritur infectus vitiosis artibus usus.

Ipsæ etiam, toto pollet qui corpore, tactus

Palpamen tenetum blandis è fotibus ambit.

Pro dolor, ingenuas naturæ occumbere leges,

Capti-

Capitulumque trahi regnumque dotes! 305
 Perversum jus omne viget, dum quidquid habendum

Omnipotens dederat, studia in contraria vertunt.

Idcircone, togo, speculatrix pupula molli
 Subdita palpêbræ est, ut turpia semivirorum

Membra rheatriali spectet vertigine ferri, 310

Incestans miseros foedo oblectamine visus?

Aut ideo spirant, mediâque ex arce cerêbri

Demittunt geminas sociata foramina nares,

Ur bibat inlecebras malè conciliata voluptas,

Quas pigmentato merctrix jacit inptoba crinè? 315

Num propter lyricæ modulamina vana puellæ,

Nervotumque sonos, & convivale calentis

Carmen nequitix, patulas Deus addidit aures?

Perque cavernosos jussit penetrare meatus

Vocis iter? numquid madido sapor inditus ori 320

Vivit ob hanc causam, medicata ut fercula pigram

Ingluviem vegetamque gulam ganeonis inescent?

Per varios gustus instructa ut prandia ducat

In noctem, lassèque gravem sua crapula ventrem?

Quid durum, quid molle foret, quid iene, quid
 horrens, 325

Quid calidum gelidumve, Deus cognoscere nosmet

Attactu voluit, palpandi interprete sensu.

Ar nos delicias plumarum, & linea texta

Sternimus, atque cutem fulcro attenuante polimus.

Felix, qui indultis potuit mediocriter uti 330

Muneribus, parcumque modum servare fruendi!

Quem locuples mundi species, & amœna venustas,

Er nitidis fallens circumflua copia rebus

Non capit, ut puerum, nec inepto addicit amor:

Qui sub adumbratâ dulcedine triste venenum 335

Deprendit latitare boni mendacis operto.

Sed fuit id quondam nobis sanctumq; bonumq;
 Principio rerum, Christus cum conderet orbem.

Vidit

Vidit enim Deus esse bonum, aut ipse Moyses
 Historicus mundi nascentis testificatus. 340
 Vidit, ait, Deus esse bonum, quodcumque creavit.
 Hoc sequar : hoc stabili conceptum mente tenebo:
 Inspirante Deo quod sanctus vaticinator
 Prodidit antiquæ recolens primordia lucis,
 Esse bonum quidquid Deus & Sapiencia fecit. 345
 Conditor ergo boni Pater est, & cum Patre Christus.
 Nam Deus, atque Deus Pater, est & Filius unum:
 Quippe unum natura facit, quæ constat utrique
 Una voluntatis, juris, virtutis, amoris.
 Non tamen idcirco duo Numina, nec duo rerum 350
 Artifices : quoniam generis dissensio nulla est.
 Atque ideo nulla est operis distantia, nulla
 Ingenii. peperit bona omnia conditor unus.
 Nil luteum de fonte fluit, nec turbidus humor
 Nascitur, aut primæ violatur origine venæ : 355
 Sed dum liventes liquor incorruptus liarenas
 Prælambit, putrefacta inter contagia sordet.
 Numquid equus, ferrum, taurus, leo, funis, olivum,
 In se vim sceleris, cum forniarentur, habebant ?
 Quod jugulatut homo non ferrum causa furoris, 360
 Sed manus est : nec equum vafania fervida Circi
 Austotem levitatis habet, rabidive fragoris.
 Mens vulgi rationis inops, non cursus equorum,
 Perfutit : infami studio perit utile donum.
 Sic Lacedæmonias oleo maduisse palæstras 365
 Novimus, & placidum servire ad crimina fucum.
 Inde per aërium pendens audacia funem,
 Aetna securis scandit profcænia plantis.
 Inde feras volucti temetaria corpora saltu
 Transiliunt, mortisque inter discrimina ludunt. 370
 Sanguinis humani spectacula publicus edit
 Consensus, legesque jubent venale parari
 Supplicium, quo membrâ hominum discerpta
 cruentis

Mores, oblectamenta, & funcre plebem.
 Mille alia stolidi bacchantia gaudia mundi 375
 Percensere piget: quæ veri oblita Tonantis
 Humanum miserisvolvunt erroribus ævum.
 Nemo animum summi memorem Genitoris in al-
 Excitat: ad cælum mirtituspispiria nemo: (rum
 Nec, recolens apicem solii natalis, ad ipsum 380
 Respicit auctorem; nec spem super aëra librat:
 Sed mentem, gravidis contentam stertere curis,
 Indigno subdit domino, perituraque pronus
 Diligit, & curvo quatrit terrestria sensu.
 Hoc pulchrum, quod terra parit, quod gloria con-
 fert 385
 Lubrica; commendat quod perniciofa voluptas;
 Quod, velut excitus diffiatio pulvere ventus,
 Præterit; exemplo tenuis quod transvolat umbræ.
 His agras animas morborum pestibus urguet
 Prædo potens: tacitis quem viribus interfusum 390
 Corda bibunt hominum. ferit ille medullitus omnes
 Nequitias, spargitque suos per membra ministros.
 Namque illic numerosa cohors sub principe tali
 Militat, horrendisque animas circumfidet armis:
 Ira, superstirio, mœror, discordia, luxus, 495
 Sanguinis atra sitis, vini sitis, & sitis auri,
 Livor, adulterium, dolus, obtreçtatio, furtum,
 Informes horrent facies habituque minaces:
 Ambitio ventosa tumet: doctrina superbit:
 Personat eloquium: nodos fraus abdita nectit. 400
 Inde canina foro larrat facundia toto.
 Hinc gerit Herculeam vilis sapientia clavam,
 Ostentatque suos vicatium gymnosophistas.
 Incerat lapides fumosos idololatriæ
 Relligio, & surdis pallens advolvitur aris. 405
 Heu quantis mortale genus premit improbus ho-
 Armigeris! quanto scirata satellire ductor (stis
 Bella gerit: quantâ victos dicione triumphat!
 Surgit

Surgit in auxilium Chananeus, atque agmina denset
 Castide terribilis; satarum pondera mento 410
 Concutiens, dextramq; gravi cum cuspidè quasians.
 Ast aliâ de parte furens exercitus ardet
 Regis Amorrhæi: tum milia Gergeseorum
 Effundunt aciem toto volitantia campo:
 Eminus hi feriunt, configunt comminus illi. 415
 Ecce Jebusaicæ fervent ad prælia turmæ:
 Aurea tela quibus, de sanguine tincta draconis,
 Mortifero splendore micant, radiantque, necant-
 Necnon terrificas pilis armare catervas (que:
 Te, Cettæ, juvat: sed gens Pherezæa sagittis 420
 Insultat virtute pari, sed dispare ferro.
 Postremum cuneum Rex promovet Evæorum,
 Squamosum thoraca gerens de pelle colûbri.
 His subnixæ viris scelerum perversa potestas
 Edomat invalidas mentes: quæ simplicitate 425
 Indociles, bellique rudes sub fœdere falso
 Tristis amicitia primùm sociæ agmina credunt,
 Maminoneamque fidem pacis sub amore sequuntur.
 Mox faciles ad vincula rapi, jugæ dura volentes
 Addictis subeunt cervicibus, & nebulonum 430
 Spirituum jussis servire ferocibus optant.
 Ille, supervacuis augens patrimonia fundis,
 Finitimisque inhians contemto limite agellis,
 Ducitur innexus manicis, & mille catenis
 Ante triumphales currus post terga revinctus, 435
 Nec se barbaricis addictum sentit habenis:
 Hic, qui ventosæ scandit fastigia famæ,
 Inflaturque cavo pompæ popularis honore,
 Qui summum solidumq; bonum putat, ambitionis
 Crescere successu, præconum voce trementes 440
 Exanimare reos, miserorum in corpora fasces
 Frangere, terribiles legum exercere secures,
 In laqueum jam colla dedit, jam compede durâ
 Nequitur, & pedibus servilia vincula limat.

Creone captivi mortales, hostica quos jam 445
 Damnatos cohibent ergastula, quos famulatu
 Pœnarum virtus non intellecta coërcet.
 Hæc illa est Babylon, hæc transnigratio nostræ
 Gentis, & horribilis victoria Principis Assur :
 Carmine luctifico quam deflens Hieremias, 450
 Orbatam propriis ululavit civibus utbem.
 Num latet, aut dubium est, animas de semine Jacob
 Exsilium gentile pati : quas Persica regna
 Captivas retinent, atque in sua fœdera cogunt ?
 Illic natali desuescunt vivere ritu, 455
 Moribus & patriis exuta in barbara jura
 Degenerant, linguamq; novam vestemq; sequuntur,
 Deque profanato discunt sordescere cultu,
 Nutricemque abolent petulanti è pectore Sion.
 Jam patriæ meminisse piget : jam mystica fran-
 gunt 460
 Organa, & externi laudant anathemata regni.
 Nonne fuit melius sævum Memphitidis aula
 Imperium tolerasse patres, penitusque sinistris
 Adsedisse focus ? positos Pharaonis iniqui
 Sub pedibus, limo & paleis servire paratos, 465
 Carnis & inmodicæ spurco rictamine ctudos ?
 Quò tantum auxilii per prodigialia signa
 Effudit Dominus, populum dum fortè rebellem
 Servat ope inmetitâ, vinclis dum subdita colla
 Solvit, & Ægyptum virgâ serpente coërcet ? 470
 Quid juvat æquoreum pelago cedente profundum
 Pulverea calcasse viâ : cum conscia nunti
 Saxa sub ignoto patuerunt prodita celo ?
 Aruit & medio sitiens in gurgite limus ?
 Si victor virtute Dei, mediasque tenêbras 475
 Luce columnari scindens exercitus olim,
 Perdedit inventi vallem botryonis opimam ?
 Si nescit versare solum, cui melle perenni
 Glæba fluens niveos permiscet lactea rivos ?

Si domitam Jericon libere canoro 30

Rursus in antiquos patitur consurgere muros?

Si ripis refluvi Jordanis pellitur, & jam

Deserit adscribam diuensa in jugera sortem?

Denique si structam tantis sudoribus urbem,

Et quæ nubigenas transcendunt culmina nimbos, 435

Defensare nequit? si nescit, quis lapis ille est

Hostibus obsistens, ut inexpugnabile turris

Præsidium, quem non arâto machina rostro

Arictat insiliens, nec ferrea verbera quassant?

Angulus hic portæ in capite est: hic continet

omnem

490

Saxorum seriem, constructaque limina firmat:

Quem qui rite suis per propugnacula muris

Noverit insertum, seque ac sua moenia vallo

Præcingat triplici, celsâ stans eminus arce

Fretus amore petrae, castis & pervigil armis; 495

Non illum Regina Tyri, non accola magni

Euphratis Parrhus rapiet, non decolor Indus

Tempora pinnatis redimitus nigra sagittis.

Quin, si fulmineos cogens ad bella Gigantas

Allophylus tua castra velit delere tyrannus, 500

Tutus eris: nec te firmâ statione movebir

Ipsè Charon mundi, Numen Marcionis: ipse,

Qui regit aërio vanas sub Sole tenèbras.

Nam vanum, quidquid Sol adspicit: ex elementis

Cuncta solubilibus fluxoq; creamine constant. 505

Fallo, creaturam nisi doctor Apostolus omnem

Subjectam vanis non sponte laboribus orsus,

Perjuro ingemunt miserans servire latroni.

Errat, ait, qui luctamen cum sanguine uobis,

Et carne, & venis ferventibus, & vitioso 510

Felle putat; calidisque animam peccare medullis.

Non mentem sua membra premunt, nec terrea vit-

Oppugnat sensus liquidos, bellove laceffit: (tus,

Sed cum spiritibus tenebrosis nocte dieque

Con.

Co~~...~~imur: quoniam matibus humidus iste, 515
 Et pigris densus nebulis obtemperat aër.
 Scilicet hoc medium, cælum iuter & infima terræ,
 Quod patet, & vacuo nubes suspendit hiatu,
 Frena potestatum variarum sustinet, ac sub
 Principe Beliâ rectoribus horret iniquis. 520
 His conluctamur prædonibus, ut sacra nobis
 Oris Apostolici testis sententia prodit.
 Nemo habitum naturæ, aut inritamina peccans
 Corporis accuset: facile est frenare rebelles
 Adfectus carnis, nimiosque retundere pulsus 525
 Materix fragilis, & viscera victa domare.
 Quippe animus longè præstantior, utpote summo
 Æthere demissus, subjectos si velit artus
 Imperio quassare gravi, jussisque severis
 Dedere; regnanti domino vis nulla resistet. 530
 Major inest vis illa homini, quæ flatile virus
 Ingerit, & tenuem tenui ferit aère mentem.
 Parthica non æquè ventos transcurrit harundo:
 Cujus iter nullus potis est comprehendere visus:
 Præpes enim, volucres dum pinnis transvolat au-
 ras, 535
 Improvisa venit; nec stridor nuntiat ante
 Adventum leti, quàm pectoris abdita rumpat,
 Securam penetrans medicato vulnere vitam.
 Sed magis aligera est, magis & medicata sagitta,
 Quam jacet umbrosi dominatio lubrica mundi, 540
 Eludens excussa oculos, calamique volantis
 Præpete transcurfu cordis penetralia figens.
 Nec segnis natura animæ est, aut cautus cavendi
 Vuineris: ignitum quoniam Deus indidit olli
 Ingenium; purum, sapiens, subtile, serenum, 545
 Mobile, sollicitum, velox, agitabile, acutum:
 Factorem modò casta suum veneretur, & ipsi
 Militet, ac victum proculcet sobria mundum:
 Nil de pestiferis opibus, aut falsificatis

Terrarum spoliis stulto oblectamine libans, 550

Nec sub face jacens, alieno & dedita regno,

Non queat argutas hostis vitare sagittas.

Sed quid ego omne malum mundique hominumque maligni

Hostis ad invidiam detorqueo? cum mala nostra,

Ex nostris concreta animis, genus & caput & vim, 555

Quid sint, quid valeant, sumant de corde parenti?

Ille quidem fomes nostrorum & causa malorum est.

Sed tantum turbare potest aut fallere, quantum

Nos volumus; qui decrepito suggesta leoni

Armamenta damus. friget fera futile frendens, 560

Humani generis ni per suffragia gliscat.

Gignimus omne malum proprio de corpore nostrum:

Ut genuit David, alias pater optimus, unum

Crimen Abessalon: tatum pater ille, sed unum

Innocuas inter suboles genuit patricidam: 565

Ausus in auctorem generis qui stringere ferrum.

Ah pietas! signis contraria signa paternis

Egit, & unius commisit sanguinis arma.

Nostra itidem diros urente propagine natos

Pectora parturiunt: versis qui protinus in nos 570

Morsibus insuescunt gignentium vivere poenis:

Depopulantur enim nimium secunda parentum

Viscera, & interitu genitalis stirpis aluntur.

Progeniem verum ille suam, Rex utpote summus,

Atque Dei vates, pariturae & virginis auctor, 575

Tristibus atque piis variaverat, ut Solomonis

Frater Abessalon sereret sua crimina justis

Pigneribus, dulcemque domum turbaret amaris.

Nos dignum Solomone nihil: nos degener inplet

Solus Abessalon, lacerans pia viscera ferro. 580

Si licet ex ethicis quidquam praesumere, vel si

De physicis exempli aliquid: sic vipera, ut aiunt,

Denti-

Dentibus emoritur fux per viscera prolis.

Mater morte suâ non sexu fertilis, aur de

Concubitu distenta uterum, sed cum calet igni 585

Percita femineo, morituum obscæna maritum

Ore fitit patulo: caput inferit ille trilingue

Conjugis in fauces, atque oscula fervidus intrat,

Insinuans oris coitu genitale venenum.

Nubta, voluptatis vi faucia, mordicus haustum 690

Frangit amatoris blanda inter fœdera guttur;

Infusasque bibit, caro pereunte, salivas.

His pater inlecebris consumitur, at genetricem

Clausâ necat suboles: nam postquam semine adulto

Ineipiunt calidis corpuscula parva latêbris 595

Serpere, motatumque uterum vibrata ferire:

Æstuat interno pietatis crimine mater,

Carnificemque gemit damnati conscia sexûs

Progeniem, læpti rumpentem obstacula partûs.

Nam, quia nascendi nullus patet exitus, alvus 600

Fatibus in lucem nitentibus excruciatâ

Carpitur, atque viam lacerata per ilia pandit.

Tandem obitu altricis prodit grex ille dolorum,

Ingressum vitæ vix eluctatus, & ortum

Per scelus exculpens. lambunt natale cadaver 605

Reptantes catuli, proles dum nascitur orba;

Haud experta diem, miseræ nisi postuma matris.

Non dispar nostræ conceptus mentis: ab ore

Vipereo infusum sic conbibit illa venenum

Conjuge Beliade: sic oscula devorat haustu, 610

Interiusque rapit: sic felle ~~libidinis~~

Inpletur vitiis, perituro mixta marito.

Tunc prægnans letale genus, concepta maligni

Fert opera ingenii, de semine complicitis hydri:

Quem pœnis pensare prius sua facta necesse est 615

Corruptæ pro stupro animæ, proque orbe peremto.

Ipsam porro animam crudelia vulnera carpunt

Mille puerperiis, suboles dum parturit ex se

Contra

Contra naturam genitas, peccamina crebra
Scilicet, & partos materno funere natos. 620

Nunc illa est Domini iusta objurgatio Christi.

Nonne pater dæmon, vos increpo peccatores,

Concubitu carnis semen sitientis iniquum

Vos genuit? sanctum, lector, percense volumen:

Quod loquor, inuenies Dominum dixisse profa-
nis 625

Vera objectantem mortalibus. Ex Patre nam vos

Esse meo genitos, pietas, ait, ipsa probaret,

Ac pietatis opus. prò cæca libido! quid hoc est?

Quòd, cùm se thalamis desponsam Mens Bona iustis

Noverit, inque torum Regis nuptura vocetur, 630

Et Regis semper juvenis, senioque repulso

Divinum decus æterno servantis in ore,

Malit adulterium; fulvo & se munere vilem

Vendat nocticolæ spurcis complexibus Indi,

Aspernata Dei fusam per virginis artus 635

Progeniem, dulcesque vocans in fornice natos?

Sentio, quam contra moveat pellacia, litem:

Quo dente obnitens spinosa calumnia pugnet,

Nosque lacescito vocet ad luctamina vero.

Si non vult Dens esse malum, cur non vetat? in-
quit. 640

Nil refert auctor fuerit factorque malorum.

Anne opera in vitium sceleris pulcherrima verti,

Cùm possit prohibere, sinat? quòd si velit omnes

Innocuos agere Omnipotens, nec sancta voluntas

Degeneret, factio nec se manus inquinat ullo. 645

Condant ergo matrem Dominus, quod spectat ab
alto,

Et patitur, fierique probat, tamquam ipse creatit.

Ipsè creavit enim, quod, cùm discludere possit,

Non abolet, longoque finit grassarier usu.

Damna aures, Pater alme, meas, & claude mea-
tus 650

Obiit, crescentis capite, per via tales
 Concipias flexura sonos. est perdere tanti
 Exstinctum vitæ officium de parte cerébri.
 Immunem modo sese anima expertemque nefandi
 Auditus felix stolidâ conseruet ab aure. 655
 Quis ferat hæc injecta Deo convicia, qui se
 Divinis meminit præcellere nobilitatum
 Muneribus? multa ut taceam, vel sola benignum
 Res probat esse Deum, vetiti quod amore peremptos
 Excitat è tumultis homines, regnique per ævum 660
 Participes jubet esse sui: qui, si foret auctor
 Servatorque mali, nunquam post damna salutis,
 Peccantumque obitus, redivivam ferre medelam
 Vellet, & amissos ope restaurare secundâ.
 Labi hominis, servare Dei est. meritis perit iste: 665
 Ille abolet percuntis opus, meritumque resolvit.
 Argumentum ingens, Dominum, qui talia præstet,
 Nolle malum, nec, quod post abluit, antè probare.
 Invitone aliquis potis est peccare Tonante:
 Cui facile est in corde hominis componere sen-
 sus, 670
 Quos libeat, fibrasque omnes animare pudicis
 Pulsibus, & totum venis infundere honestum?
 Nescis, stulte, tuæ vim libertatis ab ipso
 Formatore datam? nescis, ab origine quanta
 Sit concessa tibi famulo super orbe potestas, 675
 Et super ingenio proprio, laxaque soluto
 Jure voluntatis: liceat cui velle sequique,
 Quod placitum, nulliq; animum subjungere vinclo?
 An cum te dominum cunctis, præcipue, servat,
 Præficeret; mundumque tuis servire juberet 680
 Imperiis; cumque arva, polum, mare, flumina, ventos
 Dederet, arbitrium de te tibi credere avarus
 Nollet, ut indigno, libertatemque negaret?
 Quale erat, electus magni Rex orbis ut esset,
 Non Rex ipse sui, curto fœdatus honore? 685

Nam quis honos donis ~~quis~~ mensura
non est;

Una sed inpositæ servit sententia legi?

Quæ laus porro hominis, vel quod meritum, sine
certo

Inter utramque viam discrimine vivere justè?

Non fit sponte bonus, cui non est prompta pote-
stas 690

Velle aliud, flexosque animi convertere sensus.

Atqui nec bonus est, nec conlaudabilis ille,

Qui non sponte bonus: quoniam probitate coactâ

Gloria nulla venit, sordetque ingloria virtus.

Nec tamen est virtus, ni deteriora refutans 695

Emicet, & meliorem viam petat indole rectam.

Vade, ait ipse parens opifexque & conditor Adæ:

Vade, homo, & ad flatu nostri prænobilis oris:

Insubjecte, potens, rerum arbiter, arbiter idem

Et iudex mentis propriæ: mihi subdere soli 700

Sponte tuâ, quò sit subjectio & ipsa soluto

Libera iudicio. non cogo, nec exigo per vim:

Sed monco, injustum fugias, justumque sequaris.

Lux comes est iusti: comes est nox horrida iniqui,

Elige rem vitæ, tua virtus temet in ævum 705

Provehat, æternum tua damnet culpa vicissim,

Præstet & alterutram permissâ licentia sortem.

Hac pietate vagus, & tanto munere abundans,

Transit propositum fas, & letalia prudens

Eligit: atque volens illud magis utile retur, 710

Quod, prohibente Deo, persuasit callidus anguis.

~~Permittit certe~~ non impulit acri

Imperio. hoc mulier rea criminis exprobranti

Respondit Domino: suadelis se malefabris

Inlectam, suasisse viro: vit & ipse libenter 715

Conseussit. licuitne hortantem spernere recti

Libertate animi? licuit. namque & Deus antè

Suaferat, ut meliora volens sequeretur: at ille

Spei consilium credidit hosti.

Nunc inter vitæ dominum, mortisque magi-
strum

726

Consistit medius: vocat hinc Deus, inde tyrannus
Ambiguam, atque suis se motibus alternantem.

Accipe gestarum monumenta insignia rerum:

Prælusit quibus historia spectabile signum.

Loth fugiens Sodomis ardentibus, omnia secum 725

Fignera cara domûs properabat, sede relicta,

Nubibus urbi cremis subducere: sulphure cum jam

Nimbofo ignitus calum subtexeret aër,

Flagrantemque diem crepitans incenderet imber.

Angelus hanc hospes legem præscribserat ollis, 730

Emissus virtute Dei, sub imagine duplâ:

Omnis ut è portis iret domus, atque in apertum

Dirigeret constans oculos, nec ponè reflexo

Lumine regnantes per mœnia cerneret ignes.

Nemo memor Sodomæ, quæ mundi forma cre-
mandi est,

735

Ut semel è muris gressum promoverit, ore

Post tergum verso, respectet funera rerum.

Loth monitis sapiens obtemperat: at levis uxor

Mobilitate animi, torsit muliebri retrorsus

Ingenium, Sodomisque suis revocabilis hæsit. 740

Traxerat Heva virum diræ ad consortia culpæ;

Hæc peccans sibi sola perit; solidata metallo

Dirigit fragili; saxumque liquabile facta

Stat mulier, sicut steterat prius, omnia servans,

Caute sigillati longum salis effigiata,

745

Et decus, & cultum, frontemque, et utroque, co-
mamque,

Et flexam in tergum faciem, paullumque relata

Menta retro, antiquæ monumenta rigentia noxæ.

Liquitur illa quidem falsis sudoribus uda:

Sed nulla ex fluido plenæ dispendia formæ

750

Sentit deliquio: quantumque armenta saporum

Atte-

Attenuant saxum, tantumque ambientibus humor
Sufficit, attritamque cutem per damna reformat.

Hoc meruit titulo peccatrix femina listi,

Infirmum fluidumque animum per lubrica sol-
vens 755

Consilia, & fragilis iussa ad caelestia voti.

Propositum contra non commutabile servat

Loth ingressus iter, nec moenia respicit, alto

In cinerem conlapsa rogo, populumque perustum:

Et mores populi, tabularia, jura, forumque, 760

Balnea, propolas, meritoria, templa, theatra,

Et Circum cum plebe sua, madidasque popinas.

Quidquid agunt homines, Sodomorum incendia
iustis

Ignibus involvunt, & Christo iudice damnant.

Hæc fugisse semel satis est. non respicit ultra 765

Loth noster: fragilis sed conjunx respicit, & quæ

Fugerat, inverso mutabilis ore revisit;

Atque intet patrias perstat durata favillas.

En tibi signatum libertatis documentum:

Quo voluit nos scire Deus, quodcumque sequen-
dum est, 770

Sub nostrâ ditione situm, passimque remissum,

Alterutram calcare viam. duo cedere iussi

De Sodomis: alter se proripit, altera mussat.

Ille gradum celerat fugiens; contra illa renutat.

Liber utrique animus: sed dispar utrique volun-
tas. 775

~~Dividit huc illuc rariens sua quemque libido.~~

Talem multa lacris speciem notat orbita libris.

Adspice Ruth gentis Moabitidis, & simul Orphau:

Illa socrum Noëmin fido comitatur amore,

Deserit hæc. atquin thalamis & lege jugali 780

Exuta, Hebraisq; toris sacrisq; vacantes,

Jure fruebantur proprio. sed pristinus Orpha

Fanorum ritus præputia barbara suasit

Malle, & semiferi stirpem nutrire Golia:
 Ruth, dum per stipulas agresti amburitur aestu, 783
 Fulcra Booz meruit, castoque adscita cubili
 Christigenam fecunda domum Davidica regna
 Edidit, atque Deo mortales miscuit ortus.
 Sæpe egomet memini fratres geminos ad hiulcum
 Pervenisse simul bivium, nutante juventâ; 790
 Et dubitasse diu, bifido sub tramite, quodnam
 Esset iter melius: cum dextrum spinca silva
 Sentibus artaret, scopulosaque semita longè
 Duceret ærium clivoso margine callem:
 At lævum, nemus umbriferum per amœna vite-
 cta 795

Ditibus ornaret pomis, & lenè jacentem
 Planities daret ampla viam: squalentibus unum
 Contentum spinis reptasse per ardua saxa;
 Porro alium campo sese indulisse sinistro:
 Illum sideribus caput immiscere propinquis; 800
 Hunc in cœnoscas subito cecidisse paludes.
 Omnibus una subest natura: sed exitus omnes
 Non unus peragit, placitorum segrege formâ.
 Haud secus, ac si olim per sudum lactea fortè
 Labsa columbarum nubes descendat in arvum 805
 Ruris frugiferi, laqueos ubi callidus aucups
 Prætendit, lentoque inlevit vimina visco;
 Sparsit & insidias siliquis vel farre doloso:
 Inliciunt alias fallentia grana, gulamque
 Innectunt avidam tortæ retinacula saxæ, 810
 Molle vel implicitas glutæ.
 Ast aliæ, quas nullus amor prolectat edendi,
 Gressibus innocuis sterili spatiantur in herbâ,
 Suspectamque cavent oculos convertere ad escam.
 Mox, ubi jam cælo revolandum, pars petit æ-
 thram 815

Libera fideream, plaudens super aëra pennis:
 Pars captiva jacet, laceris & faucibus plumis

Pugnat humi, & volucres inlequequam
auras.

Sic animas cæli de fontibus unicoloras
Infundit natura solo: sed suavibus istis 820
Devinctæ inlecebris retinentur, & æthera pauca
Conscendunt reduces: multas viscosus inescat
Pallus, & ad superas percurrere non sinit auras.

Præsciis inde Pater liventia Tartara plumbo
Incendit liquido, piceasque bitumine fossas 825
Infernalis aquæ furvo subfodit Averno,
Et Phlegethontæo sub gurgite sanxit edaces
Perpetuis scelerum pœnis inolescere vermes.
Norat enim, flatu ex proprio vegetamen inesse
Corporibus nostris, animamque ex ore perenni 830
Formatam non posse mori: non posse vicissim
Pollutam vitiis sursum ad convexa reverti,
Mersandam penitus puteo ferventis abyssi.
Vermibus & flammis & discruciatibus ævum
Inmortale dedit; senio ne pœna periret, 835
Non pereunte animâ. catpunt tormenta, foventque
Materiem sine fine datam. mors deserit ipsa
Æternos gemitus, & flentes vivere cogit.

At diversa procul regionibus in paradisi
Præmia constituit majestas gnara futuri 840
Spiritus puris, & ab omni labe remotis;
Quique Gomorræas non respexere ruinas:
Aversis sed rite oculis post terga tenêbras
Liquerunt miseri properanda pericula mundi,
Ac primum facili referuntur ad astra volatu: 845
Unde nectus animæ fructum vegetaverat Adam.
Nam, quia naturam tenuem declivia vitæ
Pondera non reprimunt, nec tardat ferrea conpes,
Concretum celeri relcgens secat aëra lapsu,
Exsuperatque polum fervens scintilla remen-
sum, 850
Carcereos exosa situs, quibus hæserat exsul.

Tullius ostlininio redemptum suscipit alto
 Cana Fides gremio, tenerisque oblectat alumnam
 Deliciis, multos post divorforia carnis
 Ore renarrantem querulo, quos passa, labo-
 res.

855

Illic purpureo latus exporrecta cubili,
 Floribus æternis spirantes libat odores,
 Ambrosiumque bibit roseo de stramine rorem.
 Ditibus, & longo fumantibus intervallo,
 Fluminaque & totos cæli sitientibus umbres 860
 Inplorata negat digitum insertare palato,
 Flammarumque apices lumentis extinguere tactu:
 Nec mirère, locis longè distantibus inter
 Damnatas justasque animas concurrere visus
 Conspicuos, meritasque vices per magna notari 865
 Intervalla, polus medio quæ dividit orbe.
 Errat, quisque animas nostrorum sine oculorum
 Æstimat; involvit vitreo quos lucida palla
 Obice: quis speculum concreta coagula texunt,
 Inpediuntque vagas obducto humore fenestras. 870
 Numne animarum oculis denso vegetamine guttæ
 Volvuntur teretes? aut palpèbralibus extra
 Hortescunt satis, ciliove umbrante teguntur?
 Illis viva acies, & pupula parva, sed ignis
 Trajector nebulae, vasti & penetrator operi est. 875
 Nil ferrugineum solidumve tuentibus obstat.
 Nocturnæ cedunt nebulae: nigrantia cedunt
 Nubila: prætenti cedit teres area mundi.
 Nec tantum ærios visu transmittit hiatus
 Spiritus: oppositos sed transtulit montes, 880
 Oceani fines, atque ultima litora Thulæ
 Transadigit, volucresque oculos in Tartata mittit.
 Nostris nempe omnes pereunt sub nocte colores
 Visibus, & cæco delentur tempore formæ.
 Numquid & exuti in membris ac viscere perdunt 885
 Agnitione notas rerum, vel gressibus errant?

Una

Una animas semper faciēs madet, & color unius
 Aëris, ut cuique est meritorum summa, sinistri
 seu dextri: alternas nec commutabile tempus
 Convertit variatque vices: longum atque peren-
 ne est, 890

Quidquid id est: unus volvit sua facula cursus.
 Expertus dubitas animas percurrere visu
 Abdita corporeis oculis; cum saepe quietis
 Rore soporatis cernat mens viva remotos
 Distantesque locos; aciem per rura, per astra, 895
 Per maria intendens: nec enim se segregat ipsa
 Ante obitum vivis ex artibus, aut fugit exsil
 Sanguinis & carnis penetralia, seque medullis
 Exiit, abductamve abigit de pectore vitam:
 Viscerèâ sed sede manens speculatur acutis 900
 Omnia luminibus, & quâ circumtulit aciem
 Naturæ levis intuitum, nullo obiice rerum
 Disclusa ante oculos subjectum prospicit orbem,
 Atque orbis sub mole situm sordens elementum.
 Objacet intereâ tellus, nec visibus obstat. 905

Quin, si stelligerum vultus convertar ad axem,
 Nil intercurrentis obtutibus, impedit ignem
 Pervigilis animæ: quamvis densæta graventur
 Nubila, & opposito nigrescat vellere cælum.

Sic arcana videt tacitis cooperta futuris 910
 Corporeus Johannis adhuc, nec carne solutus,
 Munere sed somni, paulisper carne sequestrâ
 Liber ad intuitum, sensuque oculisque peragrans
~~ordine dispositos venturis Solibus annos.~~

Proclivum videt Angelicum, jam jamque ere-
 mandi 915

Orbis in excidium, raucos & percipit anre
 Mugitus gravium mundi sub sine tubarum.
 Hæc ille ante obitum, membrorum carcere factus,
 Seecedente animâ, non discedente, videbat.
 Nonne magis flatus sine corpore cuncta notabit, 920

Cunctis involucris circumfrigente repostis ?
 Certa fides, rapidos subternâ nocte caminos,
 Qui pollutam animam per sacula longa perenni,
 Igne coquant, oculis longuin per inane remoti
 Pauperis expositos, nec secius aurea dona 925
 Justorum dirimente Chao, rutilasque coronas
 Eminus ostendi pœnarum carcere mersis.
 Hinc Paradificolæ post ulcera dira beato
 Proditur infelix, ululans in peste reatûs,
 Spiritus: inque vicem meritorum mutua cer-
 nunt. 930

O Dee cunctiparens, animæ dator, ô Dee
 Christe,

Cujus ab ore Deus subsistit Spiritus unus :
 Te moderante regor, te vitam principe duco,
 Judice te pallens trepido, te judice eodem
 Spem capio, fore, quidquid ago, veniabile apud
 te; 935

Quamlibet indignum veniâ faciamque loquarque.
 Confiteor, (dimitte libens, & parce fatenti)
 Omne malum merui: sed tu bonus arbiter aufer,
 Quod merui: meliora favens largire precanti
 Dona animæ quandoque inæ; cùm corporis hu-
 jus 940

Liquerit hospitium, nervis, cute, sanguine, felle,
 Ossibus exstructum, corrupta quod incola luxu,
 Heu nimium complexa fovet: cùm flebilis hora
 Clauserit hos orbes, & conclamata jacebit
 Materies, oculisque suis mens nuda fruetur: 945
 Ne cernat truculentum ~~anq~~ ne gente latio-
 num,

Inmitem, rabidum, vultuque & voce minaci
 Terribilem: qui me maculosum aspergine morum
 In præcep, ut prædo, trahat, nigrisque ruentem
 Inmergat specubus, cuncta exacturns, adusque 950
 Quadrantem minimum, damnosæ debita vitæ.

Multa

Multa in thesauris Patris habitatio, Ch.
 Disparibus discreta locis. non posco beatâ
 In regione domum: sint illic casta virorum
 Agmina, pulvereum quæ dedignantia censum 955
 Divitias pctiere tuas: sit flore perenni
 Candida virginitas, animum castrata recisum.
 At mihi Tartarei satis est si nulla ministri
 Occurrat facies, avidæ nec flamma Gehennæ
 Devoret hanc animam, mersam fornacibus imis. 960
 Esto: caverthoso, quia sic pro labe necesse est
 Corporeâ, tristis me sorbeat ignis Averno:
 Saltem mitificos incendia lenta vapores
 Exhalent, æstuque calor languente tepescat.
 Lux inmensa alios, & tempora vineta coronis 965
 Glorificent: me poena levis clementer adurat.





AURELII PRUDENTII
 CLEMENTIS
 IN PSYCHOMACHIAM
 PRÆFATIO.



Enex fidelis, prima credendi via,
 Abram, beati seminis serus pater,
 Adjecta cujus nomen auxit syllaba,
 Abram parenti dictus, Abraham Deo;
 Senile pignus qui dicavit victima, 5
 Docens, ad aram cum litare quis velit,

Quod dulce cordi, quod pium, quod unicum,
 Deo libenter offerendum credito;
 Pugnare nosmet cum profanis gentibus
 Suasit, suumque suasor exemplum dedit: 10
 Nec antè prolem conjugalem gignere,
 Deo placentem, matre Virtute editam,
 Quàm strage multâ bellicosus spiritus
 Portenta cordis servientis vicerit.

Victum, feroces fortè Reges ceperant 15
 Loth, immorantem criminosis urbibus
 Sodomaë & Gomorra: quæ
 Pollens honore patruelis gloria.
 Abram, sinistris excitatus nuntiis,
 Audit propinquum sorte captum bellicâ, 20
 Servire duris barbarorum vinculis:
 Armat trecentos terque senos vernulas,
 Pergant ut hostis terga euntis & dere;

Quem

Quem gaza dives ac triumphus nobilis
Captis tenebant impeditum copiis.

23

• Quin ipse ferrum stringit, & plenus Deo
Reges superbos mole prædarum graves
Pellit fugatos, fauciatos proterit,
Frangit catenas, & rapinam liberat :
Aurum, puellas, parvulos, monilia,
Greges equarum, vasa, vestem, buculas.
Loth ipse ruptis expeditus nexibus
Adtrita bacis colla liber erigit.

30

Abram triumpho dissipator hostici
Redit receptâ prole fratris inclitus ;
Ne quam fidelis sanguinis profapiam
Vis pessimorum possideret Principum.

35

Adhuc recentem cæde de tantâ virum
Donat sacerdos ferculis cælestibus :
Dei sacerdos, Rex & idem præpotens ;
[Origo cujus fonte inenarrabili
Secreta nullum prodit auctorem sui :]
Melchisedec, quâ stirpe, quis majoribus,
Ignotus, uni cognitus tantum Deo.

40

Mox & triformis Angelorum trinitas
Senis revisit hospitis inapalia.
Et jam viêtam Sarra in alvum fertilis
Munus juventæ mater exsanguis stupet,
Herede gaudens, & cachinni pœnitens.

45

Hæc ad figuram prænotata est linea,
Quam nostra recto vita resculpat pede :
Vigilandum in armis rectorum fidelium,
Quæ captæ fœdæ serviat libidini,
Domi coactis liberandam viribus
Nos esse largè vernularum divites,
Si quid trecenti, bis novenis additis,
Pòssint, figurâ noverimus mysticâ.

50

55

Mox ipse Christus, qui sacerdos verus est,

. natus alto & ineffabili, 60
 Cibum beatis offerens victoribus,
 Parvam pudici cordis intrabit casam,
 Monstrans honorem Trinitatis hospita.
 Animam deinde spiritûs complexibus
 Piè maritam, prolis expertem diu, 65
 Faciet perenni fertilem de semine.
 Tunc sera dotem possidens pucrpera,
 Herede digno patris inplebit domum.

AURELII PRUDENTII

CLEMENTIS

PSYCHOMACHIA.

CHriste, graves hominum semper miserate labo-
 Qui patriâ virtute cluis propriâque, sed unâ, (res,
 (Unum namq; Deum colimus de nomine utroque:
 Non tamen & solum, quia tu Deus ex Patre, Christe)
 Differe Rex noster, quo milite pellere culpas 5
 Mens armata queat nostri de pectoris antro:
 Exoritur quotiens turbatis sensibus intus
 Seditio, atque animam morborum rixa fatigat,
 Quod tunc præsidium pro libertate tuendâ,
 Quæve acies furiis inter præcordia mixtis, 10
 Obstinet meliore manu. nec enim, bone ductor,
 Magnarum virtutum inopes, nervisque carentes
 Christicolas vitiis populantibus exposuisti.
 Ipse salutiferas obsessio in corpore
 Depugnare jubes: ipse excellentibus armas 15
 Artibus ingenium, quibus ad ludibria cordis
 Oppugnanda potens tibi dimicet, & tibi vincat.
 Vincendi præsens ratio est, si comminus ipsas
 Virtutum facies, & conluctantia contra
 Viribus infestis liceat portentosa notare. 20

Prima petit campum, dubiâ sub sorte ductâ
 Pugnatura Fides, agresti turbida cultu,
 Nuda humeros, intonsa comas, exserta lacertos.
 Namque repentinus laudis calor ad nova fervens
 Prælia, nec telis meminit, nec tegmine cingi: 25
 Pectore sed fidens valido, membrisque relictis
 Provocat iusani frangenda pericula belli.

Ecce laceffentem conlatis viribus audet
 Prima ferire Fidem veterum cultura Deorum.
 Illa hostile caput, falerataque tempora vittis 30
 Altior insurgens labefactat, & ora cruore
 De pecudum satiata solo adplicat, & pede calcat
 Elisos in mortem oculos: animamque malignam
 Fracta intercepti commercia gutturis artant,
 Difficilemque obitum suspiria longa fatigant. 35
 Exultat viatrix legio: quam mille coactam
 Martyribus Regina Fides animarat in hostem.
 Tunc fortes socios partâ pro laude coronat
 Floribus, ardentique jubet vestirier ostro.

Exin gramineo in campo concurrere prompta 40
 Virgo Pudicitia speciosis fulget in armis:
 Quam patrias succincta faces Sodomita Libido
 Adgreditur, piceamque ardenti sulphure pium
 Ingerit in faciem, pudibundaque lumina flammis
 Adpetit, & tætro tentat subsundere fumo: 45
 Sed dextram Furix flagrantis, & ignea diræ
 Tela lupæ saxo ferit inperterrita virgo,
 Excussasque sacro tædas depellit ab ore.

Tunc exarmata iugulum meretricis adacto
 Sanguine concretos coenoso: spiritus inde 50
 Sordidus exhalans vicinas polluit auras.
 Hoc habet, exclamat viatrix Regina: supremus
 Hic tibi finis erit: semper prostrata jacebis:
 Nec jam mortiferas audebis spargere flammis 55
 In famulos famulasve Dei: quibus intima casti

Venerabili soli fervet de lampade Christi.
 Tene, o vexatrix hominum, potuisse resumtis
 Viribus extincti capitis recalcere flatu?
 Assyrium postquam thalamum convixit Holofernis 60
 Casa, Cupidiueo madefactum sanguine lavit,
 Gemmantemque torum mœchi ducis aspera Judith
 Sprevit, & incestos conpescuit ense furores,
 Famosum mulier referens ex hoste trophæum,
 Non trepidante manu vindex mea calitus au-
 dax. 65

At fortasse parum fortis matrona sub umbrâ
 Legis adhuc pugnans, dum tempora nostra figurat,
 Vera quibus virtus terrena in corpora fluxit,
 Grande per infirmos caput excisura ministros.
 Numquid & intactæ post partum virginis ullum 70
 Fas tibi jam superest? post partum virginis, ex quo
 Corporis humani naturam pristina origo
 Deseruit, carnemque novam vis ardua levit,
 Atque innubta Deum concepit femina Christum,
 Mortali de matre hominem, sed cum Patre Nu-
 men. 75

Inde omnis jam diva caro est, quæ concipit illum,
 Naturamque Dei consorti foedere sumit:
 Verbum quippe caro factum, non destitit esse,
 Quod fuerat, Verbum, dum carnis glutinat usum,
 Majestate quidem non degenerante per usum 80
 Carnis, sed miseros ad nobiliora trahente.
 Ille manet, quod semper erat, quod non erat, esse
 Incipiens. nos, quod fuimus, iam non sumus, aucti
 Nascendo in melius: mihi conuenit, et non manet.
 Nec Deus ex nostris minuit sua: sed sua nostris 85
 Dum tribuit, nosmet dona ad caelestia vexit.
 Dona hæc sunt, quod victa jaces, lutulenta Libido,
 Nec mea post Mariam potis es perfringere jura.
 Tu princeps ad mortis iter, tu janua leti
 Corpora commaculans, animas in Tartara mergis. 90

Abde caput tristi jam frigida pestis abyſſo :
 Occide, proſtibus : naves pete: claudere Averno:
 Inque tenebroſum noſas detrudere fundum.
 Te volvant ſubter vada flammea, te vada nigra,
 Sulphureuſque rotet per ſtagna ſonantia vertex. 95
 Nec jam Chriſticolas, Furiarum maxima, temptes:
 Ut purgata ſuo ſeruentur corpora Regi.

Dixerat hæc, & lata Libidinis interfectæ
 Morte Pudicitia gladium Jordanis in undis
 Abluit infectum : ſanies cui rore rubenti 100
 Hæſerat, & nitidum macularat vulnere ferrum.
 Expiat ergo aciem fluviali docta lavacro
 Victricem victrix, abolens baptiſmate labem
 Hoſtilis juguli : nec jam contenta piatum
 Condere vagina gladium, ne teſta rubigo 105
 Occupet ablutum ſcabroſâ ſorde nitorem,
 Catholico in templo divini fontis ad aram
 Conſecrat, æternâ ſplendens ubi luce coruſcet.

Eccc modeſta gravi ſtabat Patientia vultu,
 Per medias in mota acies varioſque tumultus, 110
 Vulneraque & rigidis vitalia pervia pilis
 Spectabat defixa oculos, & lenta manebat.
 Hanc procul Ira tumens, ſpumanti fervida riſtu,
 Sanguinea intorquens ſubfuſo lumina felle,
 Ut belli exſortem, teloque & voce laceſſit, 115
 Inpatiensque moræ conto petit : increpat ore,
 Hircutâs quatiens galeato in vertice criſtas.
 En tibi Martis, ait, ſpectatrix libera noſtri,
 Exiit mortiferum ſecuro pectore ferrum :
 Nec uocatis, quæ tuæ tibi genuiſſe dolorem. 120

Sic ait, & ſtridens ſequitur convicia pinus
 Per teneros criſpata Notos, & certa ſub ipſum
 Defertur ſtomachum, rectoque inliditur iſtu :
 Sed reſilit duro loricæ excuſſa repulſu.
 Provida nam Virtus conſerto adamante trilicem 125
 Induerat thoraca humeris, ſquamolaque ferri

Tempus per intortos commiserat undique nervos.
 Inde quietam manet Patientiam, fortis ad omnes
 Telorum nimbos, & non penetrabile durans :
 Nec mota est jaculo monstri, ut more furentis,
 Opperiens propriis peritutam viribus Iram :
 Scilicet indomitos postquam stomachando lacertos
 Barbara bellatrix impenderat, & jaculorum
 Nube supervacuâ lassaverat inrita dextram,
 Cum ventosa levi cecidissent tela volatu,
 Jactibus & vacuis hastilia fracta jacerent :
 Vertitur ad capulum manus improba, & ense coru-
 Conisa in plagam, dextrâ sublimis ab aure
 Erigitur, mediumque ferit librata cerebrum.
 Ærea sed castis cocto formata metallo
 Tinnitum percussa refert, aciemque tetundit
 Dura resultantem : frangit quoque vena rebellis
 Inlissum chalybem, dum cedere nescia cassos
 Excipit adsultus, ferienti & tuta resistit.

Ira, ubi truncati mucronis fragmina vidit,
 Et protulit in partes ensem crepuisse minutas ;
 Jam capulum retinente manu sine pondere fetri,
 Mentis inops ebur infelix decorisque pudendi
 Perfida signa abiecit, monumentaque tristia longè
 Spernit, & ad proprium succenditur effera le-
 tum :

Missile de multis, quæ frustra spatserat, unum
 Pulvere de campi perversos sumit in usus :
 Rasile figit huic lignum, ac se cuspide versâ
 Perfodit, & calido pulmonem vulnere transit.

Quam super adsistens, vacillans, in-
 quit,

Exsultans vitium, solitâ virtute, sine ullo
 Sanguinis ac vitæ discrimine. lex habet istud
 Nostra genus belli, Furias omnemque malorum
 Militiam, & rabidas tolerando extinguere vires.
 Ipsa sibi est hostis vassania, seque furendo

Interimit, moriturque suis Ira ignea telis.

Hæc effata secat prælia impunè cohortes,
Egregio comitata viro: nam proximus Iob
Hæserat invictæ duræ inter bella magistræ,
Fronte severus adhuc, & multo vulnere anhe-
lus: 165

Sed jam clausa truci subridens ulcera vultu,
Perque cicatricum numerum sudata recensens
Milia pugnarum, sua præmia, dedecus hostis.
Illum Diva jubet tandem requiescere ab omni
Armorum strepitu, captis & perdita quæque 170
Multiplicare opibus, nec jam peritura referre.
Ipsa globos legionum & concurrentia rumpit
Agmina, vulniferos gradiens intacta per imbres,
Omnibus una comes virtutibus adsociatur, 175
Auxiliumque suum fortis Patientia miscet.
Nulla anceps luctamen inuit Virtute sine istâ
Virtus: & vidua est, quam non Patientia firmat.

Fortè per effusas inflata Superbia turmas
Effreni volitabat equo: quem pelle leonis 180
Texerat, & validos villis oneraverat armos:
Quo se fulta júbis jactantiùs illa ferinis
Inferret, tumido despectans agmina fastu.
Turratum tortis caput adcumularat in altum
Crinibus, exstructos augetet ut addita cirros 185
Congeries, celsumque apicem frons ardua ferret.
Carbæsea ex humeris summo collecta coibat
Palla sinu, teretem necens à pectore nodum.

~~Concipit ingestas textis turgentibus auras.~~ 190
Nec minus instabili sonipes feritate superbit,
Impatiens madidis frenarier ora lupatis.
Huc illuc frendens obvertit terga, negatâ
Libertate fugæ, pressisque tumescit habenis.
Hoc sese ostentans habitu ventosa virago, 195
Inter utramque aciem supereminet, & faleratum
Cir-

Cuneum inflectit equum, vultuque & voce minatur,
 Adversum spectans cuneum quem milite raro
 Et paupertinis ad bella coëgere armis
 Mens humilis: Regina quidem, sed egens alieni 200
 Auxilii, proprio nec sat confisa paratu,
 Spem sibi collegam conjunxerat, edita cujus
 Et suspensa ab humo est Opulentia divite regno.
 Ergo humilem postquam malefana Superbia men-
 tem

Vilibus instructam nullo ostentamine telis 205
 Adspicit, in vocem dictis se effundit amaris:

Non pudet ô miseri, plebeio milite claros
 Adteuptare duces, ferroque laceffere gentem
 Insignem titulis: veteres cui bellica virtus
 Divitias pepetit, latos & gramine colles 210
 Imperio calcare dedit? nunc advena nudus
 Nititur antiquos, si fas est, pellere Reges.
 En qui nostra suis in prædam cedere dextris
 Sceptrâ volunt! en, qui nostras sulcare novales,
 Arvaque capta manu popularier hospite aratro 215
 Contendunt; duros & pellere Marte colonos!
 Nempe, ô ridiculum vulgus, natalibus horis
 Totum hominem & calidos à matre amplectimur
 artus:

Vimque potestatum per membra recentis alumni
 Spargimus, & rudibus dominamur in ossibus o-
 mnes. 220

Quis locus in nostrâ tunc vobis sede dabatur,
 Congenitis cum regna simul ditionibus
 Robore crescebant? nati nam lucè sub unâ
 Et domus & domini paribus adolevimus annis.
 Ex quo plasma novum, de consæpto paradisi 225
 Limite progrediens, amplum transfugit in orbem,
 Pellitosque habitus sumit venerabilis Adam;
 Nudus adhuc, ni nostra foret præcepta secutus.
 Quisnam iste ignotis nunc hostis surgit ab oris

Inpor-

Inportunus, iners, infelix, degener, amens :

Qui sibi tam ferum jus indicat, hactenus exsul ?

Nimirum vacuae creditur frivola fama,

Quae miseros optare jubet quandoque futuri

Spem fortasse boni, lenta ut solatia mollem

Desidiam pigro rerum meditamine palpent. 235

Quid ni illos spes palpet iners, quos pulvere in isto

Tirones Bellona truci non excitat are,

Inbellesque animos virtus tepesacta resolvit ?

Anne Pudicitiae gelidum jecur utile bello est ?

An tenerum Pietatis opus sudatur in armis ? 240

Quam pudet, ô Mavors, & Virtus conscia, talem

Contra stare aciem, ferroque laceffere nugas,

Et cum virgineis dextram conferre choræis :

Justitia est ubi semper egens, & pauper Honestas :

Arida Sobrietas, albo Jejunia vultu, 245

Sanguine vix tenui Pudor interfusus, aperta

Simplicitas, & ad omne patens sine tegmine vulnus,

Et prostrata in humum, nec libera judice sese

Mens humilis, quam degenerem trepidatio prodit.

Faxo ego, sub pedibus stipularum more teratur 250

Invalida ista manus : neque enim perfringere duris

Dignamur gladiis, argenti & sanguine ferrum

Inbuere, fragilique viros foedare triumpho.

Talia vociferans, rapidum calcaribus urguet

Cornipedem, laxisque volat temeraria frenis, 255

Hostem humilem cupiens inpulsu umbonis equini

Stetnere, dejectamque supercalcere ruinam.

Sed cadit in foveam præceps, quam callida fortè

Et rursus detestandis vitiorum è pestibus una, 260

Frallendi versuta opifex, quæ præscia belli

Planitiem scrobibus vitiaverat insidiosis,

Hostili de parte latens, ut fossa ruentes

Exciperet cuneos, atque agmina mersa voraret.

Ac ne fallacem puteum deprendere posset

265

Cauta

Caecis, virgis adopertas texerat oras,
Et superinposito simularat caecum campum.

At Regina humilis, quam ignara manebat
Ulteriore loco, nec adhuc ad iudis opertum
Venerat, aut foveæ calcarat furta malignæ. 270

Hunc eques illa dolum, dum fertur præpete cursu,
Incidit, & cæcum subito patefecit liatum:
Prona ruentis equi cervice involvitur, ac sub
Pectoris inpressu fracta inter crura rotatur.

At virtus placidi moderaminis, ut levitatem 275
Prospicit obtritam monstri sub morte jacentis,
Intendit gressum mediocriter, os quoque parvè
Erigit, & comi moderatur gaudia vultu.

Cunctanti spes fida comes luccurrit, & offert
Ultorem gladium, laudisque inspirat amorem. 280

Illa cruentatam correptis erinibus hostem
Protrahit, & faciem lavâ revocante supinat.

Tunc caput orantis flexâ cervice resectum
Eripit, & madido suspendit colla capillo.

Exstinctum vitium sancto spes increpat ore: 285
Desine grande loqui: frangit Deus omne superbum.
Magna cadunt: inflata crepant: tumefacta pre-
muntur.

Disce supercilium deponere, disce cavere
Ante pedes foveam, quisquis sublime minaris.
Pervulgata viget nostri sententia Christi: 290

Scandere celsa humiles, & ad ima redire feroces.
Vidimus horrendum membris animisque Golian
Invalidâ cecidisse manu: merilis in illum
Dextera fundali torsit stultum.

Trajectamque cavo penetravit vulnere frontem.
Ille minax, rigidus, jactans, truculentus, amar.
Dum tumet indomitum, dum formidabile fervet,
Dum sese ostentat clipeo, dum territat auras:

Expertus, pueri quid possint ludicra parvi,
Succubuit teneris bellator turbidus annis. 300
Mc

Me tunc ille puer virtutis pube secutus,
 Florentes animos sursum in mea regna tetendit,
 Servatur quâ certa mensurâ Omnipotentis
 Sub pedibus Domini, neque ad sublime vocantem
 Victores casâ culparum labe capeffunt. 305

Dixit, & auratis præstringens aëra pinnis,
 In cælum se virgo rapit : mirantur euntem
 Virtutes, tolluntque animos in vota, volentes
 Ire simul, ni bella duces terrena retardent.
 Confligunt vitiis, seque ad sua præmia servant. 310

Venerat occiduis mundi de finibus hostis
 Luxuria, extinctæ jam dudum prodiga famæ,
 Delibuta comas, oculos vaga, languida vocem,
 Perdita deliciis : vitæ cui causâ voluptas,
 Elumbem mollire animum, petulanter amœnas 315
 Haurire inlecebras, & fractos solvere sensus.

Ac tunc pervigilem ructabat marcida cœnam.
 Sub lucem quia fortè jacens ad fercula raucos
 Audierat lituos, atque inde tepentia linguens
 Pocula, labfanti per vina & balsama gressu, 320
 Ebria calcatis ad bellum floribus ibat.

Non tamen illa pedes, sed curru investa venusto
 Saucia mirantium capiebat corda vitorum.
 O nova pugnandi species ! non ales arundo
 Nervo pulsa fugit, nec stridula lancea torro 325

Emicat amento, frameam nec dextra minatur :
 Sed violas lasciva jacit, foliisque rosarum
 Dimicat, & calathos inimica per agmina fundit.
 Inde, eblanditis virtutibus, halitus inlex
~~impulsi~~ ~~per ossa~~ ~~venenum,~~ 330

Et malè dulcis odor domat ora & pectora & arma,
 Ferratosque toros obliſo robore mulcet.

Dejiciunt auimos, ceu victi, & spicula ponunt
 Turpiter, heu, dextris languentibus obſtupefacti ;
 Dum currum variâ gemmatum luce micantem 335

Mirantur, dum bratteolis crepitantia lora,

Et

Lapidulo ex auro pretiosi ponderis axem
 Defixis inhiant obtutibus, diorum
 Argento albentem seriem; nam summa rotarum
 Flexura electri pallentis comæ et orbe. 340

Et jam cuncta acies in deditiois amorem
 Sponte suâ versis transibat perfida signis,
 Luxuriæ servire volens, dominæque fluentis
 Jura pati, & laxâ ganearum lege teneri.

Ingemuit tam triste nefas fortissima virtus 345
 Sobrietas, dextro socios decedere cornu,
 Invicamque manum quondam sine cæde perire.
 Vexillum sublime Crucis, quod in agnime primo
 Dux bona prætulera, defixâ euspide sistit,
 Instauratque levem dictis mordacibus alam, 350
 Exstimulans animos, nunc probris, nunc prece
 mixtâ:

Quis furor insanas agitat caligine mentes?
 Quo ruitis? cui colla datis? quæ vincula tandem,
 Prò pudor, armigeris amor est perferre lacertis;
 Lilia luteolis interlucentia fertis, 355
 Et ferrugineo vernantes flore coronas?
 His placet adsuetas bello jam tradere palmas
 Nexibus? his rigidas nodis innectier ulnas?
 Ut mitra cæsariem cohibens aurata virilem
 Conbibat infusum etoceo religamine nardum, 360
 Post inscripta oleo frontis signacula, per quæ
 Unguentum regale datum est, & chrisma perenne:
 Ut tener incessus vestigia sirmate verrat,
 Sericaque in fractis finibus ut pollia meubris,
 Post inmortalem tunicam, quam pollice tincto 365
 Texuit alma Fides, dans inpenetrabile tegmen
 Pectoribus lotis, dederat quibus ipsa renasci.
 Inde ad nocturnas epulas, ubi cantharus ingens
 Despuir effusi spumantia damna Falerni,
 In mensam cyathis stillantibus; uda ubi multo 370
 Fulcra mero, veterique torcumata rore rigantur?

Exci-

Excidit ergo animis eremi suis ? excidit ille
 Fons patribus de rupibus, quem mystica virga
 Rlicuit, scissi saliente, vertice saxi ?
 Angelicusne cibus p[er]na in tentoria vestris 375
 Fluxit avis ; quem nunc sero felicior avo
 Vespertinus edit populus de corpore Christi ?
 His vos inbutos dapibus jam crapula turpis
 Luxuriæ ad madidum rapit inopportuna lupanar ?
 Quosque viros nõ ira fremens, non idola bello ; 380
 Cedere compulerant, saltatrix ebria flexit ?
 State, precor, vestri memores, memores quoque
 Christi.

Quæ sit vestra tribus, quæ gloria, quis Deus & Rex,
 Quis Dominus, meminisse decet. vos nobile Judæ
 Germen ad usque Dei genetricem, qua Deus ipse 385
 Effet homo, procerum venistis sanguine longo.
 Excitet egregias mentes celeberrima David
 Gloria, continuis bellorum exercita curis.
 Excitet & Samuel, spoliū qui divite ab hoste
 Adtrectare vetat : nec victum vivere Regem 390
 Incircumcisum patitur; ne præda superstes
 Victorem placidum recidiva in prælia poscat,
 Parcere jam capto crimen putat ille tyranno :
 At vobis contra vinci & subcumbere votum est.
 Pœniteat, per si qua movet reverentia summi 395
 Numinis, hoc tam dulce malum voluisse nefandâ
 Proditione sequi. si pœnitet, haud nocet error.
 Pœnituit Jonatham jejunia sobria dulci
 Conviolasse favo sceptri mellisque sapore
 Heu mare guttato, regni dum blanda voluptas 400
 Oblectat juvenem, jurataque sacra resolvit.
 Sed quia pœnituit; nec fors lacrimabilis illa est,
 Nec tiuguit patrias sententia sæva secures.
 En ego Sobrietas, si conspirare paratis,
 Pando viam cunctis virtutibus, ut malesuada 405
 Luxuries, multo stipata satellite, pœnas

Cum regione suâ Christo sub iudice pendat.

Sic effata, crucem Dominæ mentibus offert
 Obvia quadrijugis, lignum venerabile in ipsos
 Intentans frenos: quod ut ex opere feroces 410
 Cornibus obpanfis & summâ fronte coruscum,
 Vertunt præcipitem cæcâ formidine fusi
 Per prærupta fugam: fertur resupina reductis
 Nequicquam loris auriga, comamque madentem
 Fulvere fœdatut. tunc & vertigo rotarum 415
 Implicat excussam dominam: nam prona sub axem
 Labitur, & lacero tardat subflamine currum.

Addit Sobrietas vulnus letale jacenti,
 Conjiciens silicem rupis de parte molarem,
 Hunc vexilliferæ quoniam fors obtulit ictum, 420
 Spicula nulla manu sed belli insigne gerenti,
 Casus agit saxum, medii spiramen ut oris
 Frangeret, & recavo misceret labra palato.
 Dentibus introrsum resolutis, lingua resectam
 Dilaniata gulam frustis cum sanguinis inplet. 425
 Insolitis dapibus crudescit guttur, & ossa
 Conliquefacta vorans revomit, quas hauserat, offas.

Ebibe jam proprium post pocula multa cruorem,
 Virgo ait increpitans: sint hæc tibi fercula tandem
 Tristia, præteriti nimis pro dulcibus ævi. 430

Lascivas vitæ inlecebras gustatus amara
 Mortis, & horrifico sapor ultimus asperat haustu.
 Cæde ducis dispersa fugit trepidante pavore
 Nugatrix acies. Iocus & Petulantia primi
 Cymbala projiciunt: bellum nam talibus armis 435
 Ludebant, resono meditantur venæcra iure.

Dat tergum fugitivus Amor: lita tela veneno,
 Et labsum ex humeris arcum, pharetramque cadentem

Pallidus ipse metu sua post vestigia linoquit.

Pompa ostentatrix vani splendoris inani 440
 Exuitur nudata peplo: discissa trahuntur

Serta Venustatis, collige ac verticis aurum
 Solvitur, & gemma discordia dissona turbat.
 Non piget adtritibus per acuta fructa
 Ire Voluptatem: quæ nam vis major acerbam 445
 Compellit tolerare fugam: formido pericli
 Prædurat teneras irer ad cruciabile plantas.

Qua se cumque fugax trepidis fert cursibus agmen,
 Damna jacent, crinalis acus, redimicula, vittæ,
 Fibula, flammeolū, strophium, diadema, monile. 450

His se Sobrietas, & totus Sobrietatis
 Abstinet exuviis miles, damnataque castis
 Scandala proculcat pedibus, nec fronte severos
 Conivente oculos prædarum ad gaudia flectit.

Fertur * Avaritia gremio præcincta capaci, 455
 Quidquid Luxus edax pretiosum liquerat, unca
 Corripuisse manu, pulchra in ludibria vasto
 Ore inhians, auri que legens fragmenta caduci,
 Inter harenarum cumulos: nec sufficit amplos
 Inplevisse sinus: juvat infercire crumenis 460

Turpe lucrum, & gravidos furtis distendere fiscos:
 Quos lævâ celante tegit, laterisque ministri
 Velat opermento: velox nam dextra rapias
 Abradit, spoliisque unguet exercet aënos.
 Cura, famens, metus, anxietas, perjuria, pallor, 465
 Corruptela, dolus, commenta, infomnia, sordes,
 Eumenides variæ monstri comitatus aguntur.

Nec minùs intercà rabidorum more luporum
 Crimina persultant toto grassantia campo,
~~Marris Avaritia nigro dolo creata.~~ 470

Si fratris galeam turvis radiare ceraunis
 Germanus vidit commilito, non timet enssem
 Exferre, atque caput socio mucrone ferire,
 De confanguineo rapturus vertice gemmas.

Filius extinctum belli sub sorte cadaver 475
 Adspexit si fortè patris, fulgentia bullis

L 2

Cin-

* Avaritia & Operationis.

244. AURELII PRUDENTII
Cingula, & exuvias gaudet cepuisse cruentas :
Cognatam civilis agit discors æradam,
Nec parcat propriis amor insatiæ habendi
Pigneribus, spoliatque suos famulos inopia natos. 480

Talia per populos edebat funera victrix
Orbis Avaritia, sternens cenrena virorum
Milia vulneribus variis. hunc lumine adempto,
Effossisque oculis velut in caligine noctis
Cæcum errare sinit, perque offensacula multa 485
Ire, nec oppositum baculo temptare periculum.
Porro alium capit intuitu, fallisque videntem,
Insigne ostentans aliquid : quod dum petit ille,
Excipitur telo incautus, cordisque sub ipso
Saucius occulto ferrum suspirat adactum. 490
Multos præcipitans in aperta incendia cogit,
Nec patitur vitare focos, quibus æstuat aurum;
Quod petit arsurus pariter speculator avarus.

Omne hominū rapit illa genus, mortalia cuncta
Occupat interitu : neque est violentius ullum 495
Terrarum vitium, quod tantis cladibus ævum
Mundani involvat populi, damnetque Gehennæ.
Quin ipsos temptare manū, si credere dignum est,
Ausa sacerdotes Domini : qui prælia fortè
Ductores primam ante aciē pro laude gerebant 500
Virtutum, magnoque inplebant classica flatu.
Et fors innocuo tinxisset sanguine ferrum,
Ni Ratio armipotens, gentis Levitidis una
Semper fida comes, clipeum objectasset, & atræ
Hostis ab incursu claros præcipit alumnos.
Stant tuti Rationis ope, stant rutiline ab omni
Immunes, fortesque animi. vix in cute summâ
Præstringens paucos tenui de vulnere lædit
Cuspis Avaritiæ. stupuit luis improba castis
Heroum jugulis longè sua tela repelli : 510
Ingemit, & dictis ardens furialibus infit :

Vincimur, heu, segnes; nec nostra potentia perfert
Vim

Vim solitam : languet violentia sæva nocendi ;
 Sueverat invictis quibus omnia ubique
 Rumpere corda hominum. nec enim tam ferrea
 quemquam

515

Formavit natura virum, cuius rigor ara
 Sperneret, aut nostro foret inpenetrabilis auro.
 Ingenium omne neci dedimus: tenera, aspera, dura,
 Docta, indocta simul, bruta & sapientia, nec non
 Casta, incesta meæ patuerunt pectora dextæ. 520
 Sola igitur rapui, quidquid Styx abdit avaris
 Gurgitibus. nobis ditissima Tartara debent,
 Quos retinent, populos. quodvolvunt sæcula, no-
 strum est :

Quod miscet mundus væfana negotia, nostrum. 525

Qui fit, prævalidas quod pollens gloria vires
 Delerit, & cassos ludit fortuna lacertos ?
 Sordet Christicolis rutilantis fulva monetæ
 Effigies; sordent argenti emblemata: & omnis
 Thesaurus nigrante oculis vilescit honore. 530

Quid sibi docta volunt fastidia ? nonne triumphum
 Egimus è Scathoth? magnus qui discipulorum,
 Et conviva Dei, dum fallit fædere mensæ
 Haudquaquam ignarum, dextramque parabside
 jungit,

Incidit in nostrum flammante cupidine telum, 535
 Infamem mercatus agrum de sanguine amici
 Numinis, obliſo luiturus jugera collo.

Viderat & Hiericho ptopria inter funera, quantū
 Posset nostra manus. cum victor concidit Achar.

Cæcis in lignis, inuitat & strage superbus, 540
 Subcubuit capto victis ex hostibus auro:

Dum vetitis insigne legens anathemâ favillis,
 Mæsta ruinarum spolia infatiabilis haurit.

Non illum generosa tribus, non plebis avitæ
 Juvit Juda parens, Christo quandoq; propinquo 545

Nobilis, & tali felix Patriatcha nepote.

placet exemplum generis, placeat quoque forma
 Exitii: sit poena eadem, quae & genus unum est.
 Quid moror aut Judae populos, aut populares
 Sacricolae summi (summus dicitur fertur Aaron) 550
 Fallere fraude aliquam, Martis congressibus impar?
 Nil refert, armis contingat palma dolive.

Dixerat, & torvam faciem furialiaque arma
 Exiit, inque habitum sese transformat honestum.
 Fir Virtus, specie vultuque & veste severa: 555
 Quam memorant frugi, parca cui vivere cordi est,
 Et servare suum; tamquam nil raptet avarae,
 Artis adumbratae meruit, ceu fedula, laudem.
 Hujus se specie mendax Bellona coaptat,
 Non ut avara lues, sed virtus parca putetur: 560
 Necnon & tenero pietatis tegmine crines
 Obtegit anguinos, ut candida palla latentem
 Dissimulet rabiem, diroque obtenta furori,
 Quod rapere & clepere est, avideque abscondere parta,
 Natorum curam dulci sub nomine jacter. 565
 Talibus inludens male credula corda virorum
 Fallit imaginibus. monstrum ferale sequuntur,
 Dum credunt virtutis opus. capit inopia Erinnyes
 Consensu faciles, manicisque tenacibus artat.
 Attonitis ducibus, perturbarisque manipulis, 570
 Nutabat Virtutum acies errore biformis
 Portenti, ignorans, quid amicum credat in illo,
 Quidve hostile noter. letum versatile & anceps
 Lubricat incertos dubiam sub imagine visus.
 Cum subito in medium frendens Operatio cam-
 pum 575
 Profilit auxilio sociis, pugnamque capeffit
 Militiae postrema gradu, sed sola duello
 Inpositura manum, ne quid jam triste superfit.
 Omne onus ex humeris rejecerat; omnibus ibat
 Nudata induviis; multo & se fasce levarat: 580
 Olim divitii sgtavibusque oppressa talentis,

Libera nunc miserandis inopum, quos larga bene
Foverat, effundens aurum bene prodiga censum.

Jam loculos ditata spectabat inanes,
Æternam numerata edituro fenore summam. 585

Horruit invictæ virtutis fulmen, & inpos
Mentis Avaritia stupefactis sensibus hæsit,
Certa mori. nam quæ fraudis via restet, ut ipsa
Calcatrix mundi, mundanis victa fatiscat
Inlecebris, spretoque iterum sese implicet auro? 590

Invadit trepidam Virtus fortissima duris
Ulnarum nodis, obliſo & gutture frangit

Exſanguem ſiccamque gulam: conpreſſa ligantur
Vincla lacertorum ſub mentum, & faucibus artis
Extorquent animam: nullo quæ vulnere rapta 595

Palpitat, atque aditu ſpiraminis intercepto
Incluſam patitur venarum carcere mortem.

Illa reſiſtanti genibusque & calcibus inſtans
Perfodit & coſtas, atque ilia rumpit anhela.

Mox ſpolia exſtincto de corpore diripit, auri 600
Sordida fruſtra rudis, nec adhuc fornace recoctam

Materiem: tineis etiam marſupia crebris
Exeſa, & virides obducta arugine nummos

Diſpergit ſervata diu, victrix & egenis

Diſſipat, ac tenues captivo munere donat. 605

Tunc circumfuſam vultu exultante coronam
Reſpiciens, alacris media inter milia clamat.

Solvite procinctum, juſti, & diſcedite ab armis:

Cauſſa mali tanti jacet interfecta: lucrandi

Ingluvie pereunte licet requieſcere ſanctis. 610

Summa quæſus, inveniènter, quam poſtulet uſus

Debitus; ut ſimplex alimonia, veſtis & una

Infirmos tegat ac recreet mediocriter artus;

Expletumque modum naturæ non trahat extra.

Ingreſſurus iter peram ne tollito, neve 615

De tunicæ alterius geſtamine providus ito:

Nec te ſollicitet res craſtina; ne cibus alvo

Dicitur: redeunt escæ cum Sole diurnæ.
 Nonne vides, ut nulla avium & cogitet? ac se
 Pascendam, præstante Deo, inces, inxia credat? 629
 Confidunt volucres, victum in f. defore, viles:
 Passeribusque subest modico venalibus asse.
 Indubitata fides, Dominum curare potentem,
 Ne pereant. tu cura Dei, facies quoque Christi,
 Addubitas, ne te tuus unquam deserat auctor? 625
 Ne trepidate, homines: vitæ dator, & dator escæ est.
 Quærite luciferum cælesti dogmate pastum,
 Qui spem multiplicans alat invitiabilis ævi,
 Corporis inmemores: inemor est, qui condidit
 illud,

Subpeditare cibos, atque indiga membra fovere. 630

His dictis curæ emotæ; metus, & labor, & vis,
 Et scelus, & placitæ Fidei fraus inficiatrix
 Depullæ vertère solum. Pax inde fugatis
 Hostibus alma abigit bellum. discingitur omnis
 Terror, & avulsis exhibulat ilia zonis. 635
 Vestis ad usque pedes descendens defluit imos:
 Temperat & rapidum privata modestia gressum.
 Cornicinum curva æra silent: placabilis inplet
 Vaginam gladius: sedato & pulvere campi
 Suda redit facies liquidæ sine nube diei: 640
 Purpuream videas calis clarescere lucem.

Agmina casta super vultum sensere Tonantis
 Adridere hilares pulso certamine turmæ;
 Et Christum gaudere suis victoribus arcem
 Ætheris, ac patrium famulis aperire profundū. 645
 Dat signum felix Consecratis, recedere tantis
 Victrices aquilas, atque in tentoria cogi.

Numquam tanta fuit species, nec par decus ulli
 Militiæ, cum dispositis bifida agmina longè
 Duceret ordinibus, peditum psallente catervâ; 650
 Ast aliâ de parte equitum resonantibus hymnis.
 Non aliter cecinit respectans victor hiantem

Israël rabiem ponti posterga minacis,
 Cum jam progredi calcares litora sicco
 Ulteriora pede, strigisque per extima calcis 655
 Mons rueret pendeis aquæ, nigrosque relapso
 Gurgite Nilicolas fundo deprenderet imo :
 Ac refluxente sinu jam redderet unda natatum
 Piscibus, & nudas præceps operiret harenas.
 Pulsavit resono modulantia tympana plectro 660
 Turba Dei, celebrans mirum ac memorabile sæclis
 Omnipotentis opus; liquidas inter freta ripas
 Fluctibus incisus & subsistente procellâ
 Crescere, suspensosque globos potuisse teneri.
 Sic, expugnatâ vitiorum gente, resultant 665
 Mystica dulcimodis Virtutum carmina psalmis.
 Ventum erat ad fauces portæ castrensîs, ubi artum
 Liminis introitum bifori dant cardine claustra.
 Nascitur hic inopina mali lacrimabilis astu
 Tempestat, placidæ turbatrix invida Pacis, 670
 Quæ tantum subitâ vexaret clade triumphum.

Inter confertos cuncos * Concordia fortè,
 Dum stipata pedem jam tutis mœnibus infert,
 Excipit occultum virii latitantis ab ictu
 Mucronem lato in latere, squalentia quamvis 675
 Texta catenato ferri subtemine corpus
 Ambirent, futas & acumen vulneris hamis
 Respuerent, rigidis nec fila tenacia nodis
 Inpactum finerent penetrare in viscera telum.
 Rara tamen chalybè tenui transmittere puncto 680
 Commissura dedit, quâ sese extrema politæ
 Squamæ rigat tunicæ, inuis & ubi conserit oras.
 Intulit hoc vulnus pugnatrix subdola victæ
 Partis, & incautis victoribus insidiata est.
 Nam, pullâ culparum acie, Discordia nostros 685
 Intrarat cuneos, sociam mentita figuram.
 Scissâ procul palla, struatum & serpente flagellum

L 5

Mul-

* Concordia & Discordia pugna.

Non triplici, mediâ camporum in strage jacebant.

Ipsa, redimitos oleâ fronde, capillos

Ostentans, festis respondet lachryis horcîs :

690

Sed sicam sub veste tegit, te, proxima virtus,

Te solam tanto è numero, Concordia, tristi

Fraude petens, sed non vitalia rumpere sacri

Corporis est licitum: summo tenus extima tactu

Lasa cutis tenuem signavit sanguine rivum. 695

Exclamat Virtus subito turbata : Quid hoc est ?

Quæ manus hic inimica latet? quæ prospera nostra

Vulnerat, & ferrum tanta inter gaudia vibrat ?

Quid juvat indomitos bello sedasse furores,

Et sanctum vitiiis pereuntibus omne receptum, 700

Si Virtus sub Pace cadit? trepida agmina mæstos

Convertete oculos: stillabat vulneris index

Ferratâ de veste cruor. mox & pavor hostem

Conminus adstantem prodit: nam pallor in ore,

Consciis audacis facti, dat signa reatûs: 705

Et deprensâ tremunt languens manus & color al-

bens.

Circumstat properè strictis mucronibus omnis

Virtutum legio, exquirens fervente tumultu

Et genus & nomen, patriam, sectamque, Deumque,

Quem colat, & missu cujatis venerit. illa 710

Exsanguis, turbante metu: Discordia dicor,

Cognomento Heresis; Deus est mihi discolor, inquit,

Nunc minor, aut major: modò duplex, & modò

simplex :

Cùm placet, aërius, & de phantasmate visus,

Aut innata anima ~~phantasmate visus~~ 715

men,

Præceptor Belia mihi: domus & plaga mundus.

Non tulit ulterius capri blasphemia monstri

Virtutum regina Fides: sed verba loquentis

Inpedit, & vocis claudit spiramina pilo,

Pollutam rigidâ transfigens cuspide linguam. 720

Car-

Carpitur innumeris fœdis bestia dextris :
 Frustratim sibi qui rapit, quod spargat in auras ;
 Quod canibus donec vorvis quod edacibus ultrò
 Offerat, inmundis quo exhalante cloacis
 Quod tradat, monstris quod mandet habere ma-
 rinis. 725

Discissum fœdis animalibus omne cadaver
 Dividitur : raptis Heresis perit horrida membris.

Conpositis igitur rerum morumque secundis
 In commune bonis, postquam intra tuta morari
 Contigit, ac statione frui; valloque foveri 730
 Pacificos sensus, & in otia solvere curas;
 Exstruitur mediâ castrorum sede tribunal
 Editiore loco; tumulus quem vertice acuto
 Excitat in speculam : subjecta undè omnia latè
 Liber inoffenso circuminspicit aère visus. 735

Hunc sincera Fides simul & Concordia, sacro
 Fœdere juratæ Christi sub amore sorores,
 Conscendunt apicem : mox & sublimè tribunal
 Pat sanctum carumque sibi supereminet æquo
 Jure potestatis : consistunt aggere summo 740
 Conspiciæ, populosque jubent adstare frequentes.

Concurrunt alacres castris ex omnibus omnes:
 Nulla latet pars mentis iners, quæ corporis ullo
 Intercepta sinu per conceptacula sese
 Degeneri languore tegat : tentoria apertis 745
 Cuncta patent velis : referantur carbasa, ne quis
 Marceat obscuro stertens habitator operto.
 Auribus intentis expectant concio, quidnam
 Victores post bella vocet Concordia princeps,
 Quam velit atque Fides virtutibus addere legem. 750

Erumpit prima in vocem Concordia, tali
 Adloquio : Cumulata quidem jam gloria vobis,
 O Patris, ô domini fidissima pignera Christi,
 Contigit. extincta est multo certamine sava
 Barbaries, sanctæ quæ circumsperserat urbis 755

In genas, ferroque viros flammâque premebat.
 Publica sed requies privatis, foroque
 Constat amicitiiis: scissura domestica turbat
 Rem populi, titubatque foris, quod disfidet intus.
 Ergo cavete, viri, ne sit sententia discors 760
 Sentibus in nostris, ne secta exotica tectis
 Nascatur conflata odiis: quia fissa voluntas
 Confundit variis arcana biformia fibris.
 Quod sapimus, jungat amor: quod vivimus, uno
 Conspiret studio: nil dissociabile firmum est. 765
 Utque homini, atque Deo medius intervenit Jesus,
 Qui sociat mortale Patri, ne carnea distent
 Spiritui aeterno, sitque ut Deus unus utrumque:
 Sic, quidquid gerimus mentisque & corporis actu,
 Spiritus unimodis texat compagibus unus. 770
 Pax plenum virtutis opus: pax summa laborum:
 Pax belli exacti pretium est, pretiumque pericli:
 Sidera pace vigent: consistunt terrea pace:
 Nil placitum sine pace Deo: non munus, ad aram
 Cum cupias offerre, probet, si turbida fratrem 775
 Mens in pacati sub pectoris oderit antro:
 Nec, si flammicomis Christi pro nomine martyr
 Ignibus insilias, servans inamabile votum
 Bile sub obliquâ, pretiosam proderit Jesu
 Inpendisse animam: meriti quia clausula Pax est. 780
 Non inflata tumet, non invidet æmula fratri,
 Omnia perpetitur patiens, atque omnia credit.
 Numquam laesa dolet: cuncta offensacula donat.
 Occasum lucis veniâ præcurrere gestit;
 Anxia, ne stabilem in se cor conscius iram. 785
 Quisque litare Deo mactatis vult holocaustis,
 Offerat in primis pacem: nulla hostia Christo
 Dulcior: hoc solo sancta ad donaria vultum
 Munere convertens, liquido oblectatur odore.
 Sed tamen & niveis tradit Deus ipse columbis 790
 Annatum tenerâ plumarum veste colubrum.

Rimante ingenio docti, internoscere, mixtum
 Innocuis avibus. laqueus lupus ore cruento
 Lacteolam mentitus, sem sub vellere molli,
 Cruda per agninos, recens funera rictus. 795

Hac sese occultant Plotinus & Arrius arte,
 Inmanes feritate lupi. discrimina produnt
 Nostra, recensq; cruor, quamvis de corpore summo,
 Quid possit furtiva manus. gemitum dedit omnis
 Virtutum populus, casu concussus acerbo. 800

Tum generosa Fides hæc subdidit: Immo secundis

In rebus cesset gemitus. Concordia læsa est,
 Sed defensa Fide: quin & Concordia sospes,
 Germanam comitata Fidem, sua vulnera ridet.
 Hæc mea sola salus: nihil hac mihi triste receptâ. 805

Unum opus egregio restat post bella labori,
 O proceres: regni quod tandem pacifer heres
 Belligeri, armata successor inermis & aula
 Instituit Solomon: quoniam genitoris anhelis
 Fumarat calido Regum de sanguine dextra. 810

Sanguine nam terso templum fundatur, & ara
 Ponitur, auratis Christi domus ardua tectis.
 Tunc Hierusales templo inlustrata; quietum
 Suscepit jam Diva Deum; circumvaga postquam
 Sedit marmoreis fundata altaribus Arca. 815

Surgat & in nostris templum venerabile castris:
 Omnipotens cujus sanctorum sancta revisat.
 Nam quid terrigenas ferro pepulisse phalangas
 Culparum prodest: hominis si Filius arce
 Ætheris inlabsum, purgati corporis urbem 820

Intret inornatam, templi splendentis egenus?
 Hactenus alternis sudatum est cominus armis:
 Munia nunc agitet tacitæ toga candida Pacis;
 Atque sacris sedem properet discincta juvenus.

Hæc ubi dicta dedit, gradibus Regina superbis 825
 Desiluit, tantique operis Concordia consors,

Metatura novum jacto fulmine templum :
 Aurea planitiem spatium per harundo
 Dimensis, quadrent ut quatundique frontes; 830
 Ne commissuris distantibus a pulvis impar
 Argutam mutilet per dissona semetra normam.
 Auroræ de parte, tribus plaga lucida portis
 Inlustrata patet : triplex aperitur ad Austrum
 Portarum numerus : tuis occidentalibus offert
 Janua trina fores, totiens Aquilonis ad axem 835
 Panditur alta domus. nullum illic struibile saxum :
 Sed cava per solidum; multoque forata dolatu
 Gemma relucenti limen complectitur areu,
 Vestibulumque lapis penetrabile concipit unis.
 Portarum summis inscripta in postibus auro 840
 Nomina Apostolici fulgent bis sena Senatûs.
 Spiritus his titulis arcana recondita mentis
 Ambit, & electos vocat in præordia sensus :
 Quaque hominis natura viget, quam corpore toto
 Quadrua vis animat, trinis ingressibus aram 845
 Cordis adit, castisque colit sacraria votis :
 Seu pueros Sol primus agat, seu fervor ephebos
 Incendat nimius, seu consummabilis ævi
 Perficiat lux plena viros, sive algida Borræ
 Ætas decrepitam vocet ad pia sacra senectam : 850
 Occurrit trinum quadrina ad compita nomen,
 Quod bene discipulis disponit Rex duodevnis.
 Quinetiam totidem gemmarum insignia textis
 Parietibus distincta micant, animasque colorum
 Viventes liquido lux exemit alta profundo. 855
 Ingens chrysolithus nativo interlitus auro,
 Hinc sibi sapphirum sociaverat, inde beryllum,
 Distantesque nitor mediis variarat honores.
 Hic chalcedon hebes perfunditur ex hyacinthi
 Lumine vicino : nam fortè cyanea propter 860
 Stagna lapis cohibens ostro fulgebat aquoso.
 Sardonychem pingunt amethystina : pingit iaspis
 Sar-

Sardoum iuxta appositum, pulcherque topazon
 Has inter species succubina gramine verno
 Prata virent, volvitq; iugos lux herbida fluctus. 865
 Te quoque conspicit, in structura iuriferit ardens
 Chrysoptase, & fidei saxi stellantiibus addit.
 Stridebar gravidis funalis machina vinclis,
 Inmensas rapiens alta ad fastigia gemmas.

At domus interior septem subnixa columnis 870
 Crystalli argenti vitreâ de rupe recisis
 Construitur: quadrum regit edita calculus albens
 In conum cæsus capita, & sinuamine subter
 Subductus conchæ in speciem, quod mille talentis
 Margaritum ingens, opibusque & censibus hasta 875
 Addictis animosâ Fides mercata pararat.
 Hoc residet folio pollens Sapientia, & omne
 Consilium regni celsâ disponit ab aulâ,
 Tutandique hominis leges sub corde retractat.
 In manibus dominæ sceptrum, non arte politum, 880
 Sed ligno vivum viridi est: quod stirpe recisum,
 Quamvis nullus alat terreni cæspitis humor,
 Fronde tamen viret incolumi: tum sanguine tinctis
 Intertexta rosis candentia lilia miscet,
 Nescia marcenti florem summittere collo. 885
 Hujus forma fuit sceptri gestamen Aaron
 Floriferum: sicco quod germina cortice trudens
 Explicuit tenerum spe pubescente decorem,
 Inque novos subito tumuit virga arida fetus.

Reddimus æternas, indulgentissime doctor, 890
 Grates, Christe, tibi; meritosque sacramus honores
 Ore pio: nam cor vitio, in ore sordet.
 Tu nos corporei latebrosæ pericula operi,
 Luctantisque animæ voluisti agnoscere casus.
 Novimus, ancipites nebuloso in pectore sensus 895
 Sudare alternis conflictibus, & variato
 Pugnanti eventu, nunc indole crescere dextra,
 Nunc inclinatis cervicibus ad juga vitæ

Deeriora trahi, seseque admittere noxis
 Turpibus, & propriae jacturæ irre salutis. 900
 O quotiens animam, vitiorum peste repulsâ,
 Sensimus incaluisse Deo ! quærens tepefactum
 Cælesti ingenium post gaudia candida tætrò
 Cessisse stomacho ! fervent bella horrida, fervent
 Ossibus inclusa : fremit & discordibus armis 905
 Non simplex natura hominis : nam viscera limo
 Effigiata premunt animam : contra ille, sereno
 Editus adflatu, nigrantis carcere cordis
 Æstuat, & sordes arta inter vincla recusat.
 Spiritibus pugnant variis lux atque tenebræ, 910
 Distantesque animat duplex substantia vires :
 Donec præsidio Christus Deus adsit, & omnes
 Virtutum gemmas componat sede piatâ.
 Atque, ubi peccatum regnaverat, aurea templi
 Atria constituens, texat spectamine morum 915
 Ornamenta animæ : quibus oblectata decoro
 Æternum folio dives Sapientia regnet.





AURELII PRUDENTII
 CLEMENTIS V. CL.
 CONTRA
 SYMMACHI ORATIONEM
 LIBRI DUO.

PRÆFATIO IN LIBRUM I.

*Carminis genus, quale istud, Inventor rutili Dux
 bone luminis.*

PAulus, præco Dei, qui fera gentium
 Primus corda sacro perdomuit stilo,
 Christum per populos, ritibus asperis
 Inmanes, placido dogmate seminans,
 Inmansueta suas ut cerimonias

Gens pagana Deo sperneret agnito,
 Actus turbinibus forte nigerrimis
 Hibernum pelagus, jam rate debili,
 Et vim navifragi pertulerat Noti.
 Sed cum carulei prælia curetis
 Jussisset Domini dextra quiete:
 Ad portum fluitans cumba relabitur,
 Exponitque solo litoris uvidi
 Contractos pluvio frigore remiges.
 Tunc de litoreis sapibus algidi
 Arentum properè brachia palmitum
 Convectant; rapidos unde focus struant.

Fasces quisque suum congerit ignibus,
Exspectans calidi luxuriam igni.

Paulus, dum fragiles congerit furculos,
Et densere foci congerie cadet,

20

Incautam cumulis inferunt mantim;
Torpebat glacie pigra ubi vipera,
Sarmentis laqueos corporis implicans:

Qua postquam intepuit fomite fumeo,
Laxavitque ferox colla rigentia,

25

Jam flecti facilis, rettulit ad manum
Vibrato capite spicula dentium.

Haerentem digiti vulnere mordicus,
Pendentemque gerens Paulus inhorruit.

30

Exclamant alii, quod cute livida
Virus mortiferum serpere crederent.

At non intrepidum terret Apostolum
Tristis tam subiti forma periculi:

Attollens oculos sidera suspicit,
Christum sub tacito pectore murmurans,

35

Excussumque procul decutit aspidem.
Abjectus coluber verberat aera,
Atque oris patuli solvit acumina.

Mox omnis sanies deserit & dolor,
Ceum nullo laceram vulnere, dexteram:

40

Siccatusque perit vipereus liquor.
Hydrum praecipitem dum rotat inpectus,
Arsumum mediis intulit ignibus.

Sic nunc post hiemem vinque trucidis freti,
Quo jactata ratis tunc Sapienciae est,

45

Cum sub sacra Regibus,
Vix passus poterat currere carbaso,

Adfictosque suos turbine saeculi
Vectarat, rabidis fluctibus innataus,

50

Morsum vulnificum lex pia pertulit:
Occultabat enim se prius abditum

Virus, nec gravidum protulerat caput,

Con-

Contentum involucri atque cubilibus
Subter comprimere iussa silentia. 55

Sed, dum fortè læta si impietas riget,
Dextram iustitiæ gra mo morderat,
Succensi stomacho fellis inæstuans.
Heu, quàm Catholicam nil propè profuit
Puppem nasse sacri remigio stili : 60

Quem Paulus variis gentibus edidit !
Vix portu placido tuta quieverat
Victrix edomitæ mille furoribus :
Vix adstricta suis jam retinaculis
Vectores stabili condiderat solo : 65
Erumpit subito triste periculum.

Nam, dum præcalidos igniculos sibi
Solvendis adolent & senio & gelu,
Dum virgas steriles atque superfluas
Flammis de fidei palmite concremant. 70

Ut concreta vagis vinea crinibus.
Silvosi inluviem poneret idoli,
Palpavit nimius perniciem tepor.
Seps insueta subit serpere flexibus,
Et vibrare sagax eloquii caput : 75

Sed dextra inpatiens vulneris inritos
Oris rhetorici depulit halitus.
Effusum ingenii virus inaniter
Summâ Christicolis in cute substitit.

Salvator generis Romulei, precor, 80
Qui cunctis veniam das pereuntibus,
Qui nullum statuis non, operis tui
Mortalem, facili quærentes manu :
Hujus, si potis est, jam miserescito
Præruptam in foveam præcipitis viri. 85

Spirat sacrilegis flatibus iuscus,
Erroresque suos indocilis fovet.
Obtestor, jubeas, ne citus inpetus
Arsum mediis inferat ignibus.

AURELII PRUDENTII
AURELII PRUDENTII
CLEMENTIS V. CL.

CONTRA

SYMMACHI ORATIONEM

LIB. I.

Credebam vitiis ægram gentilibus Urbem
Jam satis antiqui pepulisse pericula morbi,
Nec quidquam restare mali, postquam medicina
Principis inmodicos sedarat in arce dolores.
Sed, quoniam renovata lues turbare salutem
Temptat Romulidum, Patris inploranda medella
est,

Ne sinat antiquo Romam squalere veterno,
Neve togas procerum fumoque & sanguine tingui.
Iuclitus ergo Parens patriæ, moderator & orbis,
Nil egit prohibendo, vagas ne pristinus error
Crederet esse deum nigrante sub aëre formas?
Aut elementorum naturam, quæ Patris ars est
Omnigeni, summâ pro maiestate sacraret?
Vir solus, cui cura fuit, ne publica morum
Plaga cicatricem summâ leviter cute clausam,
Duceret, & latebram tabentis vulneris altè
Inpressam, penitusque putri de pure peresam,
Juncta superficies medico fallente soveret.
Sed studuit, quòd p[ro]p[ri]etatis generosior intus
Viveret, atque animam letali peste piatam
Nosset ab interno tutam servare veneno.
Illa tyrannorum fuerat medicina, videre
Qui status ante oculos presentibus ac perituris
Conpeteret rebus, nec curam adhibere futuris.
Ten, malè de populo meriti, malè Patribus ipsis

Blan-

Blanditi! quos præcipite in Tartara mergi
 Cum Jove siverunt, & cum plebe deorum.
 At hic imperium præcedit latius ævo
 Posteriore, suis cupiens sancire salutem:
 Niunirum pulchrè quondam doctissimus, Esset 30
 Publica res, inquit, tunc fortunata satis, si
 Vel Reges saperent, vel regnarent sapientes.
 Est-ne ille è numero paucorum, qui diadema
 Sortiti ætheriæ coluerunt dogma sopheriæ?
 Contigit ecce hominum generi, gentique togatæ 35
 Dux sapiens. felix nostræ res publica Romæ
 Justitiâ regnante viget, parete magistro
 Sceptra gubernanti: monet, ut teterimus error,
 Utque superstitio veterum procul absit avorum,
 Nec putet esse Deum, nisi qui super omnia sum-
 mus 40

Emincat, magnique inmensa creaverit orbis.
 Num melius Saturnus avos rexisse Latinos
 Creditur, edictis qui talibus informavit
 Agrestes animos, & barbara corda virorum?
 Sum Deus: advenio fugiens: præbete latebras, 45
 Occultate senem, nati feritate tyranni
 Dejectum folio. placet, hic fugitivus & exsul
 Ut lateam: genti atque loco Latium dabo nomen.
 Vitibus incurvum, si qua est ea cura, putandis
 Procudam chalybem, necnon & mœnia vestri 50
 Fluminis in ripâ statuam Saturnia vobis.
 Vos nemus, adpositasque in eo sub honore sacrantes
 (Sum quianam Cælo genitus) celebrabitis aras.
 Inde deos, quorum patria ipsorum repulsa
 Scimus, in ære hebetes informavere minores: 55
 Advena quos profugus gignens, & equina libido
 Intulit Italiæ: Tuscis namque ille puellis
 Primus adhinnivit simulato numine mœchus.

Mox patre deterior silvosi habitator Olympi
 Juppiter, incestâ spurcavit labe Lacænas:

6r
 Ni/c

Nunc bove subvectam rapta ad crimen amatam :
 Nunc tener ac plumâ levior undosque susurros
 In morem recinens suavè in orientis oloris :
 Capta quibus volucrem virgula ferret amorem.
 Nunc foribus surdis, sera quas vel pessulus artis 65
 Firmarant cuncis, per tectum dives amator
 Imbricibus ruptis, undantis desuper auri
 Infundens pluviam gremio excipientis amicæ :
 Armigro modo sordidulam curante rapinam,
 Compressu in mundo miserum adficiens catami-
 tum 70

Pælice jam puero magis indignante sorote.
 Hac caussa est & origo mali, quod sæcla vetusto
 Hospite regnante crudus stupor aurea finxit,
 Quodque novo ingenio versutus Juppiter astus
 Multiplices variosque dolos texebat, ut illum 75
 Vertere cum vellet pellem faciemque, putarent
 Esse bovem, prædari aquilam, concumbere cyenum,
 Et nummos fieri, & gremium penetrare puellæ.
 Nam quid rusticitas non crederet indomitorum
 Stultâ virum, pecudes inter ritusque ferinos 80
 Dedere sueta animum diæ rationis egenum?
 In quamcunque fidem nebulonis callida traxit
 Nequitia, infelix facilem gens præbuit aurem.

Successit Jovis imperio corruptior ætas :
 Quæ docuit rigidos vitiis servire colonos, 85
 Expertes furandi homines. hac inbuit arte
 Mercurius Maiâ genitus : nunc magnus habetur
 Jlle deus, cujus dedit experientia fures :
 Nèc non in ætate docuimus ille magia
 Traditur exstinctas sumtæ modicamine virgæ 90
 In lucem revocasse animas, Cocytia lecti
 Jura resignasse, sursum revolantibus Umbris :
 Ast alias damnasse neci, penitusque latenti
 Inmersisse Chao. facit hoc ad utrumque peritus
 Ut fuerit, geminoque armarit crimine vitam : 95

Murmure nam magico totæ excire figuras,
 Atque sepulcrales scintillæ tantare favillas,
 Vitæ itidem spoliare aliam ars noxia novit.
 Artificem scelerum simulæ mirata vetustas
 Supra hominem colitur, simulans per nubila fer-
 ri, 100

Aligerisque leves pedibus transcurrere ventos.
 Ecce deum in numero formatus & æneus adstat
 Graius homo, augustaque Numæ præfulget in arce.
 Strenuus exculi dominius quidam fuit agri,
 Hortorumque opibus memorabilis. hic tamen i-
 dem 105

Scortator nimius, multaque libidine suetus
 Rusticulas vexare lupas, interque salicta
 Et densas sæpes obscena cubilia iuire :
 Ludomitum intendens animû, semperque paratum
 Ad facinus, nunquam calidis dabat otia venis. 110
 Hic deus è patrio prænobilis Helleponto
 Venit adusque Italos sacris cum turpibus hortos :
 Sinum lactis, & hæc vororum liba quotaunis
 Accipit, ac ruris servat vineta Sabini,
 Turpiter adfixo pudeat quem visere ramo. 115

Herculeus mollis pueri famosus amore
 Ardor, & in transtris jactatâ efferbuit Argo.
 Nec maris erubuit Nemeâ sub pelle fovere
 Concubitus, & Hylan pereuntem quarere cælebs.
 Nunc Saliis, cantuque domus Pinaria templum 120
 Collis Aventini conyexâ in sede frequentat.

Thebanus juvenis superatis sit deus Indis,
 Successu dum victor ovans lætatur, & ardua
 Captivæ gentis revehit, spoliisque superbus
 Diffluit in luxum cum semiviro comitatu; 125
 Atque avidus vini multo se proluit haustu,
 Gemmantis pateræ spumis mustoque Falerno
 Perfundens bijugum rorantia terga ferarum.
 His nunc pro meritis Baccho caper omnibus aris

Creditur, & virides discunt ore chelydros, 130
Qui Bromium placate vocant: quod & ebria jam
tunc

Ante oculos Regis Satyrorum insania fecit,
Et fecisse reor stimulis furialibus ipsas
Manadas, inflammante mero in scelus omne rota-
tas.

Hoc circum saltante choro, temulentus adulter 135
Invenit expositum secreti in litoris acta
Corporis egregii scortum: quod perfidus illic
Liquerat, incesto juvenis satiatus amore.

Hanc jubet adsumtam, fervens post vina, Nearam
Secum in deliciis fluitantis stare triumpho, 140
Regalemque decus capitis gestare coronam.

Mox Ariadnaus stellis caelestibus ignis
Additur: hoc pretium noctis persolvit honore
Liber, ut aetherium meretrix inluminet axem.

Tantum posse omnes illo sub tempore Reges, 145
Indocilis fatui ducebat ineptia vulgi,
Ut transire suis cum sordibus Induperator
Possit in aeternum caeli super ardua regnum.

Regia tunc omnis vim majestatis, & omnis,
Parva licet, caeli imperium retinere potestas 150
Credita. ture etiam Ducibus, parvoque sacello
Impertitus honos: quem dum metus, aut amor,
aut spes

Adcumulant, longum miseris processit in avum .
Mos patrius. coepit falsa pietatis imago
Tum quia, quae vivis veneratio Regibus antea 155
Contigerat, functis eadem jam munere lucis
Cessit, & ad nigras altaria transtulit urnas.

Inde puellarum ludibria, pignera, partus,
Et furtivus amor juvenum, & deprensa jugalis 160
Corruptela tori: quoniam regalibus aula
Fervere tunc vitiis solita est. nec perdit luxu

Divorum suboles sancti meminisse pudoris.

Atque ut, Roma, cælesti ex sede parentes,
Quis te semideam jam tunc auctoribus ortam, 165
Præstringam breviter gradivum vel Cytherean.

Ille sacerdotem violat: contra illa marito
Succumbit Phrygio. coitus fuit inpar utrique.
Nec terrestre Deam decuit mortalis obire
Conjugium, nec calicolam descendere ephebum 170

Virginis ad vitium, furtivoque igne calere.
Sed Venus augusto de sanguine femina, vili
Privatoque viro vetitum per dedecus hæsit.

Et, si Rhea sacram lascivi Martis amore
Lusa pudicitiam fluviali amisit in ulvâ, 175
Crediderim generosæ aliquem stirpis, sed eundem

Moribus infamem, compressâ virgine per vim,
Se dixisse Deum: ne stuprum numinis ullus
Objicere auderet turpi miseræque puella.

Hæc Italos induxit avos vel fama vel error, 180
Martia Romuleo celebrarent ut sacra Campo:
Utque Palatinis Capitolia condita faxis

Signarent titulo proavi Jovis, atque Pelasga
Palladis, & Libycâ Junonem ex arce vocarent.
Cognatos de Marte deos, Veneris quoque nu-

dum 185

Accirent proceres Erycino è vertice signum.
Utque deum mater Phrygiâ veheretur ab Idâ:
Bacchica de viridi peterentur ut Orgia Naxo:

Facta est terrigenæ domus unica majestatis,
Et tot templa deum Romæ, quot in orbis
era 190

Heroum numerare licet: quos fabula Manes
Nobilitat, noster populus veneratus adorat.
Hos habuere deos Ancus, Numitor, Numa, Tullus.

Talia Pergameas fugerunt numina flammæ.
Sic Vesta est, sic Palladium, sic umbra Penatum, 195
Talis & antiquum servavit terror Asylum.

M Ut

Ut semel obsedit genae a pectora pattum
 Vana superstitio, non interitus succurrit
 Ætatum per mille gradus. tunc horruit heres,
 Et coluit, quidquid sibi metusabile cani 200
 Monstrarant atavi. puerorum infantia primo
 Errorem cum lacte bibit: gustaverat inter
 Vagitus de farre mola: saxa inlita eeris
 Viderat, unguentoque Lares humescere nigros.
 Formatum Fortuux habitum cum divite cornu, 205
 Saeratumque domi lapideum consistere parvus
 Spectarat, matremque illic pallere precantem.
 Mox, humeris positus nutricis, trivit & ipse
 Inpressis filicem labris: puerilia vota
 Fudit, opesque sibi exca de rupe poposeit: 210
 Persuasumque habuit, quod quis velit, inde pe-
 tendum.

Numquam oculos animumque levans rationis ad
 areem

Rettulit: infusum tenuit sed credulus usum,
 Privatos celebrans agnorum sanguine divos.

Jamque domo egrediens, ut publica festa dief-
 que 215

Et ludos stupuit, eelsa & Capitolia vidit,
 Laurigerosque deum templis adstare ministros,
 Ae Sacram resonare Viam mugitibus, ante
 Delubrum Romæ (colitur nam sanguine & ipsa
 More deæ, nomenque loci, eeu numen, habetur: 220
 Atque Urbis Venerisque pari se eulmine tollunt
 Vera ratus, quæcumque fiant auctore Senatu,
 Contulit ad simulaera fidem, dominosque pu-
 tavit

Ætheris, hortifeco qui stant ex ordine vultu. 225

Illie Alcides, spoliatis Gadibus, hospes
 Areadiæ fulvo ære riget: gemini quoque fratres

Cor.

Erroris causa.

Corruptâ de matre noxia, Ledeia proles,
 Nocturnique equitibus, Iulia duo numina Romæ
 Independent retinente, Magnique triumpho 230
 Nuntia suffuso figuræ vestigia plumbo.
 Adstunt etiam præcorum insignia Regum,
 Tros, Italus, Janusque bifrons, genitorque Sabinus
 Saturnusque senex, maculoso & corpore Picus,
 Conjugis epotum sparsus per membra venenum. 235
 Omnibus ante pedes posita est sua cuique sordens
 Arula. Jano etiam celebri de mense litatur
 Auspiciis epulisque sacris; quas inveterato,
 Heu miseti, sub honore agitant, & gaudia ducunt
 Festa Kalendarum. sic observatio crevit, 240
 Ex atavis quondam male cœpta: deinde secutis
 Tradita temporibus, serisque nepotibus aucta,
 Traxerunt longam corda inconsulta catenam,
 Mosque tenëbrosus vitiosa in sæcula fluxit.

Hunc morem veterū docili jam ætate secuta 245
 Posteritas, mense, atque adytis, & flamine, & aris
 Augustum coluit; vitulo placavit & agno.
 Strata ad pulvinar jacuit: responsa poposcit.
 Testantur tituli, produnt consulta Senatûs,
 Casareum Jovis ad speciem statuentia templū. 250

Adicere sacrum, fieret quo Livia Juno,
 Non minus infamis thalami sortita cubile,
 Quam cum fraterno caluit Saturnia lecto.
 Nondum maternam partu vacuaverat alvum,
 Conceptamque viti subolem paritura gerebat 255
 Pronuba; jam gravida fulcrum geniale paravit
 Jam sponsus, saliente utero innocens, amicos
 Advocat, haud sterilem certus fore jam sibi partam.
 Vitricus antevenit tardum præfervidus ortum
 Privigni nondum geniti: mox editur inter 260
 Fescennina novo proles aliena marito.
 Idque deum sortes, id Apollinis antra dederunt
 Consilium: numquam melius nam cedere tad

Responsum est, quàm cetera pragnans nova nupta
jugatur.

Hanc tibi, Roma, deam titulis & honore sacra-
tam

265

Perpetuo, Floras inter Venerisque creasti.
Nec mirum, quis enim sapiens dubitaverit illas
Mortali de stirpe fatas vixisse, & easdem
Laude venustatis claras, in amoribus, usque
Ad famæ excidium, formæ nituisse decore? 270

Quid loquar Antinoum caelesti in sede locatum?
Illum delicias nunc Divi Principis: illum
Purpureo in gremio spoliatum sorte virili,
Hadriani que Dei Ganymedem, non cyathos dis
Porgere, sed medio recubantem cum Jove ful-
cro,

275

Nectatis ambrosii sacrum potare Lyæum,
Cumque suo in templis vota exaudire marito?
Ergo his auspiciis, Traianus, Nerva, Severus,
Et Titus, & fortes gesserunt bella Neronis?
Quos terrena viros inlustres gloria fecit,
Et virtus fragilis provexit in ardua famæ
Adscitæ terris, sub religione jacentis.

280

Quàm pudet hoc illis persuasum, talibus ut se;
Romanasque acies censerent Martis amore
Possè regi, dum se Paphiæ malè blandus adulter
Venditat, Æneadasque suos successibus auget? 285

Felices, si cuncta Deo sua prospera Christo
Principe disposita scissent! qui currere regna
Crescere, & impletis voluit se infundere sacris. 290

Sed caligantes animas & luce carentes,
In Jovis Augustique adytis, templisque duarum
Junonum, Martisque etiam Venerisque facellis
Mactatas tætro leti immergere barathro,
Supremum regimen crassis in partibus orbis 295
Te rati, mersoque poli consistere fundo.

Quid-

Quidquid humus, quidquid pelagus mirabile
gignunt,

Induxere Deos: colle freta, flumina, flammæ.

Hæc sibi per varias præcipitata clementa figuras

Constituere patres, hominumque vocabula mu-
tis 300

Scribserunt statuis, vel Neptunum vocitantes

Oceanum, vel cyaneas cava flumina Nymphas,

Vel silvas Dryadas, vel devia rura Napæas.

Ipsè ignis, nostrum factus qui servit ad usum,

Vulcanus perhibetur, & in virtute supernâ 305

Fingitur, ac delubra Deus, & nomine & ore

Adsimulatus, habet: nec non regnare caminis

Fertur; & Æoliæ summus faber esse, vel Ætneæ.

Est, qui conspicuis Superos quæsit in astris,

Ausus habere Deum Solem; cui tramite certo 310

Conditio inposita est, vigilem tolerare laborem,

Visibus objectum mortalibus, orbe rotundo

Præcipitem, teretique globo per inane volantem;

Et, quod nemo negat, mundo cæloque minorem.

Area major enim, quàm qui percurrit in illâ, 315

Et longè campi spatium diffusius, in quo

Emicat, ac volucris fervens rota volvitur axe.

Quamvis non nullis placeat, terram brevior

Dicere circuitu, quàm sit pulcherrimus ille

Circulus, & flammæ immensi sideris, ultra 320

Telluris normam, porrecto extendere gyro.

Numne etiam cæli minor & contractior orbis;

Cujus planitiem longo tra-

Circinus excurrrens metâ interiore laborat?

Ille Deus vernus; quo non est grandior ulla 325

Materies, qui sine caret, qui præsidet omni

Naturæ, qui cuncta simul concludit & inplet.

Solem certa tenet regio, plaga certa coërcet,

Temporibus variis distinguitur: aut subit ortu,

Aut ruit occasu, latet aut sub nocte recurrens:

Nec torquere facem potis, haud signa Trionum,
Orbe nec obliquo portas Aeneas adire,
Nec solitum conversus iter recitare retrorsum.

Hic erit ergo Deus, praescripti tibi sub unâ

Deditus officiis? libertas laxior ipsi 335

Concessa est homini: formam cui flectere vitæ,
Atque voluntatis licitum est, seu tramite dextro
Scandere, seu lato malit decurrere campo,
Sumere seu requiem, seu continuare laborem,
Seu parère Deo, sive in contraria verti. 340

Ista ministranti regimen sollemine dierum

Haudquaquam Soli datur à factore potestas:

Sed famulus subjectus agit, quodcumque necesse est.

Hoc fidus currum, rapidasque agitare quadrigas

Commenti, & radios capitis, & verbera dextræ, 345

Et frenos, falerasque, & equorum pectora anhela

Feris inaurati, vel marmoris, aut orichalci,

Iusserunt nitido fulgere polita metallo.

Post trabeas, & eburnam aquilam, sellamque cu-
rulem,

Cernuat ora senex barbatus, & oscula figit 350

Cruribus anipedum, si fas est credere, equorum:

Inmotasque rotas, & flecti nescia lora

Aut ornat redimita rotis, aut ture vaporat.

Hoc tamen utcumque est tolerabile. quid, quod

& ipsæ

Dant tibi, Roma, deos inferni gurgitis umbræ? 355

Eumenidum domina Stygio caput exserit antro,

Proserpina Regis:

Et, si quando suos dignatur adire Quirites,

Placatur vacca sterilis cervice resectâ,

Et regnare simul caloque Hereboque putatur: 360

Nunc bigas frenare boves, nunc sava sororum

Agmina vipereo Superis inmittere flagro,

Nunc etiam volucres caprearum in terga sagittas

Spargere, terque suas eadem variare figuras.

Deni

Denique cum Luna est, illustri splendet amictu: 335

Cum succincta jacet, Latonia virgo est:

Cum subnixa sedet, Plutonia conjunx

Imperitat Furiis, & stat jura Megeræ.

Si verum quæris, Furiæ sub nomine dæmon

Tartareus colitur: qui te modo raptat ad æthrâ, 370

Sidereoque Deum venerandum suadet in astro:

Per silvas modo mortiferi discurrere mundi,

Erroresque sequi subigit, nemorumque putare

Esse Deam, quæ corda hominum pavitania figat,

Quæque feras perimat letali vulnere mentes: 375

Depressos modo subter humum formidine sensus

Obruit, inplorent ut numina lucis egena,

Seque potestati committant noctis opertæ.

Respice terrifici scelerata sacraria Ditis:

Cui cadit infaustâ fusus gladiator harenâ, 380

Heu, male lustratæ Phlegethontia victima Romæ.

Nam quid vâsani sibi vult ars inopia ludi?

Quid mortes juvenum? quid sanguine pasta vo-
luptas?

Quid pulvis caveæ semper funebris, & illa

Amphitheatralis spectacula tristia pompæ? 385

Nempe Charon, jugulis miserorum se duce dignas

Accipit inferias, placatus erimine sacro.

Hæ sunt deliciæ Jovis infernalis: in istis

Arbiter obscuri placidus requiescit Averni.

Nonne pudet regem populum sceptrisque poten-
tem 390

Talia pro patriæ censere litanda salute?

Relligionis opem subternis:

Evocat, heu, pœnis tenebrosâ ex sede ministrum

Interiûs, speciosa hominum cui funera solvat.

In cassum arguere jam Taurica sacra solemus: 395

Funditur humanus Latiani in munere sanguis,

Confessusque ille spectantum solvit ad aram

Plutonis fera vota sui. quid sanctius arâ,

Quæ bibit egestum per myrica tela cruorem ?

Anne fides dubia est tibi, fulgure nigrae cæcæ 400

Esse Deum, quem tu tacitis in ætheris in umbris ?

Ecce, deos Manes cur infitiamur eberi ?

Ipsa patrum monumenta probant : Dīs Manibus
illic

Marmora secta lego, quacumque Latina vetustos

Custodit cineres, dentisque Salaria bustis. 405

Dic, quibus hunc scribis titulum : nisi quod tru-
cis Orci

Imperium, veræ ceu majestatis, adoras ?

En quibus implicata squalebat regia summi

Imperii, tractis majorum ab origine sacris.

Cùm Princeps, gemini bis victor cæde tyranni, 410

Pulchra triumphali respexit mœnia vultu :

Nubibus obsessam nigrantibus adspicit urbem,

Noctis obumbratæ caligine. turbidus aër

Arcebat liquidum septenâ ex arce serenum.

Ingemuit miserans, & sic ait : Exue tristes, 415

Fida parens, habitus. equidem prædivite cultu

Inlustrata cluis, spoliisque insigne superbis

Attollis caput, & multo circumfluis auro.

Sed nebulis propter volitantibus obsitus alti

Verticis horret apex : ipsas quoque livida gem-
mas 420

Lux hebetat, spissusque dies : & fumus ab ora

Suffusus rutilum frontis diadema retundit.

Obscuras video tibi circumferrier Umbras,
Sunt hæc idola nigra volare.

Cenleo, nonnem tollas super aëra vultum; 425

Sub pedibusque tuis nimbose eiementa relinquant.

Omne, quod ex mundo est, tibi subjacet : hoc Deus
ipse

Constituit; cujus nutu dominaris, & orbi

Imperitas, & cuncta potens mortalia calcas.

Decet, ut summissa oculos Regina caducū 430

Con-

Contemplere solum, nec statemque requiras
 Circa humiles rerum artes, quibus ipsa superbas.
 Non patiar, veteres tibi scias ut me duce nugas;
 Ut cariosorum veneris monstra deorum.
 Si lapis est, senio dissolvitur, aut crepat ictu 435
 Percussus tenui: mollis si brattea gypsum
 Texerat, infido rarefcit glutine sensum.
 Si formam statuæ lammis commisit ænīs
 Lima tetens; aut in partem cava membra gravato
 Pondere curvantur; scabra aut ærugo peresam 440
 Conficit effigiem, crebroque foraminē rumpit,
 Nec tibi terra Deus, cæli nec sit deus astrum.
 Nec Deus Oceanus, nec vis, quæ subter operta est,
 Infernis triste ob meritum damnata tenêbris.
 Sed nec virtutes hominum Deus, aut animarum, 445
 Spirituumve, vagæ tenui sub imagine formæ.
 Absit, ut Umbra Deus tibi sit, Geniuseve, locusve,
 Aut Dens æriæ volitans phantasma per auras.
 Sint hæc barbaricis gentilia numina pagis:
 Quos penes omne sacrum est, quidquid formido
 tremendum 450
 Suaferit; horricos quos prodigialia cogunt
 Credete monstra Deos, quos sanguinolentus edendi
 Mos juvat, ut pinguis luco lanietur in alto
 Victima, visceribus multa inter vina vorandis.
 At te, quæ domitis leges ac jura dedisti 455
 Genribus, instituens, magnus quâ tenditur orbis,
 Armorum morumque feros mansuescere ritus,
 Indignum ac miserum est, in religione tenenda
 Hoc sapere, inmanes populi de more tenentis
 Quod sapiunt, nullâq; rudes ratione sequuntur. 460
 Seu nos procinctus maneat, seu pace quietas
 Dicemus leges, seu debellata duorum
 Colla tyrannorum mediâ calcemus in Urbe:
 Agnoscas, Regina, libens mea signa necesse est:
 In quibus effigies Crucis aut gemmata refulget,

Aut longis solido ex auro fertur in hastis.
 * Hoc signo invictus, trans Alpibus ultor,
 Servitium solvit miserabile Constantinus.
 Cùm te pestiferâ premeret Maecentius aula,
 Lugebas longo damnatos carcere centum, 470
 Ut scis ipsa, Patres. aut sponsus fœdera pactæ
 Intercepta gemens, diroque satellite rapta,
 Immerfus tenebris dura inter vincula flebat :
 Aut si nupta, torum Regis conscendere iussa,
 Cœperat impurum domini oblectare furorem, 475
 Morte maritalis dabat indignatio pœnas.
 Plena puellarum patribus ergastula sævi
 Principis. abductâ genitor si virgine mussans
 Tristius ingemuit; non ille impunè dolorem
 Prodidit, aut confessa animis suspiria traxit; 480
 [Vim libertatis nimix, patriumque dolorem.]
 Testis Christicolæ ducis adventantis ad Urbem
 Mulvius, exceptum Tiberina in stagna tyrannum
 Præcipitans, quanam victricia viderit arma
 Majestate regi, quod signum dextera vindex 485
 Prætulerit, quali radiarint stemmate pila.
 Christus purpureum, gemmanti textus in auro,
 Signabat labarum : clipeorum insignia Christus
 Scribserat : ardebat summis Crux addita cristis.
 Ipse Senatorum meminit clarissimus ordo : 490
 Qui tunc concreto processit crine, catenis
 Squalens carcereis, aut nexus conpede vastâ,
 Complexusque pedes victoris, ad inclita flendo
 Vexilla iacens, tunc ille Senatus
 Militia universi, Christi que verendum 495
 Nomen adoravit, quod conlucebat in armis.
 Ergo eave, egregium caput orbis, inania posthac
 Prodigia & Latvas stolido tibi fingere cultu,
 Atque experta Dei virtutem spernere veri.
 Deponas jam festa velim puerilia, ritus 500

Ridi-

Crucis potentia.

Ridiculos, tantoque magna sacra regno.
 Marmora tabenti pergerine tincta lavate,
 O proceres: liceat stellas consistere puras,
 Artificum magnorum opera. hæ pulcherrima nostræ
 Ornamenta eluant patriæ, nec decolor usus 505
 In vitium versa monumenta coinquinet artis.

Talibus edictis Urbs informata refugit
 Errores veteres, & turbida ab ore vieto
 Nubila discussit, jam nobilitate paratâ
 Æternas temptare vias, Christumque vocante 510
 Magnanimo ductore sequi, & spem mittere in ævum.
 Tunc primum senio docilis sua sacula Roma
 Erubuit. pudet exacti jam temporis: odit
 Præteritos fœdis cum relligionibus annos.
 Mox, ubi, contiguos fossis muralibus agros 515
 Sanguine justorum innocuo maduisse recordans,
 Invidiosa videt tumulorum milia circum,
 Tristis iudicii mage pœnitet, ac dicionis
 Effrenis, nimiaque sacris pro turpibus ira:
 Compensare cupit tæterrima vulnera læsæ 520
 Justitiæ sero obsequio veniâque petendâ:
 Ne tanto imperio maneat, pietate repulsâ,
 Crimen sævitæ, monstrata piacula quærit,
 Inque fidem Christi pleno transfertur amore.
 Laurea victoris Marii minus utilis Urbi, 525
 Cùm traheret Numidam populo plaudente Jugur-
 tham:

Nec tantum Arpinas Consul tibi, Roma, medellæ
 Contulit, exstincto iusta inter vincula Cethegi
 Quantum præcipuus nostrorum tempore princeps
 Prospexit tribuitque boni. multos Catilinas 530
 Ille domo pepulit: non sæva incendia tectis,
 Aut fidas Patribus, sed Tartara nigra animabus,
 Internoque hominum statui tormenta parantes.
 Errabant hostes per templa, per atria passim;
 Romanumq; forum, & Capitolia celsa tenebant;

Qui conjuratas ipsa ad vitam plebis
 Moliti insidias, intus serpens veneno
 Consuerant tacitis pestem mittere medullis.
 Ergo triumphator latitanti ex hinc te togatus
 Clara tropæa refert sine sanguine, remque Quiri-

ni

540

Adsuêscit supero pollere in sæcula regno.
 Denique nec metas statuit, nec tempora ponit:
 Imperium sine fine docet, ne Romula virtus
 Jam sit anus, norit ne gloria parta senectam.

Exsultare Patres videas, pulcherrima mundi 545
 Lumina, conciliumque senum gestire Catonum,
 Candidiore togâ niveum pietatis amictum
 Sumere, & exuvias deponere pontificales.
 Jamque ruit, paucis Tarpeiâ in rupe relicta,
 Ad sincera virûm penetralia Nazareorum, 550
 Atque ad Apostolicos Evandria Curia fontes,
 Anniadum suboles, & pignera clara Proborum:
 Fertur enim ante alios generosus Anicius Urbis
 Inlustrasse caput. sic se Roma inclita jactat.
 Quin & Olybriaci generisque & nominis heres 555
 Adjectus fastis, palmata insignis abollâ,
 Martyris ante fores Bruti summittere fasces
 Ambient, & Ausoniam Christo inclinare securem.
 Non Paulinorum, non Bassorum dubitavit
 Prompta fides dare se Christo, stirpemque superbâ 560
 Gentis patriciæ venturo attollere saclo.
 Jam quid plebicolas percurram carmine Graccos,
 & potestatis fultos, & in arce Senatûs
 Præcipua cum jussisse revelli,
 Cumque suis pariter licitoribus omnipotenti 565
 Suppliciter Christo se consêcrasse regendos?
 Sexcentis numerare domos de sanguine prisco
 Nobilium licet, ad Christi signacula versas,
 Turpis ab idoli vasto emersisse profundo.
 Si persona aliqua est, aut si status urbis in his est: 570

Si

Si formam patriæ facit excellentior ordo :
 Hi faciunt, juncta est motiens sententia plebis,
 Atque unum sapiunt iures simul ac potiores.
 Respice ad inlustrem : aux est ubi publica, cellam :
 Vix pauca invenies gentilibus obsita nugis 575
 Ingenia, obtritros ægrè retinentia culrus,
 Et quibus exactas placeat servare tenêbras,
 Splendenremque die medio non cernere Solem.

Post hinc ad populum converte oculos. quota
 pars est,

Quæ Jovis infectam fanie non despuat aram? 580
 Omnis qui celsa scandit cœnacula vulgus,
 Quique terit silicem variis discursibus atram,
 Et quem panis alit gradibus dispensus ab altis:
 Aut Vaticano tumulum sub monte frequentat,
 Quo cinis ille latet genitoris amabilis obses ; 585
 Cœribus aut magnis Lateranas currit ad ædes,
 Unde sacrum refertat regali chrismate signum.

Et dubitamus adhuc Romam tibi, Christe, dicatam
 In leges transisse tuas ? omnique volentem
 Cum populo & summis cum civibus, ardua ma-
 gni 590

Jam super astra poli terrenum extendere regnum?
 Nec moveor, quod pars hominum rarissima clausos
 Non aperit sub luce oculos, & gressibus errat.
 Quamlibet inlustres meritis, & sanguine clari
 Præmia virtutum titulis & honoribus aucti 595
 Ardua rettulerint, fastorumque arce potiti
 Annales proprio signarint nomine chartas.

Atque inter veteres cerâ numerantur
 Attamen in paucis, jam deficere catervâ,
 Nec persona sita est patriæ, nec curia constat ; 600
 Et quodcunque fovet studii privata voluntas,
 Ac jam rara tenet : sed publica vota reclamant,
 Dissensu celebri trepidum damnantia murmur.
 Sic consulta Patrum subsistere conscriptorum,

Non aliter licitum prius sub tempore, quàm si
 Tercentum sensisse senes loquerentur in unum :
 Servemus leges patrias : infama minoris
 Vox cedat numeri, parvâque in parte filescat.

Adspice, quàm pleno subse
 nostra senatu
 Decernant infame Jovis pulvinar, & omne
 Idolium, longè purgatâ ex Urbe fugandum. 610

Quà vocat egregii sententia Principis, illuc
 Libera cum pedibus tum corde frequentia transit.
 Nec locus invidiæ est. nullum vis aspera terret ;
 Ante oculos sic velle patet, cunctique p̄obatum, 615
 Non jussum, solâ capti ratione sequuntur.

Denique pro meritis terrestribus æqua rependens
 Munera sacricolis summos impertit honores
 Dux bonus, & certare finit cum laude suorum :
 Nec pago implicitos per debita culmina mundi 620
 Ire viros prohibet : quoniam cælestia nunquam
 Terrenis solitum per iter gradientibus obstant.

Ipsè magistratum tibi Consulis, ipsè tribunal
 Contulit, auratumque togæ donavit amictum,
 Cujus relligio tibi displicet, ô pereuntium 625

Adsertor divûm : solus qui restituendos
 Vulcani Martisque dolos Venerisque peroras,
 Saturnique senis lapides, Phœbique furores :
 Iliacæ matris Megalesia, Bacchica Nisi,

Ibidis amissum semper plangentis Osirim 630
 Mimica ridendaque suis sollempnia calvis,
 Et, quascumque solent Capitolia claudere, larvas.

Quinquam miro verborum fonte fluentem,
 Cui cedat & ipse
 Tullius, has fundit dives facundia gemmas ! 635

Os dignum, æterno tinctum quod fulgeat auro,
 Si mallet laudare Deum : cui sordida monstra
 Prætulit, & liquidam temeravit crimine vocem.
 Haud aliter, quàm si rastris quis temptet eburnis
 Cœnosum versare solum, limoque madentes 640

Excolere aureolis si forte peragonibus ulvas,
 Splendorem dentis, nitui scrobis inquinat atra,
 Et pretiosa acies squalenti sordet in arvo.

Non vereor, ne me nimium confidere quisquam
 Arguat, ingenii que putet luctamen inire. 645

Sum memor ipse mei; satis & mea frivola novi:
 Non ausim conferre pedem, nec spicula tantæ
 Indocilisfandi conjecta laceßere linguæ.

Inlæsus maneat liber, excellensque volumen
 Obtineat partam dicendi fulmine famam: 650

Sed liceat tectum servare à vulnere pectus,
 Oppositâque volans jaculum depellere parmâ.

Nam, si nostra fides sæclo jam tuta quieto,
 Viribus infestis hostili que arte petita est,

Cur mihi fas non sit, lateris sinuamine flexi 655
 Ludere ventosas jactu perennte sagittas?

Sed jam tempus, iter longi cohibere libelli;
 Ne tractum sine fine ferat fastidia carmen.





AURELII PRUDENTII
CLEMENTIS V. CL.
CONTRA
SYMMACHI ORATIONEM
PRÆFATIO IN LIBRUM II.

Simon, quem vocitant Petrum,
Summus discipulus Dei,
Lucis fortè sub exitu,
Cum vesper croceus rubet,
Curvam vulserat ancoram, 5
Captans flamina linteis,
Et transnare volens fretum :
Nox ventum movet obvium,
Fundo qui mare misceat,
Jactatam quatiat ratem. 10
Clamor nauticus æthera
Plangens atque ululans ferit,
Cum stridore rudentium :
Nec quidquam suberat spei,
Nec prope naufragis; 15
Cum Christum procul adspicit
Pallens turba periculis,
Calcantem pedibus mare,
Ac si per solidam viam
Siccum litus obambulet. 20
Hæc miracula ceteri

Vecto-

Vectores pavidi stupent.

Solus non trepidus Petrus

• Agnoscit Dominum poli,

Terræ, & vis invii: 25

Cujus omnipotentia est,

Plantis æquora subdere.

Tendit suppliciter manus,

Notum subsidium rogat.

Ast ille placidè adnuens, 30

Puppi ut defiliat, jubet.

Iustis obsequitur Petrus:

Sed vestigia fluctibus

Summis tinguere cœperat,

Et labante gradu pedes 35

Pessum mergere lubricos.

Mortalem Deus increpat,

Quod sit non stabili fide,

Nec calcare fluentia,

Nec Christum valeat sequi. 40

Tum dextrâ famulum levat,

Sistitque, & docet ingredi

Tergum per tumidum freti:

Sic me, tuta silentia

Egressum, dubiis loquax 45

Infert lingua periculis:

Non ut discipulum Petrum

Fidentem & merito & fide;

Sed quem culpa frequens levem

Volvat per freta naufragum

Sum planè temerarius,

Qui noctis mihi conscius,

Quam vitæ in tenebris ago,

Suppem credere fluctibus

Tanti non timeam viri; 55

Quo nunc nemo disferrior

Exlultat, fremit, intonat,

AURELII PRUDENTII

Ventis que eloquii tenet :
 Cui mersare facillimum est
 Tractanda indocilem ratis :
 Ni tu, Christe potens, iugum
 Dextro numine porrigas,
 Facundi oris ut inpetus
 Non me fluctibus obruat :
 Sed, sensim gradiens, vadis
 Insistam fluitantibus.

60

65

AURELII PRUDENTII
 CLEMENTIS V. CL.

CONTRA

SYMMACHI ORATIONEM

LIB. II.

HActenus & veterum cunabula prima deorum,
 Et causas, quibus error hebes conflatus in or-
 be est,
 Diximus, & nostro Romam jam credere Christo :
 Nunc objecta legam, nunc dictis dicta resellam.
 Unde igitur coepisse ferunt, aut ex quibus orsum, s
 Quo magis sancta Ducum corda inlice flecteret arte?

SYMMACHUS.

*Quis nam, Symmachus est barbaris, ut aram Victoria non
 requirat? Cauti in posterum sumus, & talium re-
 rum ostenta vitamus. Reddatur saltem nunc tibi ho-
 nor, qui numini denegatus est. Multa Victoriae debet
 aternitas vestra, & adhuc plura debet. Aversen-
 tur hanc potestatem, quibus nihil profuit. Vos mi-
 cum triumphis patrocinium nolite deserere. Cunctis
 pe-*

CONTRA SYMPHONICH. LIB. II. 83
*potentia ista votiva est. Nemo colendam neget, nam
profiteretur optandam.*

PRUDENTIUS.

Armorum dominos, vernantes flore juventæ,
Inter castra Patris genitos, sub imagine avitâ
Eductos, exempla domi congesta calentes,
Orator catus instigat, ceu classica belli 10
Clangeret: exacuitque animos, & talia jactat.

Si vobis vel parta, viri, Victoria cordi est,
Vel parienda dehinc; templum dea virgo sacratum
Obtineat, vobis regnantibus. ecquis amicus
Hostibus, hanc vestro sanctè negat esse colendam 15
Imperio, cui semper adest, quod laudibus inplet?

Hæc ubi legatus; reddunt placidissima fratrum
Ora Ducum: Scimus, quàm sit Victoria dulcis
Fortibus, Ausonia vir facundissime linguæ:
Sed, quibus illa modis, quâ sit ratione vocanda, 20
Novimus. hæc primùm pueros pater inbuit arte:
Hanc genitore suo didicit puer ipse magistro.
Non aris, non farre mola: Victoria felix

Exorata venit: labor inpiger, aspera virtus,
Vis animi, excellens ardor, violentia, cura, 25
Hanc tribuunt, durum tractandis robur in armis.

Quæ si defuerint bellantibus, aurea quamvis
Marmoreo in templo rutilas Victoria pinnas
Explicet, & multis surgat formata talentis:
Non aderit, versisque offensa videbitur hastis. 30

Quid, miles, propriis diffusus viribus, optata
Inrita femineæ tibi met solatia formæ:
Numquam pinnigeram legio ferrata puellam
Vidit, inhelantum regeret quæ tela virorum.
Vincendi quæris dominam: sua cuique dextra est, 35
Et Deus omnipotens: non pexo crinè virago,
Nec nudo suspensa pede, strophioque revincta,
Nec tumidas fluitante sinu vestita papillas.

Aut

Aut ipsorum pictorum docuit manus, ad simulatis
 Jure p̄ctarum numen componere monstris : 40
 Aut lepida ex vestro sumsit pictura sacello,
 Quod variis imitata notis cer̄ve liquenti
 Duceret in faciem sociique poematis arte
 Aucta coloratis auderet ludere fucis.
 Sic unum sectantur iter, sic casta figuris 45
 Somnia concipiunt & Homerus, & acer Apelles,
 Et Numa: cognatumque malum pigmenta, Ca-
 menas,

Idola conflavit fallendi trina potestas.
 Hæc si non ita sunt; edatur, cur sacra vobis
 Ex tabulis cerisq̄ue poëtica fabula præstat? 50
 Cur Berecynthiacus perdit truncata sacerdos
 Inguina? cum pulchrum poësis castraverit Attin?
 Cur etiam templo Triviæ Incisq̄ue sacratis
 Cornipedes arcentur equi, cum Musa pudicum
 Raptarit juvenem volucris per litora curru, 55
 Idque etiam paries tibi verlicolorus adumbret?
 Desine, si pudor est, gentilis ineptia, tandem
 Res incorporeas simulatis fingere membris.
 Desine, terga hominis plumis obducere: frustra
 Fertur avis mulier, magnusque eadem dea vultur. 60
 Vis decorare tuum, ditissima Roma, Senatū?
 Suspende exuvias armis & sanguine captas:
 Congre cætorum viatrix diademata Regum:
 Frange repulsoꝝum fœda ornamenta deorum.
 Tunc tibi non terris tantum Victoria parta, 65
 Talia r̄cipiōus dicta interfantibus, ille

Persequitur, magnisque tubam concentibus inflat:
 Adlegat morem veterem: nil dulcius esse
 Adfirmat solitis; populosque hominesque tenari 70
 Lege suâ. Sicut variæ nascentibus, inquit,
 Contingunt pueris animæ: sic urbibus adfert
 Hæc diesque suis, cum primum mœnia surgunt,

Aut

Aut fatum, aut Genium, sed plus moderamine reserent.

Addit &, Arcanum rerum verique latèbras 75

Prosperitate aliquâ deprendi posse, secundi

Per documenta boni; si sint felicia, quæ quis

Experiendo probet: cessisse parentibus omne

Idolium semper feliciter, & pede dextro.

Enumerat longi vim temporis: excitat ipsam 80

Crinibus albentem niveis & fronte viêtam,

Ore reposcentem querulo sua numina, Romam.

Libera sum: liceat proprio mihi vivere more.

Ecquis erit, qui mille meos reprehenderit annos?

Uno omnes sub Sole siti, vegetamur eodem 85

Aère: communis cunctis viventibus aura.

Sed, qui sit qualisque Deus, diversa secuti

Quærimus, atque viis longè distantibus unum

Imus ad occultum. suus est mos cuique genti;

Per quod iter properans eat ad tam grande profun-

dum. 90

His tam magnificis, tantaque fluentibus arte,

Respondet vel sola Fides, doctissima primum

Pandere vestibulum veræ ad penetralia sectæ.

Nam, cùm divinis agimus de rebus, & illum,

Qui vel principio caruit, vel fine carebit, 95

Quique Chao anterior fuerit, mundumque creatit,

Conjectare animo contendimus, exigua est vis

Humani ingenii, tantoque angusta labori:

Quippe minor natura, aciem si intendere temptet |

Acrius, ac penetrare Dei secreta supremi. 100

Quis dubitet, victo fragilem lassescere visum

Vimque fatigatæ mentis sub pectore parvo

Turbari, invalidisque hebetem succumbere curis?

Sed facilis fidei via provocat, Omnipotentem

Credite; qui bona non tantùm præsentia donat; 105

Sed ventura etiam, longisque intermina sacris

Præmittit; ne totus eam resolutus inane

In nihilum, percamque brevem post luminis usum.

Munc-

Mu^{ris} auctorem ipso d^o munere pendas.

Ætest aternus tribuit, mortalia confert

110

Mortalis: divina Deus, peritura caducus.

Omnia quæ tempus peragit, quæque vitæ aufert,

Vilia sunt brevitæ sui, nec digna perenni

Largitore; cui propria est opulentia, numquam

Desinere, idque homini dare, quod non desinat

umquam.

115

Nam si corruptum corrupendumve Deus quid

Præstat, habetque nihil, quod sit pretiosius illis;

Pauper, & infirmus, & summo indignus honore,

Et non omnipotens, sed inanis Numinis umbra est.

Hac ratione Fides sapienter conjicit, immo

120

Non dubitat, verum esse Deum; qui, quod sumus,

& quod

Vivimus, inlæsum semper fore, si mereamur,

Nos sperare jubet. Cælestia si placet, inquit,

Scandere, terrenas animo depellite curas.

Nam, quantum subjecta situ tellus jacet infra, 125

Dividiturque ab humo convexi regia cæli,

Tantum vestra meis distant mundana futuris,

Dira bonis, scelestata piis, tenebrosa serenis.

Quidquid obire potest, fugiatis censeo: quidquid

Naturæ ratione capit vitium, atque senescit; 130

Pro nihilo, in nihilum quia sunt reditura, putetis.

Cuncta equidem, quæ gignit humus, quæ continet

ipsa,

Principio institui, nitidoque insignia mundo

Speciosa dedisti, speciosaque semina finxi.

Sed tamen esse iniquum volvi, parcisque fruenda 135

Moribus indulsi, quantum moribundus & æger

Corporis ac vitæ volucris sibi posceret usus

Non ut captus homo studiis, & inaniter ardens,

Duceret omne bonum positum in dulcedine rerum

Et specie tenui, quas currere tempore iussi; 140

Atque ævum statui, sub quo generosa probarem

Pecto-

Pectora: ne torpens & noxia exercita virtus
 Robur enervatum gereret sine laude palæstræ,
 Inlecebrosus enim sapor est & pestifer horum.
 Quæ, dū prætereunt, miro oblectamine mentes 145
 Implicitas vanaque venient: vincenda voluptas,
 Elaqueanda animi constantia, ne retinaculis
 Mollibus ac lentis nexa & captiva prematur.
 Luctandum summis conatibus: inter acerba
 Sectandum virtutis iter; ne suavia fluxæ 150
 Conditionis amet nimium: ne congerat aurum,
 Nec varios lapidum cupidè spectare colores
 Ambitiosa velit. nec se popularibus auris
 Ostendet, pulchroque inflata tumescat honore:
 Ne natale solum, patrii ne jugera ruris 155
 Tendat, & externos animum diffundat in agros:
 Et ne corporeis addicat sensibus omne
 Quod vult, aut quod agit: ne præferat utile iusto,
 Spemque in me omnem statuatur; numquam peri-
 tura,
 Quæ dederò, longoque die mea dona trahenda. 160
 Hæc igitur spondente Deo, quis fortis & acer,
 Virtutisque capax, breve quidque perennibus in se
 Prætulcrit? vel quis sapiens potiora putarit
 Gaudia membrorum, quam vivæ præmia mentis?
 Nonne hominem ac pecudem distantia separat u-
 na; 165
 Quòd bona quadrupedum ante oculos sita sunt? e-
 go contra
 Spero, quod extra aciem longum servatur in ævum
 Nam, si tota mihi cum corpore vanaque præmia
 Nec poterit superesse meum post funera quidquam,
 quis mihi regnator cali? quis conditor orbis? 170
 quis Deus, aut quæ jam meritò metuenda potestas?
 Ibo pro impuros fervente libidine luxus:
 Inceffabo toros: factum calcabo pudorem:
 Infuabor, habens aliquod sine teste propinqui
 Depo.

Depositum : tenues avibus spoliabo clientes : 290
 Longævam perinam magico cantamine matrem,
 Tardat artus dominum dilarâ morte secundum.
 Nec formido malum. falluntur publica jura.
 Lex armata sedet; sed nescit crimen opertum :
 Aut, si res pateat, judex corrumpitur auro. 295
 Rara reos justâ percellit pœna securi.
 Sed quid ego hæc mediror? revocat Deus ecce severâ
 Majestate minax : negat interitura meorum
 Per mortem momenta operum. Non occidet, inquit,
 Interior, qui spirat, homo : luet ille perenne 300
 Supplicium, quòd subjectos malè rexerit artus:
 Nec mihi difficile est, liquidam circumdare flammis
 Naturam, quamvis perflabilis illa feratur
 More Noti : capiam tamen, & tormenta adhibebo
 Ipse incorporeus, ac spirituum fator unus. 305
 Quin & corporibus parilis consortia pœnæ
 Decernam : possum quoniam renovare favillas
 Antiquam in faciem. nec desperanda potestas,
 Qui potui formare novum, reparabo peremptum.
 Non desunt exempla meæ virtutis in ipsis 310
 Seminibus. natura docet revirescere cuncta
 Post obitum : siccantur enim pereunte vigore,
 Quo vixere prius. tunc sicca & mortua sulcis
 Aut foveis mandata latent, & more sepulcri
 Obruta, de tumulis rēdivivo germine surgunt. 315
 Numquid nosse potes, vel conjectare, quis istud
 Tam sollers opifex struat? aut quæ vis agat intus?
 Illuc, ô miseri, Physicorum dogmata fallant.
 En, ego gignendi Dominus, ac restituendi,
 Quod periit fluxitque, potens : arentia quæque 320
 In veteres formas aut flore aut fronde redit : o.
 Idque ipsum quandoque homini facturus, mani
 Surgat ut ex cinere, structuraque pristina corruet :
 Quæ mihi pro meritis vel per tormenta repetat
 Crimina, vel summæ virtutis in arce coruscet, 325

Non peritura dehinc quaecumque in sorte morabitur.

Interea, dum mixta viget substantia in unum,

Sit memor auctoris proprii, veneretur & dicitur

Artificem summissa suum. non condidit alter

Halantis animæ figmentum, & corporis alter: 215

Nec bona præsentis vitæ numerosa gubernant

Numina. non alius segetes, & spicæ farra

Suppeditat Deus: aut alius dat musta racemis,

Purpureumque gravi fundit de palmitè sucum.

Ipse ego sum, virides oleas pinguescere bacis 220

Qui facio; Graiâ quas Palladè fingitis ortas,

Et qui Lucinas tribuo nascentibus horas.

Duplex lege meâ per mutua fœdera sexus

Gignere amat subolem. generisq; propagine gaudet;

Quem vos lascivis violatis amoribus ignem, 225

Et stupra vestra deæ Veneris prætexitis umbrâ.

Unus ego elementa rego, nec mole laboris,

Ut miser infirmusve aliquis fragilisve, fatigor.

Lux inmensa mihi est, & non resolubilis ætas,

Sensibus & vestris haud intellecta vetustas. 230

Inde ministeriis ad tot moderamina mundi

Non egeo; nec participes sociosve requiro.

Porro autem Angelicas legiones, quas mea fecit

Dextera, nosse meum est, & quæ natura creatis

Subsistat, qualesque mihi serventur ad usus. 235

Tu, me præterito, meditaris numina mille;

Quæ similes parère meis virtutibus, ut me

Per varias partes minuas: cui nulla recidi

Pars aut forma potest: quia sum substantia, simplex

Nec pars esse queo. solis divisio rebus 240

Compositis factisque subest. me nemo creavit,

Ut sciri valeam, cunctorum conditor unus.

Credere quod ex nihilo formavi, pars mea non est.

Quæ agè, mortalis, soli mihi construe templum,

Mæque unum venerare Deum. cæmenta remitto, 245

Et quæ saxa Paros secat, & quæ Punica rupes,

Quasi iudis Lacedæmon habet, maculosaq; Synnas.
Nati vna nemo scopuli mihi dedicet ostrum.

Templū in mentis amo, non marmoris. aurea in illo
Fundamenta manent fidei: struxit auri 250

Confurgit pietate nitens: tegit ardua cūlmen

Iustitia: interius spargit sola picta rubenti

Flore pudicitia pudor almus, & atria seruat.

Hæc domus apta mihi est: hæc me pulcherrima sedes

Accipit, æterno cælestique hospite digna. 255

Nec novus hic locus est: fluxit mea gloria in artus,

Et lux vera Dei. Deus inlustravit alumnā

Materiem, corpusque parens habitabile fecit

Ipsæ sibi, placito ut possit requiescere templo.

Condideram perfectum hominem: spectare su-

perna

260

Mandaram: totis conversum sensibus in me

Recto habitu, celsoque situ, & sublime tuentem:

Sed despexit humum, seque inclinavit ad orbis

Divitias, pepulitque meum de pectore numen.

Restitucndus erat mihi met: summissus in illum 265

Spiritus ipse meus descendit, & edita limo

Viscera divinis virtutibus informavit.

Jamque hominem adsumtam summus Deus in

Deitatem

Transtulit, ac nostro docuit recalescere cultu.

Scire vclim, præcepta Patris quibus auribus hæc

tu

270

Accipias, Italæ Censor doctissime gentis.

Eligis? & tibi patitur sapientis acumen,

Ingeniumque viri? Potior mihi pristinus est mos,

Quam via iustitiæ, pietas quam prodita cæli,

Quamque fides veri, rectæ quam regula seculi.

S Y M M A C H U S.

Suus cuique mos, suus cuique ritus est. Jam si

275

atque auctoritatem religionibus faciat, servanda est
 tot sæculis fides, & sequendi sunt nobis patres, qui
 feliciter secuti sunt suos.

R E N T I U S.

Si, quidquid rudibus mundi nascentis in annis
 Mos habuit, sanctè colere ac servare necesse est;
 Omne revolvamus sua per vestigia sæclum,
 Usque ad principiū: placeat damnare gradatim 280
 Quidquid posterius successor repperit usus.
 Orbe novo, nulli subigebant arva coloni.
 Quid sibi aratra volunt? quid cura superflua rastro?
 Ilignis meliùs saturatur glandibus alvus.
 Primi homines cuneis scindebant fissile lignum: 285
 Decoquat in massam fervens strictura secures
 Rursus, & ad proprium restillet vena metallum.
 Induvias cæsæ pecudes, & frigida parvas
 Præbebat spelunca domos: redeamus ad antra:
 Pellibus infutis hirtos sumamus amictus. 290
 Inmanes quondam populi, feritate subactâ
 Edomiti, jam triste fremant, iterumque ferinos
 In mores redeant, atque ad sua prisca recurrant.
 Præcipitet Scythicâ juvenis pietate viêtum
 Votivo de ponte patrem: sic mos fuit olim. 295
 Cadibus infantum fument Saturnia sacra,
 Flebilibusque truces resonent vagitibus aræ.
 Ipsa casas fragili texat gens Romula culmo:
 Sic tradunt habitasse Remum. regalia feno
 Fulcra supersternant, aut pelle Libyæ urfæ
 Conpositam chlamydem villosa compegerent:
 Talia Trinacrius ductor vel Tuscus habebant.
 Roma antiqua sibi non constat, versa per ævum,
 Et mutata sacris, ornatu, legibus, armis:
 Multa colit, quæ non coluit sub Rege Quirino: 305
 Infuit quædam meliùs, nonnulla refugit.
 Et morem variare suum non destitit: &, quæ

Prideur. condiderat jura, in contraria vertit.

Quam tibi tu ritus solitos, Romane Senator,
Obiectas? cum scita Patrum populique frequen-
ter

310

In tabulis placiti sententia flexa novarit?

Nunc etiam, quotiens solitis decedere prodest,
Præteritosque habitus cultu damnare retenti,
Gaudemus conpertum aliquid, tandemque rete-
ctum,

Quod latuit. tardis semper processibus aucta 315

Crescit vita hominis, & longo proficit usu.

Sic ævi mortalis habet se mobilis ordo :

Sic variat natura vices. infantia repit; *

Infirmus titubat pueri gressusque animusque :

Sanguine præcalido fervet nervosa juvenita : 320

Mox stabilita venit maturi roboris ætas :

Ultima consiliis melior, sed viribus ægra,

Corpore succumbit, mentem purgata senectus.

His genus humanum per dissona tempora duxit

Curriculis, ævum mutabile sic hebes inter 325

Primitias, mersumque solo, ceu quadrupes, egit.

Mox tenerum docili ingenio, jamque aribus aptum

Noscendis, variâ rerum novitate politum est.

Inde tumens vitis calidos adolevit in annos,

Donec decocto solidaret robore vires. 330

Tempus adest, ut jam sapiat divina, serenæ

Mentis consilio vivacius abdita sollers

Quærere, & æternæ tandem invigilare saluti.

tantus amor est & cura vetusti

Moris, & a prisco placet haud discedere ritu, 335

Exstat in antiquis exemplum nobile libris,

Jam tunc diluvii sub tempore, vel prius, ut

Inservisse Deo gentem, quæ prima recentibus

Incoluit terras, vacuoque habitavit in orbe

Unde genus ducit nostræ porrecta propago 340

Srripis, & indigenæ pietatis jura reformat.

ad,

Sed, quia Romanis loquimur de cultibus, ipsi
Sanguinis Hecstori populum probo, temporis longo

Non multos coluisse Deos, rarisque sacris
Contentum, paucas posuisse in collibus aras. 345

Innumeris post deos, virtute subactis
Urbibus, & claris peperit sibi Roma triumphis,
Inter fumantes templorum armata ruinas
Dextera victoris simulacra hostilia cepit,
Et captiva domum, venerans ceu numina, vexit. 350

Hoc signum rapuit bimaris de strage Corinthi:
Illud ab incensis in prædam sumsit Athenis.

Quasdam victa dedit capitis Cleopatra canini
Effigies: quasdam, domitis Hammonis harenis,
Syrtica cornutas facies habuere tropæa. 355

Roma triumphantis quotiens ducis inclita curram
Plausibus excepit: totiens altaria divum
Addidit, & spoliis sibimet nova numina fecit:
Numina, quæ, patriis cum mœnibus eruta, nullum
Præsidium potuere suis adferre sacellis. 360

Cernis, ut antiqui semper vestigia moris
Gressibus incertis variè titubasse probentur,
Adsciscendo deos majoribus incomptos,
Seque peregrinâ sub religione dicasse,
Nec ritus servasse suos? quodcumq; sacrorum est, 365
Exsulat, externumque inimicam vênit in Urbem.
Frustra igitur solitis, prava observatio, inhæres.
Non est mos patrius, quem diligis, improba: non est.

Sed follers orator ait; fataliter urbem
Sortitam, quonam Genio proprium exigat
vum. 370

Cunctis nam populis seu mœnibus inditur, inquit,
Aut forum, aut Genius, nostrarum more animarum,
Quæ se disparili subeunt nova corpora sorte.

S Y M M A C H U S.

Vos custodes urbibus mens divina distribuit. Ut a-
N 3 *nime*

nascentibus, ita populis fatales Genii divi-
du

P R U D E N T I U S .

Jam primùm, qui sit Genius, vel qui ratur illi
 Conpetat, ignoro; quid possit, & unde oriatur 375
 Spiritus informis, sine corpore; formave, & ulla
 Sit species, & quid sapiat, quæ munera euret.
 Contrà, animas hominum venis vitalibus intus
 Sic interfusas intelligo, sanguis ut ex his
 Accipiat motumq; levem tenerumq; vaporem. 380
 Unde pererratis vegetet præcordia membris,
 Frigida succendat, riget arida, dnra relaxet.
 Sic hominis vitam sibi temperat atque gubernat
 Vivida inens:quam tu ficto componere temptas
 Murorum Genio, qui nusquam est, nec fuit um-
 quam. 385

Quin & corporibus versat mens viva regendis
 Summum consilium, fida ut tutacula nudis
 Invalidisque paret, metuenda pericula vitet,
 Utile prospiciat, varias agretur ad artes ;
 Consultet, cui se domino summittat, & orbis 390
 Quem putet auctore. quem rerum summa sequatur.
 At tuus hic Urbis Genius, dicas volo, quando
 Cœpit adhuc parvæ primùm se infundere Romæ,
 Fluxit ab uberibus nemorosâ in valle lupinis,
 Infantesque aluit, dum nascitur ipse, gemellos ? 395
 An cum vulturibus volitans ignota per auras
 Culmina as nimis seder, an penetralia servat ?
 Instituit mores, & jura forensia condit ?
 An castrorum etiam fossis intervenit? acres
 Cogit ad arma viros, lituis ciet, urguet in h. em?
 Quæ, quis non videat sapientum, digna cach. no ?
 Fingamus ramen esse aliquam, quæ talia curat,
 Umbram sive animam; per quam res publica facta m

Hauferit, & calidis animetur tota medullis.

Cur non hæc eadem de religione colendâ
Consultat? cur non suspectat libera calce

Cui sibi præscriptum non conmutabile fatum,
Ut captiva, putat: genesis cur vincula fingit?

Cui jam nolle licet, quod tunc voluisse licebat, 410
Erroresque abolere suos, ac flectere sensus?

Sic septingentis erravit circiter annis,
Lubricaque, & semper dubitans, quæ forma placeret

Imperii, quæ regnandi foret æqua potestas.
Regius exortam jam tunc habuit status Urbem, 415

Non sine grandævus curarum in patte locatis.
Mox proceres de stirpe senum tractasse videmus

Clavum consilii: plebeias inde catervas
Conlatas Patribus inmixtum dicionibus æquis,

Imperitasse diu, belloque & pace regendis. 420
Consule nobilitas viguit: plebs fisa tribuno est.

Displicet hic subito status, & bis quina creantur
Summorum procerum fastigia: quos duodeni

Circumstant fasces, simul & sua quemque secu-
ris.

Rursus se geminis reddit ductoribus omnis 425
Publica res, & Consulibus dat condere fastos.

Ultima sanguineus turbavit sacra Triumvir.
Fluctibus his olim fatum, Geniuse, animuse

Publicus erravit: tandem deprendere rectum
Doctus iter, caput Augustum diademate cinxit, 430

Appellans Patrem patriæ, populi, atque senatus
Restorem, qui milix sit ductor, & idem

Dictator, censorque bonus, morumque magnus,
Tutor opum, vindex scelerum, largitor honorum.

Quod tot rerum gradibus totiens variatis 435
Confusus, ægre tandem pervenit ad illud

Quo robet, ac sancto reverentia publica servet
Fides: quid dubitat divina agnoscere jura,

Ignorata prius sibi, tandemque resecta?

Grate, ur: jam non dubitat: nam subdita Chri-

440

Servit Romæ Deo, cultus exosa priores.

Romam dico viros, quos mentem credimus Urbis,

Non Genium: cuius frustra simulatur imago.

Quamquam cur Genium Romæ mihi fingitis unum?

Cum portis, domibus, thermis, stabulis soleatis 445

Adsignare suos Genios? perque omnia membra

Urbis, perque locos, Geniorum milia multa

Fingere, ne propriâ vacet angulus ullus ab Umbrâ?

Restat, ut & fatum simili dementia cunctis

Ædibus inponat: paries ut quisque sub astro 450

Fundatus structusque suo, qua sorte maneret,

Quaudo autem rueret, primis acceperit horis.

Adscribunt faxis Lachesis malè fortia fila,

Tectorumque trabes fufis pendere rotatis

Credunt, atque ipsis tribuunt decreta tigillis: 455

Ceu distet, cuius stellæ sit fraxinus ortu

Eruta, quæ summum conscenderet ardua culmen.

Denique nulla hominum res est, nulla actio mundi,

Cui non fatalem memorent incumbere sortem.

Quæ quia constituunt; dicant, cur condita sit lex 460

Bis sex in tabulis: aut cur rubrica minetur,

Quæ prohibet peccare reos, quos ferrea fata

Cogunt ad facinus, & inevitabile mergunt.

Quin & velle adigunt, pravum insinuantia vo-

tum,

Ne liceat miseris vetitum committere nolle. 465

Redite, si pudor est, gladiumque retundite vestrum,

Aspera in meritos pœnis plecentia jura:

Antrum carcereum dissolvite; corpora sub quo

Agminis innocui fato peccante tenetis.

Nemo nocens, si fata regunt, quod vivitur ac 470

Immo nocens, quicumque volens, quod non dret,

audet.

Alterutrum quia velle suum est, nec fata reatum

Inpe-

Inponunt homini : sed ut reus ipse suopte
 Arbitrio, placitumque nefas, & facta reperit
 In pia suppliciiis, merito, non sorte periret. 475
 Quisque putat fato esse locum, sciat, omnipotentem
 Esse Deum. Nulli meritum fatalibus astris,
 Nec mathesis præscripto aliquo pia vota repelli.
 Spirat enim majora animus, seque altius effert
 Sideribus, transitque vias & nubila fati, 480
 Et in momenta premit pedibus, quæcumque putantur
 Figere propositam natali tempore sortem.

Huc ades, omne hominum genus, huc concurrite
 & urbes :

Lux inmensa vocat. factorem noscite vestrum :
 Libera secta patet. nil sunt fatalia : vel si 485
 Sunt aliqua, opposito vanescunt irrita Christo.

S Y M M A C H U S.

*Accedit utilitas, quæ maximè homini Deos adserit.
 Nam cum ratio omnis in aperto sit : unde rectius,
 quàm de memoria, atque documentis rerum secundarum,
 cognitio venit numinum ?*

P R U D E N T I U S.

Sed multi duxere Dei per prospera Romam :
 Quos colit ob meritum magnis donata triumphis.
 Ergo age, bellatrix, quæ vis subjecerit, ede,
 Europam Libyamque tibi : dic nomina divûm. 490
 Juppiter, ut Cretæ domineris, Pallas, ut Argis,
 Cynthius, ut Delphis, tribuerunt omine dextro.
 Isis Nilicolas, Rhodios Cytheræa rebus;
 Venatrix Ephesum virgo, Mars dedit Hebrum;
 Destitit Thebas Bromius, concessit & ipsa 495
 Phrygiis servire nepotibus Afros.
 Et quæ in subjectis dominam dea gentibus esse,
 Si quæ fata sinant, jam tum tenditque fovetque;
 Juxta Romuleis addictam vivere frenis.

Perfidæ deum indigenum cecidere tot urbes? 500
 Destruere que jacent ipsis prodentibus aræ?

O pietas, o sancta fides! traduxit alumnos
 Majestas infida locos: & creditur istis

Numinibus, qui transfugio meruere sacrari?

An voluit servare suos, luctataque multum 505

Religio infestas temptavit pellere turmas,

Romanis obnixa globis? sed fortior illam

Virtus luctifico camporum in pulvere fregit.

Immo ita est: armis & viribus indiga veri

Victa superstitio est, & inane gloria fugit. 510

Sed nec difficilis fuit, aut satis ardua genti

Natae ad procinctus victoria, frangere inertes,

Molliaque omnigenum colla inclinare deorum.

Nunc cum Dictæis bellum Corybantibus asper

Samnitis, Marsusque levi sudore gerebat. 515

Nunc mastigophoris, olcoque & gymnadis arte

Undatis pugilibus, miles pugnabat Etruscus:

Nec petaso insignis poterat Lacedæmone captâ

Mercurius servare suas de clade palæstras.

Apenninicolam perditam Cybeleius hostis 520

Congressu excipiens, Asiam defendere & Idam

Qui potuit, cogente acies in proelia Gallo?

Idalias nisi forte rosas, laurum citharœdi

Vatis, silvicolæ calamos arcumque puellæ

Dedere servitio, calcataque sacra domare 525

Difficilis operis fuit immensique laboris.

Fluctibus Adriacis signum symphonia belli

Indignato dederat: clangebat bucina contra.

Institerant tenuës cumbæ fragilesque faseli

Iuter turratas Memphitica rostra Liburnas: 530

Nil potuit Serapis Deus, & larrator Anubis.

Stirpis Iulæ Ductore exercitus ardens

Prævaluit, Boreæ quem miserat algidus axis.

Non armata Venus, non tunc clipeata Minerva

Venere auxilio: non Divum degener ordo, 535

Et patriâ extorris, Romanis adfuit armis,
 Victus & ipse prius; inimica nec agmine
 Si tamen antiquum norat retinere dolorem.
 Sed dicis, ~~hinc se datus~~, ubi sanctior usus
 Templorum, cultu celebri, sine fine maneret; 540
 Æneadumque ultro victricia signa virorum
 Regis amore Numæ, nullo cogente, securos.

Num Diomedis item tentoria, & acris Ulixi
 Castra volens Pallas, cæsis custodibus arcis,
 Legit, ubi humenti sudaret mæsta sigillo? 545
 Aut quotiens ductor Macetum fortissimus altos
 Templorum cineres victis cumulavit Amyclis:
 Optarunt prædis domini se numina capta
 Misceri, Aſſyriæque vehi Babylonis ad arcem?
 Non fero, Romanum nomen, sudataque bella, 550
 Et titulos tanto quæsitofanguine carpi.
 Detrahit invictis legionibus, & sua Romæ
 Præmia deminuit; qui, quidquid fortiter actum est,
 Adſcribit Veneri; palmam victoribus aufert.

Frustra igitur currus summo miramur in arcus 555
 Quadrijugos, stantesque duces in curribus altis
 Fabricios, Curios; hinc Drufos, inde Camillos:
 Sub pedibusque ducum captivos poplite flexo
 ad juga depressos, manibusque in terga retortis,
 Et suspensa gravi telorum fragmina trunco: 560
 Si Brennum, Antiochum, Perſen, Pyrrhum, Mi-
 thridatem,

Flora, Matuta, Ceres, & Larentina subegit.

His tamen auspiciis successus dextra dederunt
 Omina lætificos, & felix adfuit ales.
 Quid sibi vult virtus, quid gloria; si Corvinum 565
~~Corvum~~ Apollineus pennâ vel gutture jovit?
 Sed tamen hic corvus cur defuit exitiali
 Fortis, hic, infaustas tegerent cùm funera Cannas,
 Operiretque super congesta cadavera Consul?
 Cremæ in campis cornice vel oscine parhâ,

Nempe, quum monuit perituros Matte sinistro
 Tercenarius Fabios, vix stirpe superstiti in uno?
 Nullane inificis Tritonia noctua Charris
 Advolitans, praesto esse deam praeruptis Crasso
 Prodidit? aut Paphiam nivea vexte columbae, 575
 Cujus inauratum tremeret gens Persica limbum.

Sed video, quae te moveant exempla vetustae
 Virtutis. dicis domitum terraeque marique
 Orbem: res laetas, & prospera quaeque retexis:
 Mille triumforum inemoras ex ordine pompas, 580
 Ductaque per mediam spoliolorum fercula Romam.
 Vis dicam, quae causa tuos, Romane, labores
 In tantum extulerit? quis gloria fortibus aucta
 Sic cluat, inpositis ut mundum frenet habenis?
 Discordes linguis populos, & dissona cultu 585
 Regna volens sociare Deus, subjungier uni
 Imperio, quidquid tractabile moribus esset,
 Concordique jugo retinacula mollia ferre
 Constituit, quo corda hominum conjuncta teneret
 Religionis amor. nec enim fit copula Christo 590
 Digna, nisi implicitas societ mens unica gentes.
 Sola Deum novit concordia, sola benignum
 Rite colit tranquilla Patrem: placidissimus illum
 Foederis humani consensus prosperat orbi,
 Seditioe fugat, saevis exasperat armis, 595
 Munere pacis alit, retinet pietate quietam.
 Omnibus in terris, quas distinet occidua
 Oceanus, roseoque Aurora inluminat ortu,
 Incubat Bellona furens mortalia cuncta,
 Armaratque seras in vulnera mutua dextras. 600
 Hanc frenat utus rabiem Deus, undique gentes
 Inclinare caput docuit, sub legibus isdem,
 Romanosque omnes fieri, quos Rhenus & S. ster,
 Quos Tagus aurifluus, quos magnus inundat iube-
 rus,

Corniger Hesperidum quos interlabitur, & quos

Gangis alit, tepidique lavant septem ostia Nil

Jus fecit commune pares, & nomine eodem

Nexuit, & domitos fraterna in vincla revexit.

Vivitur omnigenis in partibus, haud secus, ac si

Civcs congentes concludat mœnibus unis 610

Urbs patria, atque omnes lare conciliemur avito.

Distantes regione plagæ, divisaque ponto

Litora conveniunt nunc per vadimonia ad unum

Et commune forum, nunc per commercia & artes

Ad cœtum celebrem, nunc per genialia fulcra 615

Externi ad jus conubii: nam sanguine mixto

Texitur alternis ex gentibus una propago.

Hoc actum est tantis successibus atque triumphis

Romani imperii: Christo jam tunc venienti,

Crede, parata via est; quam dudum publica nostræ

Facis amicitia struxit moderamine Romæ.

Nam locus esse Deo quis possit in orbe feroci,

Pectoribusque hominum discordibus, & sua jura

Dissimili ratione tuentibus, ut fuit olim?

Sic inconpositos humano in pectore sensus, 625

Disjunctasque animi turbato fœdere partes,

Nec liquida invisit sapientia, nec Deus intrat.

At si mentis apex, regnandi jure potitus,

Rugnacis stomachi pulsus fibrasque rebelles

Frenet, & omne jecur ratione coërceat unâ: 630

Fit stabilis vitæ status, & sententia certa

Haurit corde Deum, domino & subjungitur uni.

En ades, Omnipotens, concordibus influe terris:

Jam mundus te, Christe, capit; quem congrege next:

Pax & Roma tenent: capita hæc & culmina rerum

Esse jubes: nec Roma tibi siue pace probatur.

Quæ ut placeat, facit excellentia Romæ;

Quæ motus varios simul & ditione coërceat,

Et timore premit: nec enim spoliata prioris

Rubore virtutis senuit, nec sæcula sensit, 640

Nec tremulis, cum bella vocant, capit arma lacertis,

2 AURELII PRUDENTII
Nec tantæ degeneri venerandis supplicat ore
Principum, quàm vult prænobilis ille Senator,
Orandi arte potens, & callida fingere doctus,
Mentitumque gravis personæ indere sermo: 65
Ut tragicus cantor ligno tegit ora cavato,
Grande aliquod cuius per hiatum crimen anhelet.

S Y M M A C H U S.

Romam nunc putemus adfistere, atque his vobiscum agere sermonibus. Optimi Principes, Patres patria, reveremini annos meos, in quos me pius ritus adduxit. Utar caeremoniis avitis: neque enim pernitet. Vivam more meo: quia libera sum. Hic cultus in leges meas orbem redegit: hac sacra Hannibalem à mœnibus, à Capitolio Senonas repulerunt. [Ad hoc ego servata sum, ut longæva reprehendar? videam quod instituendum putatur? Sera tamen, & contumeliosa est emendatio senectutis. Ergo Diis patriis, Diis indigetibus pacem rogamus.]

P R U D E N T I U S.

Si vocem simulare licet: nempe aptior ista
Vox Romæ est, quam nunc ejus sub nomine proniã,
Quæ, quia turpe putat templorû flere repulsam, 650
Ægidaque in dubiis pro se pugnasse periclis
Diccre, scque gravem senio inclinante fateri,
Ductores complexa suos, sic læta profatur.

O clari salvete Duces, generosa propago
Principis invicti, sub quo seniũ omne renascens 655
Deposui, vidique meam flavescere rursus
Canitiem: nam cum mortalia cuncta vetustas
Inminuat, mihi longa dies aliud parit ævum,
Quæ, vivendo diu, didici contemnere finem.
Nunc nunc justa meis reverentia competit annis. 660
Nunc merito dicor venerabilis, & caput orbis,
Cum galeam sub fronde oleæ cristasque rubentes

Con-

Concutio, viridi velans fera cingula serro ;
 Atque armata Deum, sine crimine cardis. 660
 Crimen enim, piget heu, crimē persuasere atrox 665
 Juppiter, usque sacro iustorum sanguine tincta,
 Adfuetum bene scelerarem funere ferrum.
 Illius instinctu primus Nero, matre perentâ,
 Sanguinem Apostolicum bibit, ac me strage piorum
 Polluit, & proprium facinus mihi sævus inussit. 670
 Post hunc & Decius, jugulis bacchatus apertis,
 Insanam pavit rabiem : mox & sitis arsit
 Multorum similis, per vulnera tristia flagrans,
 Extrahere insignes animas, ac ludere pœnis,
 Undantesq; meum in gremiū defundere mortes; 675
 Et, sub jure fori, non noxia colla secare.

Hac me labe ream modò tempora vestra piarunt.
 Vivo piè vobis auctoribus, in pia pridem,
 Arte Jovis, fateor. quid enim non ille cruentum
 Tradidit ? aut quid mite sibi placidumve poposcit ?
 Qui, dum præmetuit cultus inolescere Christi,
 Saviit, ac miserum fœdavit sanguine sæclum.
 Et sunt, qui nobis bella exprobrare sinistra
 Non dubitent, postquàm templorū spreverimus aras ;
 Adfirmantque Libyn Collinæ à cardine portæ 685
 Hannibalè Jovis imperio Martisque repulsum ;
 Victores Senonas Capitoli ex arce fugatos,
 Cùm supet è celso pugnarent numina saxo ?

Qui mihi præteritam cladem, veteresque dolores
 Culcant iterum; videant, me tempore vestro 690
 Nil tale pati. nullus mea barbarus hostis
 Aspide claustra quatit: non armis, veste, comisque
 Captus, captâ passim vagus errat in Urbe,
 Infamia meam rapiens in vincula pubem.
 Tempus vit Geticus nuper delere tyrannus 695
 Italiam, patrio veniens juratus ab Histro,
 Haerces æquare solo, tecta aurea flammis
 Scindere, mastrucis proceres vestire togatos.

jam e ruens, Venetos turmis protriverat agros,
 Et Livium vastarat opes, & amœna profundi 700
 Rura Tuscumque solum victo amne preme-
 bat.

Depulit hos nimbos equitum nequissimi anser,
 Proditor occulti tenebrosâ nocte pericli:
 Sed vis cruda virum, perfractaque congregientum
 Pectora, nec trepidans animus succumbere leto 705
 Pro patriâ, & pulchram per vulnera quærere lau-
 dem.

Numquid & ille dies Jove contulit auspice tantum
 Virtutis pretium? dux agminis imperiique
 Christipotens nobis juvenis fuit, & comes ejus
 Atque parens Stilicho. Deus unus Christus utrique.
 Hujus adoratis altaribus, & Cruce fronti
 Inscribta cecinere tubæ. prima hasta dracones
 Præcurrit, quæ Christi apicem sublimior effert.
 Illic, terdenis gens exitiabilis annis

Pannoniæ, pœnas tandem deleta pependit. 715
 Corpora famosis olim ditata rapinis
 In cumulos congesta jacent. mirabere seris,
 Posteritas, sacris inhumata cadavera latè,
 Quæ Pollentinos texerunt ossibus agros.

Si potui manibus Gallorum excisa levare 720
 De cinerum squalore caput, redeunte Camillo
 Signa renidenti fumans si fronte recepi:
 Si potui miseras sertis redimire ruinas,
 Et inalè pendentes lauro præcingere turres:
 Quo te suscipiam gremio, fortissime Princeps? 725
 Quos spargam flores? quibus insertabo coronis
 Atria? quæ festis suspendam pallia portis,
 Inmunis tanti belli, ac te stante sub armis
 Libera, & aure tenus Geticos experta tumultu?
 Scande triumphalem currum, spoliisque receptis 730
 Huc Christo comitante veni: date, vincula
 mam

Captivis gregibus. manicas deponite, longo
 Tritas servitio, matrum juvenumque catervæ
 Bediscat servire senex laris exsul aviti,
 Dicat & ad patrium limen genetrice reversâ 735

Ingenuum re- puer. timor omnis abesto.
 Vicinus: exsultare libet. quid tale, repulso
 Pœnorum quondam duce, contigit? ille petitæ
 Postquam perculerat tremefacta repagula portæ,
 Bajanis resolutus aquis durissima luxu 740

Robora destiruit, ferrumque libidine fregit.
 At noster Stilicho congressus comminus ipsâ
 Ex acie ferrata virum dare terga coëgit.
 Hic Christus nobis Deus adfuit, & mera virtus:
 Illic lascivum, Campania fertilis, hostem 745

Deliciæ vicere tuæ. non Juppiter acrem
 Protexit Fabium; sed juvit amœna Tarentus,
 Quæ dedit inlecebris domitum calcare tyrannum.

His ego pro meritis, quæ præmia digna rependam,
 Non habeo. membra statuis effingere vile est. 750
 Virtutem nil vile decet: nam vile, quod ætas
 Eripit. æra cadunt, aut fulvum defluit aurum;
 Aut candor perit argenti, si defuit usus;
 Et fuscata situ corrumpit vena colorem.

Viva tibi, Princeps, debetur gloria, vivum 755
 Virtutis pretium, decus immortale secuto.
 Regnator mundi Christo sociabere in ævum;
 Quo ductore mentem trahis ad caelestia regnum.

Nil te permoveat magni vox rhetoris oro:
 Qui sub legatis specie sacra mortua plorans, 760
 Ingenii relis & fandi viribus audet,
 Tei nostram temptare fidem: nec te videt, ac me
 Quoties, Auguste, Deo: cui sordida templa
 Clausus, & madidas sanie dejecimus aras.

Unus nostra regat servetque palatia Christus, 765
 Ne quis Romuleas dæmon jam noverit arces:
 Sædoli pacis Domino mea serviat aula.

Sic

Sine fata pios Roma exoravit alumnos,
 Spermolevatum non admittenda petentem :
 Legatum, Jovis ex adytis ab haruspice missum, 773
 At non à patriâ : patriæ nam gloria Christus.
 Persistit tamen adfirmans, iter esse vitandi
 Multifidum variumque, Deus cum quaeritur unus.
 Hinc alios, ast inde alios properare seorsum
 Quemque per anfractus proprios, sed competa eo-
 dem 775

Fine coartari, simul & concurrere in unum.
 Quin etiam cælum atque solum, ventos, mare, nubes
 Omnibus in commune dari, vel qui colimus te,
 Christe, vel extra litant sculptis qui tabida faxis.

S Y M M A C H U S.

*Aequum est, quidquid omnes colunt, unum putari.
 Eadem spectamus astra: commune calum est: idem
 nos mundus involvit. Quid interest, qua quisque
 prudentiâ verum requirat? Uno itinere non potest
 perveniri ad tam grande secretum.*

P R U D E N T I U S.

Non nego communem cunctis viventibus usum
 Aëris, astrorum, pelagi, telluris, & imbris.
 Immo etiam injustus pariter, justusque sub uno
 Axe habitant. unas capit impius & pius auras :
 Castus, & incestus; meretrix, & nupta. nec alter
 Ore sacerdotis, quàm myrmillonis anhelat 785
 Spiritus: aërio vitam qui temperat haustu.
 Nubes verna pluit Zephyro impellente: sed æque
 Furis, & innocui fecundat rura coloni.
 Gurgitis æstivi sic pura fluenta viator,
 Ut latro fessus, adit: sic piratis mare servit, 790
 Ut mercatori: nec fluctus secius hosti
 Obsequitur, quàm cum licitæ fert transtra cari.
 Ergo capax utriusque rei natura creandis

Se præbet populis, nec habet discernere dispa
 Viventum meritū, quos tantūm pascere iussit. 795
 Servit enim mundus, non iudicat: hoc nobis sum-

Naturæ Dominus præscribita in tempora servat.
 Nunc adsunt homini data munera legibus isdem,
 Quis concessa semel. fons liquitur, amnis inundat,
 Velivolum ratibus mare finditur, influit imber, 800
 Aura volat tenuis, vegetatur mobilis aër,
 Et res naturæ fit publica, promptaque cunctis,
 Dum servant elementa suum famulantia cursum:
 Sic probus atque reus capitalis criminis isdem
 Sideribus, facilisque poli bonitate fruuntur. 805
 Vivere commune est: sed non commune mereri.

Denique Romanus, Dacia, Sarmata, Vandalus,
 Hunnus,

Gætulus, Garamas, Alamanus, Saxo, Galaulas,
 Unâ omnes gradiuntur humo, cælum omnibus u-
 num est,

Unus & Oceanus, nostrum qui continet orbem. 810
 Addo aliud: nostros potant animalia fontes.

Ipsa rore mihi seges est, quo gramen onagris,
 Spurca sues nostro amne natat: nostra intrat & ipsos
 ura canes, animatque levi fera corpora flatu.

Sed tantūm distant Romana, & barbara, quan-
 tum 815

Quadrupes abjuncta est bipedi, vel muta loquenti:
 Quantum etiam, qui rite Dei præcepta sequuntur,
 Cultibus à stolidis, & eorum erroribus absunt.

Non facit ergo pares in religione tuendâ

Aëris & cæli communio: corpora tantūm 820

ignis alit, reparat, recidivaque semina servat.

Nec fert, cujus generis, cujusve figuræ,

Aut cuius meriti: modo sint, ut corpora terrâ

Edunt, terrenis quibus est vigor ex elementis.

Efficit quia Patris opus discrimine nullo 825

In-

Influit in medium, nec avaro munere currit:
 Antè quàm, quàm primus homo sordesceret Adá.
 Nec vitro mentum restrictum deficit, aut se
 Subtrahit indignis, nec fœda & turpia vitat.
 Haud aliter Solis radius conluminat cœles
 Diffuso splendore locos. ferit aurea testá :
 Sed ferit & nigro sordentia culmina fumo.
 Intrat marmoribus Capitolia clara : sed intrat
 Carceris & rimas, & tætra foramina clausi
 Stercoris, & spurcam redolenti in fornice cellã, 835
 Sed non illud erunt obscura ergastula, quod sunt
 Regia gemmato laquearia fulva metallo.
 Nempe magis non illud erunt, qui numen in urnis
 Quærent ac tumulis, & larvas sanguine placant :
 Quod sunt, qui summum cæli Dominum veneran-
 tur, 840

Justitiamque litant, & templū pectoris ornant.
 Secretum sed grande nequit rationis opertã
 Quæri aliter, quàm si sparsis via multiplicetur
 Tramitibus, & centenos terat orbita calles,
 Quæsitura Deum variatã indage latentem. 845
 Longè aliud verum est. nam multã ambage viarum,
 Anfractus dubios habet, & perplexius errat ;
 Sola errore caret simplex via, nescia flecti
 In deverticulum, bivis nec pluribus anceps.

Non tamen inficior, duplex occurrere nobis 850
 Semper iter, geminis mortalia partibus ire;
 Cùm dubitant, quonam ferat ignorantia gressum.
 Altera multifida est : at simplex altera, & unum
 Una Deum sequitur; divos colit altera plures,
 Et tot sunt ejus divortia, quot templorum 855
 Signa, quot aëriis volitant phantasmata mo-
 Aut hos thyrsigeri rapit ad Dionysia Bacchi
 Inlicit aut alios ad Saturnalia festa :
 Aut docet, occultus quæ sacra Diespiter infans
 Inter tinnitus solvi sibi poscat aënos.

Jamque Lupercales ferulæ, undique petuntur
 Discursus juvenum : Megalesius hinc spado
 Incensus furis, cæca ad responsa vocatur
 Stant, qui, quadriuis brevioribus ire parati,
 Vinea Niliaci mutantur holuscula in hortis : 865
 Porrum & cepe deos inponere nubibus ausi,
 Alliaque & Serapin cæli super astra locare.
 Isis enim, & Serapis, & grandi finia caudâ,
 Et crocodilus idem, quod Juno, Laverna, Priapus.
 Hos tu, Nile, colis, illos tu, Thybris, adoras. 870
 Una superstitio est, quamvis non concolor error.

Hinc alia exoritur, tenebrosis tecta fructibus,
 Scimita; quam pecudes & muta animalia carpunt,
 Quæque latens silvis operitur. nescia cæli
 Mens hominum, sævo vivens captiva tyranno ! 875
 Hæc putat esse Deum nullum : namque omnia ver-
 ti

Casibus, & nullo sub præside sæcla rotari.
 Hoc iter haudquaquam magno discrimine distat
 Hisce viis, quas vos teritis, qui numina multa,
 Et portenta, Deum summum, numerosa putatis. 880

Simplicis ergo viæ dux est Deus. ille per unam
 Ire jubet mortale genus : quam dirigit ipse
 Sublimem dextro celsa ad fastigia clivo.
 Prima viæ facies inculta, subhorrida, tristis,
 Difficilis : sed sine sui pulcherrima, & amplis 885
 Prædita divitiis, & abundans luce perenni,
 Et quæ præteritos possit pensare labores.

Multiplici dux dæmon adest, qui parte sinistrâ
 Centifidum confundit iter, trahit inde sophistas
 Barbatos, trahit hinc opibus vel honore potentes :
 Hinc & volucrum linguis, & haruspice fallit :
 Instigat bacchantis anis ambage Sibyllæ,
 Invocavit mathesi, magicas impellit in artes,
 Omne sollicitat, capit augure, territat extis.
 Tarnis, ut una via est, multis anfractibus errans, 895

Talem

AURELII RUDENTII

Tale passia ducem, qui non sinat ire salutis
 Ad Divinum, sed mortis iter per devia monstret?
 Devia, ~~per~~ bonis brevibus: sed sine sub ipso
 Tristia, & in subitam præceps immerfa Charybde.
 Ite procul, gentes: consortia nulla ~~vestra~~ 200
 Sunt vobis cum plebe Dei. discedite longè,
 Et vestrum penetrate Chaos, quò vos vocat ille
 Prævius infernæ perplexa per avia noctis.
 At nobis vitæ Dominum quærentibus, unum
 Lux iter est, & clara dies, & gratia simplex. 205
 Spe sequimur, gradimurque fide. fruimurque futu-
 ris:

Ad quæ non veniunt præsentis gaudia vitæ,
 Nec currunt pariter capta & capienda voluptas.

S Y M M A C H U S.

Quanto commodo sacri ararii vestri, Vestalium virgi-
 num prærogativa detracta est? Sub largissimis Im-
 peratoribus denegatur, quod parcissimi præstiterunt.
 Honor solus est, in illo velut stipendio castitatis. Ut
 vitæ carum capiti decus faciunt: ita insigne duci-
 tur sacerdotii, vacare muneribus. Nemo me putet
 tueri solam causam religionum. Ex hujusmodi faci-
 noribus orta sunt cuncta Romani generis incommoda.
 Honoraverat lex parentum Vestales virgines, ac mi-
 nistros Deorum victu modico, justisque privilegiis.
 Stetit muneris hujus integritas usque ad degeneres tra-
 pezitas: qui ad mercedem vilium bajulorum sacra
 castitatis alimenta verterunt. Secuta est hoc fames
 publica, & spem provinciarum omnium messis egra
 decepit. Non sunt hac vitia terrarum: nihil impute-
 mus austris. Nec rubigo segetibus obsuit, ~~et~~
 fruges necavit. Sacrilegio annus exaruit. Nec
 enim fuit perire omnibus, quod religionibus ~~re-~~ gaba-
 tur. Quid tale provincie pertulerunt cum religionum
 ministros honor publicus pasceret? [commentat] bat

*enim terrarum proventus, vixtus Antistitus, &
remedium magis quam largitas erat. An dulus est,
pro copia omnium datum, quod nunc in omnium
inducavit?*

PRUDENTIUS.

Ultima legati defleta dolore querella est,
Palladiis quod farra focus, vel quod stipis ipsis 910
Virginibus, castisque choris alimenta negentur:
Vestales solitis fraudentur sumtibus ignes.
Hinc ait & steriles frugescere rariùs agros,
Et tristem sævire famem, totumque per orbem
Mortales pallere inopes, ac panis egenos. 915

Quæ tanta exstiterit præsentis tempore, tam-
que

Invidiosa fames, quam Triptolemi Cererisque
Moverit ira, penu pro virginis nesciendo,
Non memini: nec tale aliquid vel fama susurrat.
Audio per Pharios Nilum discurrere campos 920
More suo, viridisque fata stagnare Canopi.
Haud venit à sicco qui flumine nuntius adfert
Jejunam squalere siti sub pulvere Memphim,
Nec Pelusiacæ limum sudare paludis.

Num fons arcano naturæ reclusus aperto 925
Truit, & tenuem vix stillat vena liquorem?

Num refugus nostras odit præstringere ripas
Amnis, & exstos cursum destedit ad Indos?

Num tractu in medio bibulus vorat alveus undam
Fluminis, & subito stagna absorbentur hiatu? 930

Ne sulcos operire vadis, neve arida possint
Ægypti per plana trahi, glebasque rigentes

Inde pingue lutum mollire fluentis:
Inde æges latè crinitis fluctuet agris,

Denseis & gravidis se vestiat æquor aristas? 935
Æcipiee, num Libyci desistat ruris arator

Inferentis onerare rates, & ad ostia Thybris
Mit-

Mithrae triticeos, in pastum plebis, acervos ?
 Num illi J. Fontini sulcator solvere campi
 Cesset fragiferas Lilybæo ex litore cumbas ? 940
 Nec det vela fretis, Romana nec horrea rumpant
 Sardorum congesta vehens granaria classis ?
 Ergo piris mensas silvestribus inplet arator
 Pœnus, & avulsas Siculus depascitur herbas ?
 Jamq; Remi populo quernas Sardinia glandes 945
 Suppeditat, jam corna cibos lapidosa Quiritum ?
 Quis venit esuriens magni ad spectacula Circi ?
 Quæ regio gradibus vacuis jejunia dira
 Sustinet : aut quæ Janiculi mola muta quiescit ?
 Quantos quæque ferat fructus provincia, quamque
 Ubere secundo largè fluat orbis opimus ;
 Indicio est annona : tuæ quæ publica plebi,
 Roma, datur, tantæque manûs longa otia pascit.
 Sit fortasse aliquis paullo infecundior annus :
 Nil mirum, nec in orbe novum didicere priores, 955
 Perpeffi plerumque famem : si tabidus aër
 Siccavit tennes ardenti sidere nubes,
 Nec vernas infudit aquas creberrimus imber
 Fruge novâ & viridi : si messis adulta, prius quàm
 Conceptas tenero solidaret lacte medullas, 960
 Adflatum calido succum contraxit ab Euro,
 Jejunosque tulit calamos, atque inrita vota
 Agricolaæ sterilis stipularum silva fefellit :

His, ni fallor, ager vitiis corruptus, & antè
 Subjacuit, quàm Palladium, quàm Vesta, Penates 965
 Sub Lare Pergameo servarent igne reposito,
 Quàm Priami genitor conductis mœnia fabris
 Exstrueret, quàm virgo suas fundaret Athenas
 Pallas : in his quoniam Vestalis origo faville
 Urbibus, ut memorant, primo de fomi sumt
 est, 970
 Sacraruntque focos aut Phryx aut Graius alunt
 Antiquis elementa labant erroribus, ac de

Legitimo discussa modo plerumque feruntur
In casus alios, quam lex habet, aut iter anni

Nunc consumit edax segetem rubigo ma 975

Aeris ex vitio, nunc culpam vere repenti

Pot' Zephyro glacies Aquilonis inurit;

Ambustumque caput culmi fuligine tinguunt.

Seminis aut teneri turgens dum germinat herba,

Continuis nimis que perit constricta pruinis, 980

Nec potis est tennem telluri adfigere fibram:

Mox ejecta solo glacie sidente superfit,

Nudaque subducto radix avellitur arvo.

Ancipites tribuli subeunt, & cardus horrens.

Hos fert sicca sitis: hunc ebrius educat humor. 985

Temperies effusa minus, vel plus, agit istos

Terrarum morbos, & mundum vulnerat agrum.

Non aliter nostri corruptus corporis usus

In vitium plerumque cadit, nec in ordine recto

Ferstat, & excessu moderaminis adficit artus: 990

Unus enim status est mundique & corporis hu-

jus,

Quod gerimus: natura eadem sustentat utrumque.

Edita de nihilo crescunt, nihilumque futura,

Aut titubant morbis, aut tempore victa senescunt.

Nec natura caret vitio, cui terminus instat. 995

Imper, crede, polus variis proventibus annos

Texnit. hos multâ ditavit frange fluentes:

Quosdam infelices astris damnavit iniquis,

Spe castâ & sterili enram frustratus agrestem.

Sed, si Vestales ulciscitur ista puellas 1000

Pestis, a confido quæ gignitur improba mundo,

Cur non Christicolûm tantum populatur agellos,

Per quos Virginibus vestris stata dona negantur?

Manu & raris reditu, & ratione colendi:

Exercet manus non pœnitet: & lapis illic 1005

Si stes, antiquus quem cingere sueverat error

Fas illis, vel gallinæ pulmone rogare,

37
 Frangitur, & nullis violatur Terminis extis:
 Et, ^{quod} ^{significas} arbor vitata lucernas
 Servabat, cadit ultrici succisa bipenni. 1010
 Nec tamen idcirco minor est aut fructus agelli,
 Aut tempestatis clementia lata ierentæ,
 Temperet aut pluvius qui culta novalia ventus.
 Sed nec magno opus est frugum viventibus, & cum
 Maxima proveniunt, non amplo in gaudia cen-
 fu 1015

Solvimur, inque lucrum studio exultamus avaro.
 Nam quibus æternum spes informatur in ævum,
 Omne bonum tenue est, quod præsens ingerit atas.

O felix nimium sapiens & rusticus idem,
 Qui terras animumq; colens, inpendit utrisq; 1020
 Curam pervigilem: quales, quos inbuit auctor
 Christus, & adsumtis dedit hæc præcepta colonis.

Semina cum fuleis committitis, arva cavete
 Dura lapillorum macie, ne decidat illic,
 Quod seritur: primò quoniam præfertile germè 1025
 Luxuriat: fūco mox deficiente, sub æstu
 Sideris igniferi sitiens torretur & aret.

Neve in spinosos incurrant semina vepres:
 Aspera nam segetem surgentem vincula texunt,
 Ac fragiles calamos nodis rubus artat acutis. 1030
 Et ne jacta viæ spargantur in aggere grana:
 Hæc avibus quia nuda patent, passimque vorantur,
 Inmundisque jacent foeda ad ludibria corvis.

His Deus agricolam confirmat legibus. ille
 Jus cælestis Patris non summâ intelligit aure: 1035
 Sed simul & cordis segetem disponit & agit.
 Ne minus interno niteant præcordia cultu,
 Quàm cum læta suas ostentant jugera messis.
 Extirpamus enim sentos de pectore vepres
 Ne vitiosa necent germen vitale flagella, 1040
 Ne frugem segetemque animæ spinosa malorum
 Impediat sentis scelerum peccamine crebro,

Glarea ne tenuis jejunis siccer harenis
 Marcentem sub corde fidem, ne pectoris æstus
 Flagret, & effetes urat charismara venis. 1045

Denique, ne jecoris detrita in parte relinquat
 Vili cura Detrita ne spem, qua vescimur intus,
 Deserat, obscenisque avibus permittat edendam,
 Et projecta fides hosti sit præda volucris.

Talis nostrorum sollertia centuplicatos 1050

Agrorum redigit fructus: quibus acrius instat,
 Nec metuit, ne congestum populctur acervum
 Curculio, vel nigra cavis formica recondar.

Sunt & Virginibus pulcherrima præmia nostris,
 Et pudor, & sancto testus velamine vultus, 1055

Et privatus honos, nec nota & publica forma,
 Et raræ tenuesque epulæ, & mens sobria semper,
 Lexque pudicitia, viræ cum sine, peracta.

Hinc decies deni rediguntur in horrea fructus,
 Horrea nocturno non umquam obnoxia furi. 1060

Nam cælum fur nullus adit: cælestia numquam
 Fraude resignantur: fraus reris volvitur imis.

Quæ nunc Vestalis sit virginitatis honestas,
 Discutiam; qua lege regar decus omne pudoris.

Ac primum parvæ teneris capiuntur in annis; 1065

ante voluntatis propriæ quàm libera secta,
 ante pudicitia fervens & amore Decorum,
 Justa maritandi-condemnet vincula sexus.

Captivus pudor ingratis addicitur aris,
 Nec contenta periri miseris, sed adempta voluptas
 Corporis intacti: non mens intacta tenetur:

Nec requies darur ulla toris; quibus innuba circum
 Vulneris, & amissas suspirat femina tædas.

Tædas, quia non totum spes salva interficit ignem:
 Nam recides quandoque faces adolere licebit, 1075

restatque decrepitis obtendere flammea canis,

Tempore præscripto membra intemerata requirens,

Tarpeiam virginæam fastidit Vesta senectam.

AURELII PRUDENTII

Dulce thalamis habilis tumuit vigor inrita nullus
Fecit tui amor materno viscera partu. 1080

Nubit aliis veterana, sacro perfuncta labore;
Desertisque fecis, quibus est fagula juvenas.

Transfert emeritas ad fulcra jugantia ligas,
Discit & in gelido nova nupta repescere lecto.

Interea, dum torta vagos ligat infula crines, 1085
Fatalesque adolet prunas innubta sacerdos,

Fertur per medias, ut publica pompa, plateas,
Pilento residens molli, seque ore relecto

Inputat attonitæ virgo spectabilis Urbi.

Inde ad confestum caveæ pudor almus, & ex.

pers

1090

Sanguinis it pietas, hominum visura cruentos
Congressus; mortesque, & vulnera vendita pastu

Spectatura sacris oculis, sedet illa verendis

Vittarum insignis faleris, fruiturque lanistis.

O tenerum mitemque animum! consurgit ad i-

ctus:

1095

Et, quotiens victor ferrum jugulo inserit, illa

Delicias ait esse suas, pectusque jacentis

Virgo modesta jubet converso pollice rumpi:

Ne lateat pars ulla animæ vitalibus imis,

Alius inpresso dum palpitat ense secutor. 1100

Hoc illud meritum est, quod continuare feruntur

Excubias, Latii pro majestate Palatii;

Quod redimunt vitam populi, procerumque salutem?

Perfundunt quia colla comis bene, vel bene cingunt
Tempora taniolis, & licia crinibus addunt? 1105

Et quia subter humum lustrales testibus Urbis

In flammam jugulant pecudes, & murmura mitterent?

An quoniam podii meliore in parte sedentes

Spectant, aratam faciem quam crebra tridentati

In pacto quatiant hastilia, saucius & quam 1110

Vulneribus patulis partem perfundat harena

Cum fugit, & quanto vestigia sanguine signet?

Quod

Quod genus ut loqueris jam nesciat aurea Roma
 Te precor, Aufonii Dux augustissime regni
 Et iam triste sacrum jubeas, ut cetera, tolli. 1115

Perfice, nonne tibi meriti locus iste paterni :
 Quem tibi supplicandum Deus, & genitoris amica
 Servavit pietas ? solus ue præmia tantæ
 Virtutis caperet, Partem tibi, nate, reservo,
 Dixit, & intègrum decus intactumque reliquit. 1120

Arripe dilatam tua, Dux, in tempora famam,
 Quodque patri superest, successor laudis habeto.
 Ille Urbem vetuit taurorum sanguine tingui:

Tu mortes miserorum hominum prohibeto litari.
 Nullus in Urbe cadat, cujus sit pœna voluptas: 1125
 Nec sua virginitas oblectet cœdibus ora.

Jam solis contenta seris insamis hareua,
 Nulla cruentatis homicidia lndat in armis.
 Sit devota Deo, sit tanto Principe digna,

Et virtute potens, & criminis inscia Roma, 1130
 Quemque ducem bellis sequitur, pietate sequatur.





AURELII PRUDENTII
CLEMENTIS V. CL.

D. I P T Y C H O N,

Sive Titulus utriusque

T E S T A M E N T I.

T E S T A M E N T U M V E T U S.

De Adam, & Eva. I.

EVa columba fuit tunc candida; nigra deinde
Facta, per anguinum malesuadâ fraude venenū
Tinxit & innocuum maculis fordentibus Adam.
Dat nudis ficulna draco mox tegmina victor.

De Abel & Cain. II.

Fratrum sacra Deus nutu distante duorum
Æstimat, accipiens viva, & terrena refut. s.
Rusticus invidiâ pastorem sternit. in Abel
Forma animæ exprimitur: caro nostra in m. re
Cain.

Arca Nöe. III.

Nuntia diluvii jam decrepantis ad arcam
Ore columba refert ramum vitidantis olivæ:

AURELIJ PRUDENTII DIPTYCHON.

Corvus enim in Nubie per fœda cadavera capti.
Hæferat : illa datæ revchit nova gaudia pacis.

Illex Mambre. I V.

Hospitium hoc Domini est , illex ubi frondea
Mambre

Armentale senis protexit culmen : in istâ
Risit Sarra casâ, subolis sibi gaudia fera
Ferri, & decrepitum sic credere posse maritum.

Monumentum Sarra. V.

Abraham mercatus agrum, cui condere ossa
Conjugis : in terris quoniam peregrina moratur
Justitia atque fides. hoc illud milibus emtum
Spelzum, sanctæ requies ubi parta favilla est.

Somnium Pharaonis. V I.

Bis septem spicæ, vaccæ totidem Pharaoni
Per somnum visæ portendunt, dispare formâ,
Uberis atque famis duo per septennia tempus
Instare : hoc solvit Patriarcha, interprete Christo.

Joseph à fratribus agnitus. V I I.

Venditus insidiis fratrum puer : ipse vicissim
Cratera in fratris sacco clàm præcipit abdi :
Utque reos furti Joseph tenet, auctio fallax
Proditur : agnoscunt fratrem, veniâque pudescunt.

Ignis in rubo. V I I I.

ventibus involitans Deus igneus ore corusco
Compellat juvenem, pecoris tunc fortè magistrum.
Ille caput jussus virgam : fit vipera virga.
Solvit vincla pedum : properat Pharaonis ad arcem.

Iter per mare. IX.

Tutus agit vir justus iter, vel per mare magnus.
 Ecce Dei famulis scissim freta rursus ascunt,
 Cum peccatores rabidos eadem freta mergant.
 Obruitur Pharao : patuit via libera Moyfi.

Moyfes accipit legem. X.

Fumat montis apex divinis ignibus; in quo
 Scripta decem verbis saxorum pagina Moyfi
 Traditur, ille suos susceptâ lege revisit :
 Forma sed his vituli solus Deus, & Deus aurum.

Manna & coturnices. XI.

Panibus Angelicis albent tentoria patrum.
 Certa fides facti : tenet urceus aureus exin
 Servatum Manna. ingratis venit altera nubes,
 Atque avidos carnis laturat congesta coturnix.

Serpens aneis in eremo. XII.

Fervebat via sicca eremi serpentibus atris,
 Jamque venenati per livida vulnera morsus
 Carpebant populum : sed prudens ære politum
 Dux cruce suspendit, qui virus temperet, anguem.

Lacus myrrha in eremo. XIII.

Aspera gustatu populo sitiente lacuna
 Tristificos latices stagnanti felle tenebat.
 Moyfes sanctus ait: Lignum date, gurgitem in illa
 Conjicite : in dulcem vertentur amara saporem.

Helim lucus in eremo. XIV.

Devenere viri Moyse duce, sex ubi fontes,
 Et sex fortè alii vitreo de rore rigabant

D I P T Y C H O N .

Septenas decies Palmas : qui mysticus Helim
Lucus Apostolicus in numerum libris quoque dixit.

Duodecim lapides in Jordane. X V.

In fontem refluo Jordanis gurgite fertur,
Dum calcanda Dei populis vada sicca relinquit.
Testes bis seni lapides, quos flumine in ipso
Constituere patres, in formam discipulorum.

Raab meretrix. X V I.

Procubuit Hiericho : sola stant atria Raab.
Hospita sanctorum meretrix (tanta est fidei vis)
Incolumi securo domo spectabile coecum
Ignibus adversis in signum sanguinis offert.

Samson leonem necat. X V I I.

In victum virtute comæ leo frangere Samson
Adgreditur. necat ille feram : sed ab ore leonis.
Mella fluunt : maxilla asinæ fontem vomit ultra
Stultitia exundat lymphis, dulcedine virtus.

Samson vulpes capit. X V I I I.

Tercentum vulpes Samson capit, ignibus armat,
Ponere faces caudis circumligat, in sata mittit
Allophylum, segetesque cremat. sic callida vulpis
Nunc heresis flammas vitiorum spargit in agros.

David Goliath sternit. X I X.

David parvus erat, fratrum ultimus, & modò læsse
Cura gregis, citharam formans ad ovile paternum:
Inde ad delicias Regis. mox horrida bella
Conferit, & fundâ sternit stridente Goliath.

AURELII PRUDENTII

De regno David. X.

Regni pontifici fulgent insignia David:
 Sceptrum, oleum, cornu, diadema, & purpura, & ara.
 Omnia conveniunt Christo: chlamys, atque corona;
 Virga potestatis, cornu crucis, altar olivum.

Ædificatio templi. X XI.

Ædificat templum sapientia per Solomonis
 Obsequium: Regina Austri grave congerit aurum.
 Tempus adest, quo templum hominis sub pectore
 Christus
 Ædificet, quod Graia colant, quod barbara ditent.

Filii Prophetarum. X XII.

Fortè Prophetarum nati dum ligna recidunt
 Fluminis in ripâ, cecidit discussa bipennis.
 Gurgite summersum est ferrum: sed mox leve lignû
 Injectum stagnis, ferrum revocabile fecit.

Captivitas Israël. X XIII.

Gens Ebræorum peccamine capta frequenti,
 Fleverat exsilium diræ Babylonis ad amnes:
 Tùm patrios cantare modos, præcepta recusat,
 Organaque in ramis salicis suspendit amaræ.

De Rege Ezechia. X XIV.

Hic bonus Ezechias meruit ter quinque annos
 Præscriptum proferre diem, legemque obeundi
 Tendere: tot gradibus, quot vespera texerat umbra,
 Lumine perfusis, docuit Sol versus in ortum.

T E S T A M E N T U M N O V U M

Annuntiatio Dominica. XXV.

Adventante Deo descendit nuntius alto
Gabriel Patris ex folio, sedemque repente
Inttat virgineam. Sanctus te Spiritus, inquit,
Inplevit Maria : Christum paries, sacra virgo.

Civitas Bethlehem. XXVI.

Sancta Bethlem caput est orbis : quæ protulit
Jesum.
Orbis principium, caput ipsum principiorum.
Urbs hominẽ Christum genuit: qui Christus agebat
Ante Deas, quàm Sol fieret, quàm Lucifer esset.

Magorum munera. XXVII.

Hic pretiosa Magi, sub virginis ubere, Christo
Dona ferunt puero myrrhaeque & turis & auri.
Miratur genitrix tot casti ventris honores,
Seque Deum genuisse hominem, Regem quoque
summum.

Ab Angelis pastores admoniti. XXVIII.

Pervigiles pastorum oculos vis luminis inplet
Angelici, natum celebrans de virgine Christum.
Inveniunt testum pannis : præsepe jacenti
Cumque exsultant alacres, & Numen adorant.

Ciduntur Infantes in Bethleem. XXIX.

Inpius innumeris infantum cædibus hostis
Perferit Herodes, dum Christum quærit in illis.
Fumant lacteolo parvorum sanguine cunæ,
Vulneribusque madent calidis pia pectora matrum.

Christus

Christus baptizatur. XXX.

Perfundit fluvio, pastus Baptista locustis,
 Silvarumque favis, & amictus heli,
 Tiuxerat & Christum: sed Spiritus æthere missus
 Textatur tinctum, qui tinctis crimina donet.

Pinna templi. XXXI.

Excidio templi veteris stat pinna superstes:
 Structus enim lapide ex illo manet angulus, usque
 In sacrum sacri, quem spererunt ædificantes;
 Nunc caput est templi, & lapidum compago duorum.

Ex aqua vinum. XXXII.

Ædera conjugii celebrabant auspice coetu
 Fortè Galilæi: jam decrant vina ministris:
 Christus vasa jubet properanter aquaria lymphis
 Impleri: inde meri veteris defunditur unda.

Piscina Siloa. XXXIII.

Morborum medicina latex, quem spiritus horis
 Erucat variis: fuscum ratione latenti,
 Siloam vocitant: sputis ubi conlita cæci
 Lumina Salvator jussit de fonte lavari.

Passio Joannis. XXXIV.

Præmia saltatrix poscit funebria virgo
 Joannis caput, abscisum quod lance repositum
 Incestæ ad gremium matris. fert regia donum
 Psalteria, respersis manibus de sanguine justo.

Per mare ambulat Christus. XXXV.

It mare per medium Dominus, fluctusque li-
 quentes
 Calce terens, jubet instabili descendere cumbâ

Discipulum. Mortalis trepidatio plantas
Mergit: at illæ manum regit, & vestigia firmat.

Dæmon missus in porcos. XXXVI.

Vinela sepulchrali sub carcere ferrea dæmon
Frægerat: erumpit, pedibusque advolvitur Jesu.
Ast hominẽ Dominus sibi vindicat, & jubet hostem
Porcorum raptare greges, ac per freta mergi.

Quinque panes, & duo pisces. XXXVII.

Quinque Deus panes fregit, piscesque gemellos:
His hominum largè saturavit milia quinque.
Implentur nimio micarum fragmine corbes
Bis feni: æternæ tanta est opulentia mensæ.

Lazarus suscitatus a mortuis. XXXVIII.

Conscijs insignis facti locus in Bethaniã
Vidit ab infernã te, Lazare, sede reversum.
Apparet scissum fractis foribus monumentum,
Unde putrescentis redierunt membra sepulti.

Ager sanguinis. XXXIX.

Campus Acheldemah sceleris mercede nefandi
Venditus, exsequias recipit tumulosus humanas.
Sanguinis hoc pretium est Christi: Juda eminus artat
Infelix illum laqueo, pro erimine tanto.

Domus Caiphæ. XL.

In pia blasphemi cecidit domus ecce Caiphæ:
In qua pulsata est alapis facies sacra Christi.
Hiæ peccatores manet exitus: obruta quorum
Vita ruinosis tumulis sine fine jacebit.

*Columna, ad quam flagellatus est
Christus. XL I.*

Vinctus in his Dominus ~~est~~ ^{est}, atque co-
lumnæ

Adnexus tergum dedit, ut servile, flagellis.
Perstat adhuc, templumq; gerit veneranda columna,
Nosque docet cunctis immanes vivere flagris.

Passio Salvatoris. XL II.

Trajectus per utrumque latus, laticem atque
crüorem

Christus agit: sanguis, victoria: lympa, lavacrum est.
Tunc duo discordant crucibus hinc inde latrones
Contiguus: negat ille Deum, fert iste coronam.

Sepulcrum Christi. XL III.

Christum non tenuit saxū, non claustra sepulcri:
Mors illi devicta jacet: calcavit abyssum.
Sanctorum populus superas simul ivit ad oras,
Seque dedit multistactuque oculisque probandum.

Mons oliveti. XL IV.

Montis oliviferi Christus de vertice sursum
Ad Patrem rediit, signans vestigia pacis
Frondebis æternis: præpinguis liquitur humor;
Qui probat infusum terris de chrismate donum.

Passio Stephani. XL V.

Primus inquit Stephanus mercedem sanguinis
ambri
Adflictus lapidum: Christum tamen ille cruentus
Inter saxa rogat, ne sit lapidatio fraudi
Hostibus. ô primæ pietas miranda coronæ!

Porta speciosa. XLVI.

Porta manet templi, Speciosam quam vocitarunt,
Egregium Sol[?] opus: sed majus in illâ
Christi opus emicuit: nam claudus, surgere jussus
Ore Petri, stupuit damnatos currere gressus.

Visio Petri. XLVII.

Somniat inlâbsum Petrus alto ex æthere discum,
Confertum omnigenis animalibus. ille recusat
Mandere: sed Dominus jubet omnia munda putare.
Surgit, & immundas vocat ad mysteria gentes.

Vas electionis. XLVIII.

Hic lupus antè rapax vestitur vellere molli:
Saulus qui fuerat, fit adempto lumine Paulus.
Mox recipit visum, fit Apostolus, ac populorum
Doctor, & ore potens corvos mutare columbis.

Apocalypsis Joannis. XLIX.

Bis duodena senum sedes, pateris citharisque,
Totque coronarum fulgens insignibus, agnum
Cæde cruentatum laudat: qui evolvere librum,
Et septem potuit signacula pandere solus.

FINIS POEMATUM

PRUDENTII.

Errata aut mutanda in contextu
Prudentii.

- P Ag. 2. l. 8. muta distinctionem hoc modo, *Dicendum mihi: Quisquis es; Mundum, &c.*
- pag. 20. lin. penult. scribe, *suavissonantibus.*
- pag. 75. v. 21. lege, *flare rosas.*
- pag. 131. v. 719. lege, *Quem torva mater, eminus triste intuens, Vultu & severus, &c.*
- pag. 153. v. 37. distingue, *pars est; ubi labibus, &c.*
- pag. 157. Hymno *Agnetae*. versu primo lege, *Agnetae sepulcrum, &c.*
- pag. 178. v. 489, 490. pone comma post *ac* & post *Christum*.
- pag. 235. v. 164. pro *vulnere* reponc, *funere.*
- pag. 246. v. 555. lege, *Fit virtus specie, vultuque & voce severa:*
- pag. 287. v. 147. post *constantia* pone duo puncta. tum v. 148 & 149 distingue & lege, *prematuro nitendum summis, &c.*
- v. 151. distingue, *Conditionis amet; nimium ne congerat aurum.*
- pag. 288. numeri versuum turbati in melius mutandi sunt.
- pag. 190. v. 252. distingue, *Iustitia n.*

NICOLAI HEINSII DAN.

IN

PRUDENTIUM

ADNOTATA.



AMSTELODAMI,

Apud Danielem Elzevirium.

MDCCLXVII.

NICOLAUS HEINSIUS DAK

PRUDENTIUM


ADNOTATA



AMSTELÆDAMI

Apud Danielum Elzevirium.

MDCCLXXII.



N I C O L A I H E I N S I I
 I N
 P R U D E N T I I
 C A T H E M E R I N A
 N O T Æ.

In librum Cathemerinon præfatio] Hanc præfationem non ad Cathemerina oportet referri peculiariter, sed ad universum Prudentii nostri opus poeticum, cujus in eâ partes singula percensentur. Aberat autem, quod miseris, ab omnium vetustissimis Puteanæ bibliothecæ membranis. Ceteri etiam codices initio Cathemerinon erant mutilati. ipsam, de qua agimus, præfationem Prudentius videtur mutuatus ex illo Actorum Apostolicorum loco cap. VI. ubi occurrit Ἄγνωια καὶ ἀπρηξία. Nec desuerunt, qui duos hujus libri hymnos postremos loco moverent, ut illic præfationibus dicemus, quod ad cantus quotidianos transferri posse nequaquam viderentur.

v. 11. *Ac luxus petulans*] *Et luxus* cum Thuanico & Oxonio. cum *ac luto* mox subsequatur.

v. 22. *Hac dum vita volans agit*] *vita volens* in Thuanico. quod mihi præ vulgata scriptura concinnius omnino est visum: qui meminerim id lo-

4. NICOLAI HEINICHII
quem genus Maroni, inter ceteros, esse perquam
familiarem, de quo ad ipsum Æneid. sV, v. 219, cu-
ris secundis ad Nasonem Metamorphoseon II,
v. 128, & ad Silium Italicum. v. 445. noster
Hamartigenia, *juga dura volentes Aaactis subeunt Cer-
vicibus, & letalia prudens Eligit atque volens. & sua-
serat ut meliora volens sequeretur.* Hymno B. Lau-
rentii, *erumpit volens vocem secutus spiritus.* mox me
Salie disertim idem Thuaneus & Altinius: quomo-
do castigandum esse jam alii monuerunt. Flavio
Salia & Flavio Philippo Consulibus natus Pruden-
tius anno ab U. C. CCCL.

H Y M N U S A D G A L L I C A N T U M] sic
Put. & Thu. & alii.

v. 6. *Agros, sopores, desides*] alii *Agro sopore de-
sides.* sed Puteanus cum Thuano & Altinio *Agros,
soperos, desides.* quod & in duobus Weitzianis notæ
præstantioris comparet. recte. Nec turbandus fuit
ordo horum versuum, quod in editis nonnullis
exemplaribus est factum.

v. 26. *Est forma mortis perpetis*] in Puteaneo à ma-
nu prima, *Mortis imago est perpetis.* Forte, *Imago
mortis perpetis.* ut per epexegetin ista dicantur
quod Prudentio sollemne. Apotheosi, *Lumen
imago Dei.* sic & Præfatione in Psychomachiam pri-
mo statim versu tollendum est verbum substan-
tivum ex auctoritate codicum veterrimorum,

Senex fidelis prima credendi via. & infra Cathe-
merinon hymno IX, v. 85, ex optin. *membra-
nis, O novum cades stupenda vulneris m. ulum!*
vide & notas hymno XII, v. 177. Respe. au-
tem Prudentius Nasonianum illud,

Stulte, quid est somnus, gelida nisi mortis imago?

v. 53. *Fit namque peccator prius*] *peccatum; &
mox, lingua lubrico, non lingua lubrica, ex scriptis.*

v. 81. *Jesum ciamus vocibus*] *Hisum veterrimus*

Putea-

Puteanus & non loco & passim alibi. ut Hymno VII. v. 178. atque in extulisse nonnumquam veteres id vocabuli ex compluribus aliis Prudentii locis fit manifestum, ubi ~~scribitur~~ praescribit sic enuntiandum esse. Apotheleos v. 222. *Scrutati aeternum Regem cognovimus Hisum.* & v. 417. *Cognoscimus Hisu.* ubi veterissimi Codices I H V. v. 570, atque invocat I H M. v. 767. 932. 989. 1055. *Psychomachia.* 764. 777. alibi.

v. 84. *Cor mundum vetat*] *vetet* cum Goldasti membranis malo.

v. 97. *Tu, Christe, sumnum dislice*] ita vetustissimi codices. cum in vulgatis plerisque circumferatur *discute*. sic Peri Stephanon Hymno I I, v. 209. iidem codices,

Cum membra morbus disscit.

sic etiam utroque loco ex quinque pervetustis codicibus ad librum tertium Paulini de vita B. Martini Franciscus Juretus restitutum ivit: qui de hoc verbo illie loci consulendus: in eo tamen lapsus, quod Hymno sequenti ex membranis antiquis reponit, *Tu vitam totam dislice.* nam nostri *dispice* vel *despice* constanter.

I I. H Y M N U S M A T U T I N U S] sic cum Puteaneo, Thuano, & reliquis.

v. 12. *Regnante pallefcit Deo*] imo *pallefcet* cum iisdem exemplaribus.

v. 21. ~~versuta~~ *versuta fraus & callida*] In Oxonio *Versuta fraus*

v. 58. *Sunt multa fucis illita*] bene *fuscis* Egmondanus codex. quomodo & Giselinus ex veterissimo exemplari.

v. 68. *Tu lux Eoi sideris*] *Tu Rex* cum scriptis. & mox cum iisdem, *Sudavit impar praelium*, non *prelio*. quod & Giselinus euris secundis vidit. apud

Claudianum Nuptiis Honorii Aug. *prælia sudas?*
 & noster id verbum frequenter et in casu quarto
 conjungit. hymno proximo, *mella sudat recens fa-*
vus. & hymno sexto, *resudat* & in Apo-
 theosi, *crudus cervice resudat congeriem ventris.* hy-
 mno in exsequiis defuncti, *morbis tormenta resu-*
dans. hymnus octavo Kal. Jan. *Jam stillat illex a-*
rido sudans amomum stipite, atque ita passim noster.

v. 93 *Tandem faceffat*] sic vetustiores ex nostris.

v. 102 *Ne lingua mendax*] ne etiam in sequenti-
 bus Puteanus.

III. HYMNUS ANTE CIBUM.] ita om-
 nino sic nostri.

v. 20. *Trina superna regat pietas*] *superne* Putea-
 nus codex & Altinius cum Egmundano Weitzii. re-
 cte. *Superne* enim & *inferne* & *interne* syllabam po-
 stremam corripiunt. sic *Passione SS. Petri & Pauli:*
Omnicolor vitreas pictura superne tinguit undas. apud
 Lucretium libro IV constanter codices vetusti,

— edita pars &

Remorum recta est, & recta superne gubernata.
 libro VI, *Terra superne tremis magnis concussa ruinis.*
 & ibidem,

Tecta superne timent, metuunt interne cavernas.
 sed & apud Ausonium in Epistolis ad Theonem:

Implicitum quam te nostris internè medullis
Desore tam longi temporis in spatio.

v. 44. *plumigenam seriem*] *plumigeram* & potio-
 ribus membranis.

v. 82. *Flatibus incita*] *incluta* Puteanus. & *incita*
 Thuan. Egmundanus *incluta.* *incita* mox sub-
 querur.

v. 90. *canit harmonia*] in Puteaneo *canet.* etiam
 in Oxonio. mox iidem cum duobus Torrentii, *Nos*
igitur tua, sancte, manus. non sancta.

v. 100. *...it & indidit ore animam*] *...veitiffi-
mus Puteanus in fratrum codex, Ore animam dedit
ex proprio. aliquanto concinnus. cujus alterum il-
lud interpretamentum est.*

v. 142. *...mine quem*] *quam* vetustiores omnes.
ut ad carnem referatur. In Thuano tamen à secun-
da manu. *quem* Apotheosi, *Hu adfecta caro est homi-
nis, quam femina. pragnans Enisa est sub lege uteri.*

v. 175. *Viscera tensa*] *tenta* Puteaneus aliique
complures cum Torrentii duobus. mox idem cum
Oxonio *Ne libeat. vulgati Nec.*

v. 204. *Dux parili redi vivus homo*] sic Puteaneus.
In Oxonio *Dux parilis redi vivus humo.* sed probum
est *parili humo.* quod in Thuaneo exstabat. sed & in
suis Weitzius id invenit.

IV. HYMNUS POST CIBUM] ita scripti.

v. 5. *Seraphim*] *Seraphin* Put. deinde idem aut
vigemus, non ac cum Oxonio. etiam *Omnes quod
sumus* vetustiores, excepto Altinio, non *Omne*,
quod Weitzio probabatur, & *Inter viscera*, non *In-
tra.* tum *innocensve votum* iidem.

v. 50. *Famesque blanda*] *fameque* Put. & Oxonius.
uti Weitzius exhibuit. quod à Gifelino perperam
damnabatur. mox *indigensque victus*, non *victu*,
iidem cum Egmondano & Altinio.

v. 59. *Abacuc*] Puteaneus *Ambacum. Abbacuc*
Thuan. & Oxonius. *Ambacum* etiam in duobus
Weitzius.

v. 77. *Mundi scilicet impotentis actu conclusos regis*]
conclusos regis castigabat Johannes Cauchius.
aliter scripti. *actum* pro vago & incerto motu re-
rum humanarum videtur posuisse. sic *malis rotari*
nos mox subjungit. Hymno sexto animum in so-
mnis vagantem *tenui actu* frui dicturus est. & sub
finem ejusdem Hymni optima membrana,

*Procul o' procul vagantum
Portenta somniorum,
Procul esto pervicaci
Prestigiator actu.*

noster denuo Hymno Romani ex optimis mem-
branis, v. 972.

*Aut ferrum in ore nil agens & irritum
Versesse frustra se retusis actibus.*

apud Lucanum libro IX de Syrtibus,

*Pilaque contorsit violento spiritus actu. &
— quas ne per litora sparsas
Colligeret rapido victoriæ Casaris actu.*

v. 31. *Cum te, summe deus, precemur unum*] Pu-
teaneus & Thuanus cum Torrentii duobus *Cur te*
bene. & sine interrogationis nota pari modo apud
Ciceronem occurrit frequenter.

v. 86. *Nam languente truci leonis ira*] *truci ira*
Puteaneus cum Thuano. quod auribus magis blan-
ditur apud Nasonem, *Candida pax homines, trux*
deceat ira feras.

V. HYMNUS AD INCENSUM LUCER-
NÆ] sic codices nostri. *cerei paschalis* ritum Pruden-
tiii ævo ignotum fuisse ex antiquitatibus ecclesia-
sticis colligi licet. mox codices iidem, deinde scri-
pti, *Lucem redde tuis Christe fidelibus.* post versum
nonum habent Fabricii & Sichardi editiones ver-
sus quatuor, qui à membranis nostris absunt, & ab-
esse debent.

v. 22. *lacrimis stillat olentibus*] *olentibus* men-
dum cum Puteaneo & Thuano ac Torrentianis
bus. refer ad ceram odoratam, ex qua cerei fiebant
supra Hymno tertio, *Nectare sudat olente favus.*
Apud Statium in Silvis Lusu Saturnali,

*Quantum vel dare cereos olentes,
Cultellum, tennesve codicillos!*

sic

fic vetusta etiam o Parmensis, quod omnino probum est. nam cere nitentes circumferuntur ibi vulgo. apud Nasonem Met. VIII. *Solvit odoratas pennarum vincula ceras* in Prudentio scripturam jam vidit Gronovius Observationum Ecclesiasticarum capite V, addito hoc Paulini loco ex Natali III. Felicis, *Lumina ceratis adolentur odora papyri.*

v. 26. *Flammis mobilibus*] *nobilibus* Putcanus & Thuaneus, cum Rottendorphio (quem ut & Nomsianum posthac adhibebimus) ac Weitzii nonnullis. sed hoc ipso Hymno mox habebimus, *Pendent mobilibus lumina funibus.* uti & vere duo Weitziani.

v. 53. *Densatur cuneis turba pedestribus*] *Densetur* codices nostri, quod & aliis apud Prudentium locis revocari debet, ex fide membranarum. ut Hamartigeniae v. 410. 916. deinde Gronovius ex conjectura *turam* pro *turba* reponit. idem mox, *Curvus pars & equis & volucres rotis conscendunt celeres.* *curvus volucres & equis & rotis.* placet utrumque. Videndus is Observat. Ecclesiast. cap. V.

v. 57. *Hinc jam servitii nescia pristini*] *Hic* potiores. in Rottendorphio pro diversa scriptura notatum *libera pristini.* mox *suos* praecipit iidem codices.

v. 68. *permeat aquore*] *dum permeat* Rottendorphius.

v. 82. *domitum Pharon*] *domitam* nostri, & praefae Editiones eum Giphano. Aegyptum *domitam.* nec aliter Cauchius. mox *rabidis astibus.* & pro *devorant* *impios*, ut voret iidem. denique *Cui jejuna herer saxa loquacibus exundant scatebris.* non, *jejuna v. saxa madentibus.* idem in eodem vocabulo permisit sibi *Psychomachia: Excidit ergo animis heremi sitis?*

v. 103. *Qua conflat a*] *diffolata* duo vetustiores. mox *malim revolent,* quam *revolant.* sed aliter scripti.

v. 111. *Raphasque animas*] *Raphasque scri-*
pti. & mox Puteanus cum Thuan. *fonticulus uda*
fugacibus. nec aliter Egmondanus codex cum Altin-
 io, & in Observationibus Ecclesiasticis Grono-
 vius. qui præterea paulo ante *caligat cultaque*
pinguia. ut scges designetur. quomodo & præfatio-
 ne in Apotheosin,

Qui lata Christi culta fuit interpolat,
Addens avenas amulas.

sed scripti cum Vulgatis *cultaque.*

v. 120. *Pralabens fluvius*] *Pralabens* ex omni-
 bus nostris. sic Hamartigeniâ, *Sed dum liuentes li-*
quor incorruptus arenas pralambit. mox *Concentu pari-*
les, non parili Puteanus & Rottendorph.

v. 135. *Umbrarum populus*] *Functorum* Thuan. Rot-
 tendorph. Altin. Nonisianus cum duobus Torrentii.

v. 149. *O res digna, Deus.*] *digna pater* Putea-
 neus. *Pater pro Deo* frequenter occurrit apud no-
 strum. perperam paulo ante editio Gisellini *Phos-*
porum jugum pro *Bosporeo.* ut recte in scriptis.

VI. HYMNUS ANTE SOMNUM.

v. 6. *Vis una, lumen unum*] *Vis ac potestas una* in
 Puteaneo: ut postrema syllaba in potestas corripiatur.
 Salmasius Ausonii locum addiderat: *Majestas u-*
nusmodi Sociata Sancto spiritu vis ac potestas etiam-
 in Schedis Grævianis.

v. 11. *Redit quietis hora*] *Redit* & codices nostri:
 nisi quod in Altinio, *Rediit.*

v. 29. *Liber vagat per auras.*] sic Puteanus &
 Thuanus. duo Torrentiani, ac tres ex nostris. *vagas*
per auras. vagat non ausim mutare. de quo v. 10
 nos ad Nasonem Metamorph. VIII, v. 13. viden-
 dus de hoc verbo Giphanius Indice Lucretiano.

v. 61. *Quorum reversus unus regressus* in Puteano &
 Oxonio. iidem mox cum aliis nonnullis *Monuit fa-*
mem futuram.

v. 76. *Quam*

v. 76. *in tacenda] quam tuenda]* pro diversa scriptura Putēnus.

v. 105. *Quam bestiam rapacem.]* *capacem* in omnibus nostris. ad *capacem* alvum refer. hymno VII de *Jona*, *Abi capax vivus hauritur specu.* & *Psychomachia* :

Fertur Avaritia ; gremio præcineta capaci.
deinde *Charybdem* in *Puteaneo* & quatuor aliis. tum *Hanc nempe*, non *Hæc* ; scripti potiores. & *Johannis execratur*, recte *Puteaneus*, ut metro consulatur. sic & hymno VII v. 46. *Hamarrigen.* v. 916. denique, *Præferre nomen ausa* ablato verbo substantivo meliores.

v. 118. *Te chrismate innotatum]* etsi sic *Puteaneus* & alii quidam ex *vetustioribus* ; amplector tamen *innovatum* : quod in quinque tam nostris quam *Torrentianis* & *marginè Oxonii* legebatur. idque *Gronovius* quoque in *Observationibus Ecclesiasticis* probat.

v. 140. *Præstigiator astu]* *actu* *Puteaneus* & *Nomsius* cum *Egmondano*. de quo ad *Hymnum IV* v. 77 diximus.

VII. HYMNUS JEJUNANTIUM.

v. 1. *O Nazarene, lux Bethleem]* sic *vetustiores* nostri, non *dux*. in *Apotheosi* de *Christo* ;

O nomen prædulcè mihi, lux & decus & spes.
mox *fibra cordis lividi* bene *Rottendorphius*. quomodo & *editio Aldina*. in ceteris scriptis *vividi*.

v. ~~21~~. *Stertat ut præcordiis sagacissimus]* in *præcordiis* cum *Nomsiano* & *schedis Grævianis*.

v. 22. *Deterfa ut intus] & intus* *Puteaneus* cum *Thuaneo* & *Altinio*.

v. 32. *Curra præpeti.]* *præpete* *vetustiores*. & mox *Vittus præcanti*. tum *voce præstrictus* non *perstrictus*. *Oxonius* cum *Altinio* & *Weitzio*. nec aliter à manu

secunda Puteaneus, sic prastrictus uterque apothecis v.
115. prastringi luc. oculos. ibidem v. 100. prastringi
levi vulnere Psychom. 507. prastringere aërem pennis
ibidem v. 324. omnia ex scriptis.

v. 69. *Parvum locustis*] *Parvus*. probe:
In Oxonio *Parum*. quod & Aldus expressit. Fuit
cum *parcum victum* hinc revocarem quod & Giseli-
no in mentem venisse postea comperi. sic *parcus* &
parabilis victus apud Curtium. sed *rarus victus* pro
infrequenti

v. 72. *Veterum piatas.*] sic nostri, quod perperam
mutavit Weitzius.

v. 103. *Sed nosset ille cum minacem judicem*] qui
minacem Puteaneus cum Thuaneo & Nomsio. dum
minacem Rottendorphius. sed qui verum est. quod
etiam in Torrentiano uno ac margine Oxonii com-
parebat.

v. 119. *molares difficarent viridi*] praestant *mola-
res viridi* cum duobus vetustissimis. praeterea *dissepa-
rent* in Puteaneo. hoc est *dissiparent*.

v. 124. *Ventris recessus circuibat tortiles*] *Ventris
Maendros tortiles* optime Puteaneus cum Oxonio,
Nomsiano, Rottendorphio & uno Torrentii. *Maan-
dros ventris* pro *tortili* & *sinuoso ventris recessu* di-
xit, correpta prima syllaba ab sequentem litteram
vocalem. ut in *praire*; *praambulare* & similibus.
qua ratione ductus etiam Naso in Tristibus primam
corripuit in *Maotis*. noster superiori hymno,

O tortuose serpens,

Qui mille per Meandros.

Fraudesque flexuosas

Agitas quietas corda.

Maendros enim omnia *flexuosa* appellabant. sic
Purpura Meandro duplici apud Maronem: apud Fe-
stum: *Meandrum genus pictura dictum est. à similitudine
flexus amnis, qui appellatur Meandrus.* paria fere No-
nius.

IN CAEMERINA NOT. 13
 nius. apud Varro Maandratu pro nexnosis.
 Mihi facies Maandrata & sinuata atque etiam adeo
 pinges orbem teri. ita enim castigandum videtur pro
 & vinculata atque etiam adeo pinges. apud Ciceronem
 pro Pisone, *Maandros, que de verticula flexio-*
nesque quasisti? Pari fere modo & Græci. apud Hesy-
 chium, *Μαίανδρος ποταμός Μιλήτης, ἄλλος Καρίας,*
ἢ κόσμος τις ὀρεζικός, ἢ εἶδος ἰπποασίας ὡς ἰππο-
δάμας αἰς. apud Josephum in Antiquitatibus Judaï-
 cis, *Μαίανδρος εἰ κρητῆρος πηχυαίος τὸ ὑψὸς ἐξείρ-*
χαστο καὶ σῶθεσιν λίθων παντίων πῶ ἰδέαν. nec
 dissimili modo *labyrinthum* pro te perplexa posuit
 noster in Apotheosi.

v. 139. *Tectus flagellis multinodi germinis] multi-*
nodis in Puteaneo. sic clava trinodis, non trineda pœ-
tis, & enode lignum. trunci enodes apud Maronem.
mox sordidus cinis cum Puteaneo, Thuano, & aliis
duobus. ut & pullati patres. quod in bullatos perpe-
ram mutarat Weitzius.

v. 156. *Rex ipse Coos astuantem murices] hanc le-*
ctionem, quam codices nostri constanter tuentur,
ad Claudianum diu est quod asseruimus in Rufi-
num libro I, v. 352. Hymno Laurentii in optimis
membranis Sitimque honoris astuans. astuare cursum
Claudio. astuare astum Lucretio non semel: Pi-
seumque domus non astuat annum in Silvis Statii. Psy-
chomachia:

*Nec patitur vitare focos, quibus astuat aurum,
 Quod petit arsurus pariter peculator avarus.*

Cypria Sodomina:

Sodomina cum flammis flagrantibus astuat ather.
 Teulentius, cum in suis exemplaribus invenisset,
Coo astuantem murice, & Coos muricis, castigandum
opinatus est, Coo exastuantem murice. Plura libro II
in Symmachum, v. 9.

v. 162. *Fejuna mensis pubes omnis deserit] probe*

omnino *pubis* in Puteaneo & Torrentiano duobus.
 syllaba enim brevis hac sede requiritur. & sane Cæ-
 sarem declinasse *pubis puberis* Priscianas libro VI mo-
 net. passione Hippolyti, pari modo liber optimus
 ac veterrimus,

Mane salutatum concurritur: omnis adorat

Pubis: eunt, redeunt Solis ad usque obitum.

sic *torques & torquis, feles & felis, vulpes & vul-
 pis, valles & vallis.* apud nostrum Johannis pro Jo-
 hannes ultima correpta frequenter. & libro II contra
 Gymmachum *Spurca suis* in optimis membranis pro
Sordida suis, quod vulgatos codices insedit. dixere
 enim veteres *suis sueris*, ut *pubis puberis*. Psychoma-
 chix v. 479.

Nec parcit propriis amor insatiatus habendi

Pigneribus, spoliatque suos famis inopia natos:
 sic vetustissimus liber. ut & mox v. 508.

— *stupuit luis improba castis*

Heroum jugulis longe sua tela repelli.

& certe tam in Puteaneo quam in Egmondano eju-
 scemodi vocabula in *is* frequenter efferebantur,
 etiam illic locorum, in quibus lex metri id haud
 quaquam postulabat. sic hymno B. Vincentii v. 397
 duo vetustissimi codices, *Sed nulla famis.* Hymno
 Romani, v. 701, *Quæ cantis illud perpeti spectaculum.*
 & v. 840. *Tuus ille servus, prolis ancilla tua.*
 sic duo vetustissimi codices

v. 165. *Sucum papille parca nutrix denegat*] dero-
 gat præstiterit cum Puteaneo ac Ambrosianis sche-
 dis, Oxonio, Torrentiano uno. alterum in inter-
 pretatione obrepit. in Nonsiano abnegat. ad
 Nasonem Trist. II. v. 278. in nonnullis codicibus.

Et nimium scriptis derogat ille meis.

v. 167. *armentalium sollers virorum*] armenta-
 rium in Oxonio. addita interpretatione, *armenta
 custodientium.* pro *armentariorum.* hinc Virgilius:

Armen-

IN CATHEMERINA NATA IS
Armentariis. *fer agit.* sed & *armentali equa* apud
eundem occurrit. mox *hauriant* in Thuano & O-
xonio malim, quam *hauriat*.

v. 174. *Prosper (sinistrum)* sic vetustiores. in duo-
bus *Prosper*. in alio *Proper* pro *Propere*.
quod alii in suis invenerunt exemplaribus. mox
Emancipator in Thuaneo.

v. 199. *Ut cum vorandi vicerit libidinem*] *vice-*
rint schedæ vetustissimæ Ambrosianæ. quod magis
placet.

v. 205. *Quod limat agram pectorum rubiginem*]
pectoris Ambrosianum fragmentum. Thuaneus *pec-*
cati rubiginem in Oxonio, Nomsio & Rottendor-
phio, *corporis libidinem*. sed Oxonio addita scriptu-
ræ discrepantia, *vel pectorum rubiginem*.

v. 216. *Satis beatus quisque*] ita codices nostri.
apage illud *quisque* Giselinianum, quod passim in-
culcavit. ut Apotheos. v. 18. Hamartig. v. 875. & a-
liis compluribus locis.

VIII HYMNUS POST JEJUNIUM.

v. 22. *Sordibus cultu*] *Sordidus* cum nostris po-
tioribus.

v. 31. *Et latentem munere donat.*] argute & inge-
niose, ut solet, Gronovius conjectat, *patenti mune-*
re. Certe in Nomsiano repperi *latente*. mox *gredi-*
que perditam sano Puteaneus & Thuanus bene cum
Rottendorphio.

v. 40. *Vellus adfixis*] *adfixum* Rottendorphii li-
ber. *mod* & Cauchio arridebat.

v. 42. *inplexus lappis*] sic vetustiores nostri. non
implexis.

v. 64. *Corpus enervans*] *inervans* vetustiores no-
stri constanter cum schedis Ambrosianis. unde fuit,
cum scribendum arbitraret, *corpus inerrans*. Sed quod
locis

locis compluribus apud nostrum sic inertiū vetustissimæ membræ exhibeant, idcirco etiam in codice Aldhelmi de Virginitatis laude admodum antiquo, qui in Bodleiana existat Oxoniæ bibliotheca, pari modo exaratum offendimus, quoties quidem prima in *eneruare* corripitur syllaba, haud ausim controversiam movere auctoritati veteris scripturæ. *Ineruvare* enim videntur dixisse pro *innervare*. nam in *innitor*, *innecto*, similibusque vocabulis, in quibus littera deberet geminari, semel tantum exprimebatur. cuius rei cum vetusta exemplaria Maronis aliorumque fidem abunde faciunt, tum A. Gellius id ipsum adstruit ac testatur. in optimo codice Apotheosi v. 400. *inergima*, pro *energima*.

v. 71. *Sive tu mensam renuas cibumque sumere temptes*] sic Ambros. Putean. Thuan. & Oxon. cum ceteris. nisi quod *cibumve* in Oxonio & aliis recentioribus. Injuriæ igitur sunt illi, qui id eiecere, reposito *mensam renoves*. quod in uno Torrentii occurrebat. in alio *renovas*. Unde, *mensam renoves* & *temptas* ad Nasonem ego. etiam frustra.

IX HYMNUS OMNIS HORÆ] sic Put. & Ambros. In Thuanico, HYMNUS OMNI HORA. In Oxonio HYMNUS OMNIBUS HORIS. In Rottendorphio HYMNUS SEMPER CANENDUS. Codices nonnulli male versus unumquemque dividunt in duos.

v. 6. *Calo influentem*] *fluentem* Rottendorphius. paullo ante in Goldastiano non male *tympano*, omissio *tu* &.

v. 10. *Corde natu ex parentis*] *Corde susus* utique concinnius in schedis Ambrosianis. sic superiori hymno de Johanne Baptista,

Nec ante partu de senili effusus est,

Quam predicaret virginem plenam deo.

infra

infra hynno XI,

*Effusa nup̄ corpora,
Animasque rimatur novas*

Apotheosi,

*Quisque hominum vidisse Deum memoratur, ab ipse
Insusum vidit gnatum.*

ibidem de anima,

— *prescriptis quam quia condens*

Efflavit suditque modis. &

*Non animas animae pariunt: sed lege latenti
Fundit opus natura suum.*

In carmine Christiani poëtae, quod Claudiano ad-
scribunt,

*Christe, potens rerum, redeuntis conditor ævi,
Vox summi sensusque Dei, quem sudit ab alta
Mente Pater.*

mox cognominatus cum eodem Ambrosiano ac ce-
teris vetustioribus. non cognominatur.

v. 17. *primoplasti ex germine] protoplasti Rotten-
dorphius ex nostris & Torrentiani duo. quod Fa-
bricius secutus est. sic apud Alcimum Avitum,*

His protoplasten sensum primordia prima.

sed compluribus exemplis licet evincere, veteres
multum sibi permisisse in vocabulis Latinogracis
hujuscemodi procedendis. mox Putean. & Thuan.
& Ambr. *Merferat quem lex, non quam.* ut ad pro-
toplasten referatur.

v. 23. *psallant omnes Angeli] psallite omnes Am-
brof. Putean. Thuan. cum uno Torrentii. recte. vul-
gatum. in metro obversari Meycrus vidisset, voluit
reperit, psallat omnis Angelus.*

v. 25. *Ecce, quem vates vetustis concinebant sacu-
lis] præcinebant in duobus Torrentianis. præcinebat
in Rottendorphio. in Thuan. concinebat. quod
jam præcessit v. 5.*

v. 27. *cuncta conlaudent eum] Deum in uno Tor-
rentia-*

rentiano. non male. mox pro *primum ex hydria*
Ambros. *sumtum.* in Thuano *Nunquam minister.*

v. 38. *Vertat aqua fundo ab imo*] sic nostri. in
aliis quibusdam, *Verrai.* est hemisti-
chion Maronianum.

v. 55. *pepus milleformis*] bene in Puteaneo *millifor-*
mis. ut *multiformis.* sic in Apotheosi v. 195. *canifor-*
mis Anubis. mox idem codex & *pecus lymphaticum.*
nec aliter Thuaneus & Nomsius. in Oxonio, Altin-
nio, & Rottendorphio ut *pecus.* quod secutus est
Giselinus. Weitzius, *sit pecus.*

v. 58. *Quinque panibus peresis*] Puteaneus, Thua-
neus, Ambros. sic ordiunt hos versus, ut primo
loco legatur, *Ferte qualis ter quaternus* (non *Ferteque*
qualis ter quaternus, quod vulgatus & Rottendor-
phium infedit) secundo, *Adfatim refecta*, tertio,
Quinque panibus. quod & præstantiores occupavit
Weitzianos. secundo, inquam, loco, *Adfatim refe-*
cta Ambrosianus cum Altinio, non *referta.* quod
plus est. *refecta* etiam Nomsianus. ceteri eum vul-
gatis *referta.* sed in Apotheosi, ubi eandem habes
historiam, *crudus conviva resudat congeriem ventris.*
aliter ordinavit hos versus Giselinus, quem mem-
brana majori ex parte sequuntur.

v. 60. *accubantum milia*] *ad cubentum* Puteaneus
& Oxonius, constanti errore. quod mireris mox
& *perennis suavitas* in Ambrosiano. deinde *clausa*
queque obstacula in Puteaneo, Oxonio & Nomsio.
sed male.

v. 72. *cardo dissolubilis*] *indissolubilis* Oxonius
cum Nomsio, Altinio & Rottendorphio. & sic
supra v. 40. quinta sede etiam admisit spondæum.

v. 74. *Objice extrorsum repulso*] ita Puteaneus.
quod & Torrentio probabatur. In Oxonio *extror-*
sum excluso. in Thuano *extrorsum reclusa.* sic obex
feminini generis apud Maronem aliosque occurrit

in membranis. de quo ad Maronem ipsiū Æneidos X. v. 377 & ad Claudianum libro II in Eutrop. v. 34. In Apotheosi tamen habes v. 750. *duro objice.* & v. 76. *vitreo objice.* & ibidem v. 910. *nullo objice.* alii cum duobus Torrentianis, *objice extrorsum recluso.*

v. 76. *luce fulva*] *putem furva*, si per libros liceat. ut ad *antra* referatur. & sic Torrentius cum Cauchio.

v. 82. *Solve vocem mens sonoram*] *sonora* Puteaneus & alii complures. in Oxonio *Solve mens voce sonora.* Puto, *Solve voce mens sonorâ, solve linguam mobilem.*

v. 85. *O novum cæde stupenda*] sic Puteaneus, Oxonius, Nomsius & Rottendorphius. In margine editionis Giselinianæ *cædis stupenda.* inale omnino. quod tamen Weitzius arripuit. Thuaneus & Torrentiani duo *cæde in stupendâ.* at Schedæ Ambrosianæ, *cædes stupenda.* ut *cædes stupenda* & *vulneris miraculum* per epexegefin dicantur. vide annotata supra ad Hymnum I, v. 26. mox *colla sibila* cum Puteaneo. nec aliter in Goldasti codice Weitzius invenerat. quod Virgilianum de serpente :

Tollentemque minas & sibila colla tumentem

Dejice.

v. 92. *versipelli astutia*] pro hac scriptura stant Puteaneus & Oxonius. in aliis *hortamine.* *versipellis astutia* occurrit denuo v. 38. præfationis in Apotheosi:

v. 11. *perstrepant concentibus*] *perstrepunt* in Ambrosiano.

X HYMNUS CIRCA EXSEQUIAS DEFUNCTI] sic Put. & Thuan. in Oxonio & Rottendorphio CIRCA EXEQUIAS DEFUNCTORUM.

v. 8. *Animus simul & caro vivit*] *Et spiritus & caro servit* in vetustissimis. Cauchius conjiciebat pro *Animus, Flatus*. sed & sequentia in Putæaneo codice sic exprimuntur, quæ sequentur scripturam illam in nonnullis suorum inventam damnavit Giselinus :

Et spiritus & caro servit.

Resoluta sed ista seorsum

Proprios revocantur in ortus.

Petit halitus aëra fervens :

Humus excipit arida corpus.

Sic cuncta creata necesse est

Obitum tolerare supremum ,

Ut semina dissociata

Sibi sumat origo resorbens.

Hanc tu , deus optime , Sec.

Apparet autem hanc discrepantiam ex duplici editione horum carminum profluxisse. Pessime Weitzius : qui omnes diversitates lectionum quasi in unum conflavit. quod minime ferendum. etiam Fabricius perperam duas lectiones in contextum auctoris adscivit. Videamus singula. *Spiritum* pro *anima* poni nil novum. *servire deo*. & hoc Prudentianum. sic Apotheosi , ——— in uno

Constituit jus omne Deo , cui serviat ingens

Virtutum ratio.

Codex Ambrosianus itidem vetustissimus ita versus subsequentes constituebat ; ut utramque scripturam videatur quoque exprimi voluisse. Nam sic in schedis Bigotianis invenio ,

Sibimet sumat origo resorbens ,

Rescissa sed ista seorsum

Anime rapit aura liquorem.

quæ ad versum XVI, XVII & XX editionis Weitziana opinor referenda esse. ubi versu ultimo male exhibetur , *Rapit arma* , secundo *Resoluta* , primo *sibi sumat*. Weitziana à versu XIII usque XXI absunt

à Nom-

v. 125. *quis m. verat ipse]* ipsa Puteaneus à manu secunda.

v. 126. *Hominis t. i. membra sequēstro]* Forte tibi sequēstra.

v. 128. *Factoris ab ore creatæ]* In Puteaneo, Oxonio, & schedis Gravianis Cauchii, Cui nobilis ex patre fons est. utrumque exhibet versum Nomfianus. mox pro illa requireret Puteaneus illa.

v. 161. *Gremio senis abdita molli]* addita Puteaneus. mox idem *Recubabit ut illa Lazari.* quod & in suis Weitzius videtur invenisse in ceteris nostris, ut est *Eleazar.*

v. 166. *Quibus atra è morte triumphans]* atra morte Oxonius cum aliis duobus. quomodo & Weitziani nonnulli cum priscis editionibus. In Puteaneo *triumfas.* mox *mandans* in Oxonio.

v. 180. *Liquido spargemus odore]* ad ore Rottendorphius, cum Altinio. quod & marginem occupavit Oxonii.

XI HYMNUS OCTAVO KALENDAS JANUARIAS.] sic Put. Oxon. & Aldus. In Rottendorphio: HYMNUS NATALIS DOMINI. Ceterum in eodem Rottendorphio & Nomfio hic hymnus cum sequenti agmen claudere libri *αὐτὴν σελάνων* post Passionem Romani. sed male.

v. 14. *Quem matris edit castitas]* mater castitas in nostris omnibus. sic præfatione Psychomachiae,

Nec ante prolem conjugalem gignere,

Deo placentem, matre virtute editam.

hoc est matre, quæ virtutis omnis exemplum sit. ita *mater castitas*; omnium castissima.

v. 22. *Calum diemque]* ita scripti. Erasmus *Noctem diemque. Calum noctemque & Tartara* in Altinio. Forte *solum diemque* ut hymno Romani. v. 326.

v. 77. *O sancta præsepis tua]* præsepis tui ex scriptis.

v. 97. *Hunc quem latebra & obstetrix] latebra & obstetrix* Oxonius, Rottendorphus, & duo Torrentiani, cum Altinio.

XII HYMNUS EPIPHANIÆ. sic veteres.

v. 56. *claramque signabat viam] monstrabat* Puteaneus. nec aliter pro diversa scriptura Oxonius. nil mutò. mox *subnixum face* in Rottendorphio.

v. 70. *Thesaurus & fragrans odor] In Puteaneo* Thesaurus & fragrans odos. mox *at myrreus*, in Oxonio. bene. *ad myrreus* in Putean. quod tantundem est. vulgati, ac.

v. 73. *Hoc est sepulcrum] In Puteaneo. Hoc hoc est sepulcrum.* Puto *Hoc hoc sepulcrum*: ablato verbo substantivo.

v. 99. *Satelles, i, ferrum rape] Hæc vera est scriptura,* quam & Puteaneus adstruit, & Thuanus cum Nomsio. quicquid turbatur ab aliis codicibus. sic & in Apotheosi v. 381. restituendum,

— I, scriba tripiētis

Digere versiculus.

v. 110. *Mucrone districto] districto* opinor. etsi aliter libri. mox *in plaga descendat cave immutes.* descendit *vulnus ad ossa meum*, apud Nafonem.

v. 131. *Aram ante ipsam] synalæpha est.* qua propter minime hæc adversus codicum auctoritatem sollicitanda. *Aram ante cujus* Erasmus. *Aram sub ipsam* Torrentius & Cauchius ex Apocalypsi. Hainardus v. 354.

genii peperit bona omnia conditor unus.

ita scripti. & v. 700 in nonnullis,

Vade homo, ad flatu nostri prænobilis oris.

præfatione Psychomachia,

Parente natus alto & ineffabili.

ex membranis. tum ipsa Psychomachia v. 493.

mortalia cuncta

*Occupat intentus, neque est violentius ullum
Terrarum vitium. & v. 685.*

Scissa procul palla, proserpens in serpente flagellum.

v. 834.

Panditur alta domus. nullum hic structile saxum.

v. 902.

Cessisse stomacho. fervens bella horrida fervent

Offibus inclusa; fremit & discordibus armis.

fic scripti. alibi plura. paullo post *Quo proficit, non
Quid Put. Ambros. Thuan. & Rottendorphius cum
Cauchii libris.*

v. 142. *Edicta quondam fugerat] Edicta quadam
à secunda manu Puteaneus.*

v. 145. *Cantum & statutum jusserat] jus erat
omnino scribendum cum Puteano, Ambrosiano,
& Rottendorphio. Cauchius conjiciebat paullo post
Cantus statuto jusserat. ac deinde idem pro Puerile
pignus corrigebat Virile pignus. ut paullo ante, Proles
virilis indolus. sed aliter membrana.*

v. 170. *Passis in altum brachiis] Pansis vetustio-
res omnes. pari modo & in Germanici Arateis an-
tiquissima, quæ consului, exemplaria. & in Psycho-
machia, & præf. in Symm. panso carbaso. cornibus op-
pansis v. 410.*

v. 177. *Qui ter quaternas petras] quaternis petris
Erasmus conjectabat perperam. est enim epexegetis,
ter quaterna petra Apostolorum stemmata. plura exem-
pla congesimus ad Præfat. Cathemerini v. 26. In-
fra, Omnesque suscipiunt tribus,
Biffena fratrum semina.*

Hamartigenia v. 243.

*Translit objectas præscripta repagula ripas.
quod perperam immutarant. v. 789.*

*Christigenam secunda domum Davitica regna
Edidit.*

ubi contra auctoritatem membrorum dederant,
& Davitica regna. v. 845.

Aversis se. rite oculis post tenebras

Liquerunt miseri prope pericula mundi.

quæ etiam interpolabatur vulgo.

v. 184. *Christi figuram pinxerint*] *finxerint* cum Erasmo Thuaneo & Nomisius.

185. *Hic Rex priorum judicum*] *prior est judicum* in Thuaneo. ut supra hoc ipso hymno,

O sola magnarum urbium Major Bethlem!

magnus discipulorum Psychomachia. v. 530. quod & illic immutarant. ut & passione Vincentii, v. 294.

Fortissimorum fortior. & Passione Agnes, Et quod dolorum tætrius omnium est. Sed cum τὸ prior est judicum legibus metri adversetur, existimo à manu Prudentii fuisse, Hic Rex priorum est judicum. post pro Dominaque rex ecclesie, Cauchius Geminaque, qui in suis invenerat, nostræque rex ecclesie. mox Templi novelli & pristini Ambrosianus.

v. 189. *Hunc posteri Effraim*] *Efrem* vetustiores. ut sit synalæpha. quod Prudentio familiare. deinde *Manasse* malo quam *Manasse*.

v. 203. *Persa & Scytha*] τὸ & tollendum cum melioribus. duæ enim consonantes productam reddunt syllabam proxime præcedentem. nihil frequentius in Prudentio occurrit.

I N H Y M N O S

Π Ε Ρ Ι Σ Τ Ε Φ Α Ν Ω Ν

N O T Æ.

In Præfationem.

Mmolat Deo patri] versus hic, qui initium carmini facit, quod Victor Gifelinus præfationis loco hymnis *αἰεὶ σεράων* jubet præfigi, secutus vetusti codicis & Daventriensis editionis, ut ait, fidem, in omnibus exemplaribus nostris desideratur, si unum Rottendorphium exceipimus, in quo exstabat. Assentior tamen Gifelino revocanti eum postliminio, tum amoventi postremum hujus odes illum, *Quo regente vivimus*, idque cum Aldo Manutio. quem versus tamen idem Rottendorphius cum Oxonio exhibebant. ut fortasse desint nonnulla hujus carminis. Sed nostrorum nullus Martyribus dicato libro hanc oden præponebat. Certe nec in Puteateo libro, nec in schedis Ambrosianis, quæ initium & magnam partem hymnorum *αἰεὶ σεράων* complectebantur, apparebat. In Oxonio autem claudebat agmen poematum omnium Prudentianorum. ut & apud Aldum. In Rottendorphio inter libros adversus Synmachum & Dyptichon legebatur. quod auget suspitionem, Dyptichon non esse factum nostri Prudentii. & sic editiones nonnullæ, quæ Dyptichi præfationem faciunt hanc oden, quomodo & Nomsianus codex. In Thuaneo, *De opusculis suis Prudentius: Jambicum mixtum*. Rottendorphius quoque, *Incipit de opuscu-*

IN ΠΕΡΥΣΤΕΦΑΝΩΝ ΝΟΤÆ. 27
opusculis suis. Aldus, Ode, in qua poeta de se lo-
quitur.

v. 18. *Paropsis*] *parapsis* in Oxonio & Thuano.
in Rottendorphio *parapsis*. inonitum *Psychoma-*
chia versu 532.

v. 26 *Ut obsoletum vasculis caducis*] *vasculum*
caducis nostri.

v. 33. *Quicquid illud accidit*] *accidet* in Thuanco,
rectius.

IN HYMNUM PRIMUM.

IN HONOREM SANCTORUM] expres-
simus Puteanei codicis scripturam. nec abludit Al-
dus. nisi quod ille *Emiterii & Chaledonii*. Ambro-
sianus, *In ipit Aur. Prudentii Clementis hymnus in*
laudem Sanctorum Martyrum Emeteri & Chelidoni
Calagoritanorum. in eodem codice hic hymnus pro-
xime subsequerebatur *Martyrium Romani*. Thuan.
Emäterii & Cheledoni Calaguerritanorum. In Rot-
tendorphio, *Passio Hemetrii & Celedonii*. *metrum Tro-*
chaicum. In Alrinio, *Hymnus in honorem S S. Mar-*
tyrum Hemiterii, &c. In reliquis codicibus nulla in-
scriptio.

v. 3. *Sanguinis notis & idem*] *notis eadem* Put.
Ambr. Thuan. & ceteri nostri cum Weitzianis o-
mnibus & Aldo. nec mutare Giselinus debuit,
quamquam consuluisse legi metricæ potest videri.
ita tamen haud infrequenter Poëta horum tempo-
rum. S^{us}nasius locum Ausonii adscripserat, *Vi-*
ctum ^{Ab}*abitus*, *mores semper eadem habuit*.

v. 11. *Fræcucurrit proditrix*] *percucurrit* in nostris
omnibus.

v. 17. *Non sinant*] sic Nomsius & Rottendor-
phius ex nostris. at vetustiores omnes, *Non si-*
nunt.

v. 22. *Dira nec mors terruit*] *dura* Puteaneus &

Thuanus cum Torrentii duobus. quod & Giphanius est amplexus.

v. 25. *Hoc genus ortis decorum est, hoc probis dignum viris.*] hoc ~~probrum~~ non inconcinne coniciebat Cauchius, cum in vetusto codice *probrum* reperisset. sed aliter nostri. deinde omittunt *ro est* Egmondanus & Palatinus Weitzii, ex nostris Putean. Altin. Rottendorphius ac Nomsius. & sunt admodum familiares Frudentio hi hiatus, sic ut pæne singulis pagellis eorum aliquod vestigium atque exemplum occurrat. qua de re jam copiose egimus Cathemerion Hymno XII, v. 131. Salmasius ex hymno Bedæ simile exemplum proferebat, *Hymnum dicat turba fratrum, hymnum cantu personet.*

v. 27. *Hestico domare ferro*] *donare* Aldus cum scriptis nostris. quod est multo elegantius. mox *idem, morte & hostem vincere.*

v. 33. *Militat sacrarius*] *nunc fidei militat* in Puteaneo à manu prima. certe secunda in *fidei* syllaba passim producitur pari modo in poematiis D. Paulini. etiam apud Lucretium libro V. *via qua munita fidei.* Adi Notas Francisci Jureti ad librum primum Paulini de Vita B. Martin. n. 6. Salmasius huic loco adscripserat, videndum esse Bedam de metris, additis ex Paulino locis duobus, *Orbe cum sancta pia pars fidei, & Discutiebat ovans galea scutoque fidei.* mox Thuanus in *signo lignum.* sed *signum crucis* jam præcessit. putabam aliquando in *signe ligni.*

v. 46. *Duris colla bovis impedit*] *bach* hic denuo nostri & Torrentianus nusus cum Aldo. de *præfatione* in Psychomachiam v. 33.

v. 52. *Concalescunt pectora*] sic nostri. nec audio Giphanium reponentem *Convalescunt.* *corda Christo calefacta passione B. Cypriani. Incenditque fidem calore Christi, Passione B. Fructuosi. Concaluisse Dei flatu,* Hamart. v. 183.

v. 59. *Serviemus saculo*] idolo malebat Cauchius. nil necesse.

v. 63. *Quidquid est proprium Dei*] sic vetustiores duo. totidem alii verbum *resistantivum* non habent. Weitzius eum Cauchio, *quicquid est summi Dei*. deinde ex iisdem scriptis, *& vos tribuni absistite*.

v. 81. *Quave pœna ornaverit*] *quave pompa* in præcipuis nostris. & placet. tamquam de victimis agat. in Thuaneo, *quave pœna ornaverit*.

v. 92. *Oppalluit*] nil mutandum. stant pro hac lectione nostri. Adî annotata ad *Psychomachiam* v. 410.

v. 94. *Famne credis*] *credes* in Thuaneo. mox domentur *dæmones Puteaneus & Cauchianus*. at in aliis plerisque domantur.

v. 103. *Nec tortor adstat*] *instat* in Nomfio. *adstat* jam præcesserat. *instat* etiam Cauchianæ schedæ.

v. 113. *Algidus cum decoloris horrorartus concutit*] *decoloros* nostri duo vetustiores cum Weitzii *Egmondano*. sic ex scriptis *unicolora anima*, *Hamarti-genia* v. 821.

v. 118. *State nunc hymnite matres*] ita scripti præstantiores constanter. nec muta. Cauchius con-jiciebat *perperam*, *Clara nunc hymnistriarum*.

IN HYMNUM II. B. LAURENTII.

HYMNUM IN HONOREM PASSIONIS LAURENTII BEATISSIMI MARTYRIS] s. Put. & Oxonius. qui & in inscriptionibus horum hymnorum passim conveniunt porro. eos-que duximus sequendos esse nobis. adeo quidem, ut ubi Puteaneus deficit, Oxonium finius expres-suri. In Thuano, *Incipit passio Laurentii beatissimi Martyris*.

v. 4. *Ritum triumphas*] sic malo cum Put. & Am-bros. & Aldo, quam cum ceteris nostris, *triumfans*.

v. 16. *Incruento pralio*] ita nostri ad unum omnes. male igitur *incruentum* ex suis Giphanius. tamquam *incruens pralium* dixit Prudentius paullo post.

v. 21. *Fore hoc & v. 26. Fletum fundere omnes nostri.*

v. 32. *Prædicta palmam præstitit*] *palam* Thuan. contra metrum. *palmam prætulit* in Puteaneo & Nomsio. hoc est, præ se tulit.

v. 46. *Urbi regia*] sic duo vetustiores ex nostris. *urbis* alii minus antiqui.

v. 86. *Præstigiis*] *præstrigiis* disertim Puteaneus. quod in uno suo existare etiam Weitzius testabatur. certe & Isidorus *præstigiis* inde deducit, quod *celeritate manuum præstringantur oculi, ita ut miracula videantur fieri.* nam falluntur Manutius & Lambinus ad Ciceronem, qui *præstringere oculos* non *præstringere*: dicendum contendunt. quorum sententiam vetusti passim codices, etiam Prudentiani, retundunt.

v. 91. *Ut dedita stipendiis*] *didita* probe Puteaneus. quomodo & Cauchium restituisse innuebat Torrentius. *Cauchii ipsius schedæ, debita.*

v. 96. *En Caesar agnoscit suum Nomisma nummis inditura*] sic constantissime libri veteres. Non est audiendus igitur Johannes Wouwerius, qui ad Octavium Minucii Felicis *suum enigma* castigabat: & per *enigma* inscriptionem Cesariani nominis inditam nummis intelligebat. etsi is adsentientem hic sibi habuit celeberrimum. & summum virum Gerardum Johannem Vossium. sequenti pagina meminisse occurrere, *Is ipse tantum non habet Argentorum anigmatum Augustus.* ubi *emblematum* male reponebant. sed ipsa hæc repetitio odiosa omnino & intempestiva foret. scio & illud Hymni X Calhemerion *propriæ enigmata vultus.* ubi *schemata* nobis obtrudebant. ex quo loco apparet *enigma* hand-
qua-

quaquam ad averſam nummorum partem eſſe referendum, quod Giſelinus volebat. illic enim de reſurrectione mortuorum agitur, quorum formam omnem reſuscitandam forſaliterat, eandemque vultus effigiem, quæ vivis olim adhaſerat. Gloſſæ, quæ ſub nomine Iſidori circumferuntur, *Anigma, figura, ſive typus, vel ſpecies.* appoſite ad mentem Prudentii. *Αἰνίσματα* ſive *αἰνιθόμεναι* nonnumquam ſignificare, do intelligendum, vel etiam alludo ad aliquid, Budæus contendit. hac ſignificatione *αἰνigmata* pro ſimulatione rei vivæ dicta poſſunt videri. *Νόμισμα* autem apud Græcos cum monetam interdum deſignet, nummum non ſemper, ea diſtinctio & hic loci eſt admittenda. Legebam ego aliquando, *En Caſar agnoſcit ſuum Nomen nom: ſmatis inditum.* nunc verò vulgatæ ſcripturæ controverſiam metere moveri non placet.

v. 106. *Quæ vos*] *Quam* plerique. *Qua* Put. & duo Torrentiani. *Quæ* in Oxonio.

v. 134. *Ac ſpem devorat*] *ſpe devorat* omnino rectius Rottendorphius ex noſtris & Palatinus Weitzii, cum Cauchio ſic quoque conjeſtante. inveteratum mendum eſt: cum in Ambroſiano quoque ac ceteris antiquiſſimis id occurrat.

v. 144. *Cogens in unum congregat*] & *congregans* ſcripti.

v. 156. *Nervos in ulnam contrahat*] *in unum* Rottendorphii liber.

v. 160. *Quos ipſe primus noverat*] Abſque Puteaneo codice, longe illo optimo vetuſtiſſimoque foret, hic locus etiamnum mendosus, ut in omnibus hætenus exemplaribus, circumferretur. *primus* inſigniter is præfert & convenienter. quia de penu eccleſiæ in proxime præcedentibus agebatur. in qua Diaconos arcæ præuiſſe etiam ex Paulini libro IV de vita B. Martini apparet, ubi hæc habes:

*Protinus adstanti Diacono, quem more priorum
Antistes sanctæ civitatis legerat arcem,
Imperat, ut domini sorsitu nummisque coëmtam
Aptaret properans argenti in corpore vestem.*

v. 165. *Præscriptus en jam*] & *jam* in nostris.
deinde *servidus Judex avaro spiritu*, in Puteaneo &
Oxonio. quomodo & Aldus. non *servido Judex a-
varus spiritu*. mox *dispositas opes*, non *dispositus libri*
castigatiores.

v. 190. *Effossa gignunt rudera*] *Schedæ Ambro-
iana vetustissimæ Offossa*. quod non ausim damna-
re, etsi insolens. Vide annotata ad *Psychomachiam*
v. 410. ubi plura. In veterimis Maronis exempla-
ribus, *Offugere*, *Offulgere*, *Offore*, *Obvolvi aris*, & si-
milis. de quibus ad illum.

v. 192. *Excudit labor*] *excludit* in Rottendor-
phio.

v. 209. *Cum membra morbus dissecat*] *difficit* no-
stri omnes. & bene. monitum jam *Cathemerinon*
Hymno l. v. 97.

v. 228. *Languoris expertes gerunt*] *Put.* & *Oxo-
nius Laboris*. quod & editiones nonnullas occupavit,
atque in iis Aldinam.

v. 234. *Qui veste & ore prænitet*] *prænitent* in scri-
ptis. mox, quod alii ex suis monent, *Hydrops aquo-
sus lurido veneno*, non displicet. etsi nostri omnes *lu-
cido veneno*. apud Horatium, *aquosus albo corpore*
languor.

v. 242. *Manus recurvas & volam plicans*] *in vo-
lam* noster Gronovius in *Observationibus Ecclesia-
sticis*, ex *Widmanniano Weitzii codice*. sic supra
Nervos in ulnam contrahat.

v. 250. *Sitique honoris astuans*] *Sitimque* scripti
bene cum Aldo. monitum *Cathem. Hymno VII.*
v. 156. at vero *Puteaneus Sitemque*. quomodo &
Weitzii Egmondanus. sed & superiori versu in
Bon-

Bongarsiano ac Widemannio Weitzii, tum editione Sichardi, *Quid ille fervens ambitum*, non ambitu. qua de re plura sumus dicturi V. 10 II. contra Symmachum v. 9. sic Pſychocrach. v. 293. ex scriptis *formidabile fervet.*

v. 263. *Dum demonum sordes colis*] coles malucrim cum Puteaneo.

v. 286. *Aut putridum*] recte *putidum*, potiores tam nostri quam Weitziani. *putris* præcesserat modo. ejus primam solet corripere Prudentius, cum in *putidus* producat.

v. 313. *Ridemur, clamat furens*] *fremens* Ambros. Thuan. Altin. Rottendorph & tres Torrentiani cum Weitzii plerisque.

v. 318. *Cavillo mimico*] Thuanus *capillo*. sed male. sic apud Sedulium libro V. perperam circumfertur. — *jam jamque volant mendacia mille*

In Dominum vanis hominum constat a labellis. ubi *favillis* nonnullæ editiones habent, quod & à me in scriptis exemplaribus est inventum. cum *cavillus* sit revocandum.

v. 323. *Egon' cachinnis venditus*] *Ergon'* in Ambrosiano.

v. 327. *Censura nulla est fascibus*] Salmasius *cenſuram* hic capiebat pro dignitate. sic *cenſura oris* & *vir cenſorius* pro pulchro. non assentior. paullo ante *Acroma festivum*, non *acroama*: scripti.

v. 338. *Pænis morarum jugibus*] *moratam* malit vir summus Petrus Faber Semestrium libro III. cap. VIII. sed nil necesse.

v. 353. *Quid mox*] ita scripti. & post, *constratum rogam* præstantiores. neutrum à Weitzio debuit immutari. supra, *Prunas tepentes sternite.*

v. 413. *O Christe, numen unicum*] *nomen* in Put. & Ambros. sic sequenti hymno Eulaliæ:

Quam juvat hos apices legere,

Quitua, Christe, tropæa notant:
Nomen & ipse sacrum loquitur
Purpura sanguinis elicit.

v. 431. *Quodcumque rarum jacet*] sic vetustiores.
 In Oxonio *Quacumque*. in aliis compluribus minoris rei, *Quocumque*, mox sit *Christiana* ut civitas nostri.

v. 437. *Confederentur*] *Confederantur* Puteaneus cum Oxonio, & mox *Mansuescit orbis*. quibus & Aldina editio subscribit. tum *abjunctas plagas* nostri omnes, ut & *Veneratus*. non *adjunctas plagas* & *Veneratur*. libro II in Symmachum, *quadrupes abjuncta est bipedi*. monuit jam Giphanius.

v. 456. *Errans Iuli cecitas*] sic nostri omnes. etiam schedæ Ambrosianæ. nisi quod in uno Rottendorphio *Julica*. quod & Weitzius in duobus suis invenit. in uno *Julia*. alii ex suis monent *Fula*. non male. sed vetustissimos sequor. *Iulum* posuit pro Romanis, tanquam conditorem nominis Romani. *Fula* Cauchius est amplexus, ut *urbs Romula* pro *Romulea*.

v. 463. *Cathedram possidens Primam*] sic Put. Thuan. Oxon. Rott. Nomsius cum Aldo. in tribus Torrentianis & Altinio *Primus*. etiam in Ambrosiano. sed *tō u* erat *a* superscriptum. quod vult *Primas*. in eodem *creditus*.

v. 479. *Nefanda damnet limina*] omnes nostri cum Aldo *Nefasta*. tum *ahenos pessulos*. mox *Stabunt ut æra innoxia* Altin. Noms. & Rottendorph.

v. 493. *Repens medullas indoles*] *Replens* in Ambrosiano, Rottendorphio, tribus Torrentianis, Cauchiano.

v. 500. *Christi ad tribunal curritur*] *curstat* ex conjectura Cauchius. ut ad plebem referatur. aliter scripti omnes. monet idem Cauchius, ad tribunalia basilicarum respici à poëta.

v. 513. *Quidquid Quiritum siveverat Ornare nenas*
 Nu.

Numa] feliciter admodum sese in hoc loco verbatum esse opinatur Giselinus, cui sic castigarit, cum *res sacras* ante haberent libri editi. Sed omnino scribendum est *Orare simpuvium Numa*. quod disertim praeferunt ex nostris Puteaneus optimus, Nomsianus & Torrentiani duo. In Thuaneo quoque *simpuvium*. Aldus & multae editiones *res vanas*. In Oxonio *Ornare res impias Numa*, sed in quo subiungitur hic versus, *Orare simpuvium Numa. res impias* in Rotendorphio quoque. Primus Giphanius ad Lucretium publice correxit, *Ornare simpuvium Numa*: nec aliter Caehius. qui *orare* tamen merito praeferbat, & *simpuvium* derivabat ὄρα τὸ συμπύειν. Salmasius *simpulum* hoc loco vi debatur velle, quod in Puteaneo reperisset *simpuvium*. optinere tam Caehius quam Giphanius monent illa Iuvenalis Prudentium respexisse ex Sat. V. *simpuvium ridere Numa, nigrumque Catinum*. verius tamen cum scriptis *Orare* quam *Ornare*.

v. 532. *Sedem celebrat ossium*] *ossium* vetustiores bene. ita dixit *pecua* alibi, ut mirus est imitator antiquitatis. sic & hymno V. v. 111. restituimus.

v. 536. *Qui vota fundit murmure*] *murmure* in Puteaneo. scribendum *vota murmura*. sic supra. *Votasque dispensat opes*. quod & ibi perperam immutabant. paullo post *Vasco Hiberos* malebat Caehius. quomodo ex nostris Altinius.

v. 567. *Poscunt licenter*] In omnibus nostris Altinio excepto *jocantur*, etiam in Ambrosiano & Torrentianis tribus. nec ausim obniti. prave *letantur* Altinius. *licenter* ex Fuldensi Weitzius. quem vide. mox *Martyras* vetustiores. vide Romani. v. 216.

IN HYMNUM III. EULALIAE.

v. 2. *Mortis at indole*] & *indole* scripti. male in nonnullis recentioribus, *Mentis & indole*. Cau-

chius conjectabat, *Moris at idole*. sed Statio, *Ingenium crudele necis*.

v. 21. *Spernere sudicia, flere rosas*] ita scripti potiores. nisi quod in Amirofiano & Oxonio *stare rosas*. Weitzius *flare* ex Bongarsiano. quod Salmasius amplectebatur, & in margine editionis Sichardiana exstabat. vere, ut opinor. mox *mudesta gradum* Nomsius & Rottendorphius, noto Græcismo.

v. 32. *Ingenique ferox*] *ingeniumque* Thuan. non placet.

v. 59. *Regna Canopica*] *Canopia* in eodem Thuaneco.

v. 80. *Frivola utraque & utraque nihil*] Cauchius malebat, *Frivolum utrumque & utrumque nihil*. Sed Prudentio multum licuisse in his talibus passim apparet ex nostris hisce castigationibus.

v. 100. *Si potis est, revocare tuam Torva puellula nequitiam*] *revocare viam nequitie* contra scriptos Giselinus. sed & vetustiores nostri, *Si potis es*. nec aliter Aldus, & Weitziani duo. quomodo & libri primi contra Symmachum præfatione vetustus codex, *Hujus, si potis es, jam miserescito*. ubi tamen reliqui *potis est*. quod Giphanius ad Lucretium tuetur vocabulo *viridans*, exemplo Terentii & veterum, apud quos frequenter occurrit, *Si potest, si poterit*. sed tunc potius dicendum foret, *si pote est*.

v. 109. *Flore quod occidis in tenero*] *Sole* Putaneus. quod non est de nihilo. Similem ex Hamartigenia adscripserat locum Salmasius, *Ut pueros sol primus agit*.

v. 110. *Proxima dotibus & thalamo*] *thalamis* Put. & Oxon. Forte *thalami*. mox in eodem Oxonio *Excruciatilis exitii*.

v. 125. *Absuerit*] *asuerit* duo veterrimi codices. & sic apud Maronem, Gellium, alios passim in
an-

IN ΠΕΡΙ ΣΤΕΦΑΝΩΝ ΝΟΥΕ. 37.
antiquissimis exemplaribus. de quo nos ad ipsam
Maronem.

v. 151. *Critus odoratus & in jugulos] ut in jugulos
Fluxerat* probe Put. Thuan. Alt. & Rottendorphius
cum Aldo & priscis editionibus. quod immutari
non debuit. mox *in volitans humeros* Palatinus. Simi-
li proorsus modo scribendum quoque infra videtur.

v. 171. *Vidit ut ipse satelles avem:] non Vidit &
ipse.*

v. 187. *Clara colonia Vettonie]* sic vetustiores.
non *Vectonie*. Græcis hic populus *Οὐρέσθες* ut pluri-
mum dicuntur. de Ana Emeritam prætereunte
quod subjungit, revocat mihi in memoriam locum
Ausonii ex optimo Vossiana bibliothecæ exemplari
à me castigatum in Epistola ad Paulinum, cujus i-
nitium, *Excutimus, Pauline, jugum*. Locus sic se
habet.

*Et quod terrarum calique extenditur inter
Emeritensis Ane lataque fluente Garumna.*

ita, inquam, Vossianus codex: cum in vulgatis cir-
cumferatur *Emeritaque amnes*. mox in nostro duo
vetustissimi codices cum *Nomsio*. *Mania pulchra
lavit, non lavat*. idque ἀρχαϊκῶς & Maroniano
more; sic Hymno V. *Arvina cancerem lavit*.

v. 192. *Atria luminat alta nitor] alma omnes
nostri cum Aldo.*

IN HYMNUM IV. XVIII.
MARTYRUM.

v. 15. *Civitas omnis] Civitas quaque* scripti. &
recte. quod & Cauchio probabatur. Hymno XII
v. 131. Cathemerinon jam ostendimus sollemne
Prudentio esse, ut syllaba brevis ob sequentes duas
consonantes reddatur longa. infra Hymno V. v. 218.
ex scriptis, *Dente frequenti exasperat*. & dubito an non
& post v. 39. pari quoque modo sit scribendum.

Obuia Christo rapiens. Cæterum à Thuaneo codice aberant hi quatuor versus.

v. 25. *Nomen hec gemma serosio iuigatum est*] *illigata* Thuaneus & Nonnius eum Puteaneo & Ambrosiano. rectius utique.

v. 31. *Nostra præstabit*] imo *gestabit* eum scriptis.

v. 33. *Cucufate fieta*] *fata* in uno Torrentiano. deinde *Barchinon* codices vetustiores.

v. 54. *Studiosa Christi*] *Christo* Put. Oxon. Altin. cum tribus Torrentianis & Palatino Weitzii.

v. 56. *Pacis honore*] *honora* opinor. mox *Martyrum turmas* Nonnius.

v. 78. *Clerus hinc*] *hic*, ut & versu proximo scripti.

v. 89. *peregre necandus*] *peregri ἀπαίνως* ex scriptis. monuit jam Giphanius.

v. 98. *dederit sepulcro*] *sepulcri* ex iisdem.

v. 102. *Arte virtutis*] *Hic* & tres sequentes ab sunt à Puteaneo.

v. 109. *Hic & Encrates*] Rottendorphius *Encrate*. reliqui, etiam Puteaneus & Ambrosianus, *Encrati*, cum Aldo. in Oxonio *Encratia*. in Martyrologio S. *Eneratidis virginis & martyris* sit mentio.

v. 123. *abscisa papilla*] sic scripti. in martyrologio de hæ ipsa: *mamilla abscisa & jecore avulso*.

v. 125. *Jam minus mortis pretium peractum est*] *peracta est* concinnius aliquanto vetusta apud ine exemplaria, etiam Ambrosianum. Oxonius & Aldus *peracta*, sine verbo substantivo. tum mox *sine soporo*, non *supremo*, vetustiores.

v. 143. *Tumba viventis*] nostri omnes eum Aldo *Fuge viventis*. bene.

v. 146. *Dives optato simul & Luperco*] & *Toepecco* Ambros.

v. 153. *Publium pangat chorus*] *Pangere psalmis* jam

jam præcessit. sequor igitur Aldum & tres scriptos, in quibus *pandat*. & sic Weitziani fere omnes. tale illud apud Val. Placcum in irio operis,

— *versa proles tua pandat Idume,*

Namque potest, Solyo nigrantem pulvere fratrem.

v. 157. *Quantus Eventi*] In Puteaneo *Evovoti*. *Eunoti* in Ambrosiano. *Euvanti* in Alcinio. quod & editiones nonnullas occupavit. In Thuano Nomsioque *Evvoti*. In Rottendorphio & uno Tomentii *Evoti*.

v. 171. *explicandus*] *explicandas* in Oxonio.

v. 179. *Morsque Vincenti*] *Tuque Vincenti* in Puteaneo, & pro diversa scriptura in Oxonio.

v. 181. *Additis Caio*] hic octo versus in Puteaneo desiderantur. idem de Tiliano codice nescio quo testabatur Salmasius.

v. 190. *veniam precatur*] *precantur*, & mox *spes ut absolvat* in Ambrosiano.

IN HYMNUM V. B. VINCENTII.

v. 10. *Luces in insigni stola*] Aldus & scripti omnes *Conluces insigni stola*. nisi quod in Puteaneo *Conlucis*. nec aliter Cauchianus codex, & schedæ Grævianæ. quod verum est. Consulantur annotata nostra ad Hamantigeniam v. 626.

v. 15. *Litare divi gentium*] *gentibus* Thuaneus. ut fuerit fortassis, *Litare dii gentilibus*.

v. 22. *Qui sceptrum gestat Romula*] *publica* Putaneus, & pro diversa scriptura Oxonius. non male, nam habet in deliciis id vocabuli noster.

v. 25. *vos Nazareni*] in Puteaneo *Nazoreni*. Deinde *Hæc saxa nostri omnes*. Giselinus *sacra* malebat.

v. 51. *Precanda jam nunc est tibi*] *Placanda* malebat Cauchius, obnitentibus scriptis. nec causam video.

v. 52. *Aut mors luenda est sanguine*] abest à Rottendorphio verbum substantivum. & sic in uno Weitzii. deinde Respondit scripti.

v. 63. *Atque ipsa pœnarum ultima*] *Quaque ipsa* in Puteaneo. at in Thuano *Aut ipsa*.

v. 68. *Coli iubentis numina*] *jubetis* in nostris omnibus. uti & Aldus. nec aliter Weitziani.

v. 76. *Adsunt & illic spiritus*] Artificiose in Puteaneo *At sunt*. confirmant sequentia, *sunt*; sed *magistri criminum*. ita enim scripti, non *sed sunt*. quæ responsionis loco sunt, & objectionem diluunt. mox *aucipes* non *aucupes*, in scriptis vetustioribus. unde *auspices* recentiora exemplaria mendose.

v. 87. *Ejusque jam jamque adfore*] sic scripti. Rottendorphius *jam jam adfore*. ut hiatus relinquatur Prudentio sollemnis. mox è *latebris viscerum*, non *corporum* Put. & Oxonius.

v. 99. *Illos reorum carnibus Pastos, manuque exercitos*] *Illos reorum Plutones Pastos refectus carnibus* in Puteaneo. quomodo & in Egmondano existare Weitzius adfirmat, & in margine libri alterius.

v. 103. *Impune ne nostris sibi*] *Ne impune, ne nostris sibi* Puteaneus. quæ repetitio viin egregiam addit orationi.

v. 111. *Conpago donec ossium*] *ossium* probe libri. ut & hymno II, v. 532.

v. 113. *Posthinc hiulcis ictibus*] *bisulcis ictibus* in Oxonio. nam de unguis intelligendum docent sequentia, quas & hymno primo *bisulcas* dixit v. 44. infra hoc ipso hymno v. 337. *ungularum ictus duplices* habemus. & denuo *bisulcas unguilas* hymno Romani v. 73. sed & *macro hiulcus* de unguis hymno Romani ejusdem v. 452.

v. 115. *Ut per lacunas vulnerum*] *per latebras* in Put. & Oxon.

v. 127. *Frontem serenam inluminat*] sic Fabricius
cujus

IN ΠΕΡΙ ΣΤΕΦΑΝΩΝ ΝΟΤΑ. 41
cum Gisclino, & uno Weitzii. in nostris *luminat*,
constanter, & voce. Hymno Eulaliae,

Hic ubi marmore perspicuo

Atria luminat alma nitor. pro illuminat.

v. 142. *Dum se cicatrix colligit*] Hic desicibat
liber ille insignis Pntcanorum fratrum maximo no-
stro cum damno. pro *diruet* Nomfianus *diluet*, ut &
schedæ Grævianæ.

v. 146. *Si jam tuorum respicis*] pro hac scriptura
stant constanter nostri codices. In editis plerisque
perperam *Suam tuorum*. Unde Cauchiana uata con-
jectura *Satin*?

v. 176. *Inuictum, insuperabilem*] claudicat ver-
sus. quod cum agnoscerent & alii, reposuere, *inex-*
pugnabilem. sed Thuanicus & tres Torrentiani, *in-*
exsuperabilem. Scribe, *inexsuprabilem*. amat enim
has contractiones litterarum noster.

v. 207. *Igni, grabato*] *Igni ut grabato* in Oxonio.
In Rottendorphio *Ligno, grabato*.

v. 218. *Dente infrequenti exasperat*] amplecten-
dum, *Dente frequenti*. quod & in Gisclini nonnul-
lis exstabat rectè. diximus hymno IV, v. 15. nec
aliter Cauchius & Salmasius.

v. 226. *Scintillat excussus salis*] ita nostri & Wei-
tziani. nec video cur Gisclinus *excussum cinerem* hoc
loco reposuerit. de sale loquitur vivis istis carboni-
bus excusso, qui Vincentium torrebant. mox per-
peram *frigitur* pro *figitur* Cauchius. scripti obnitun-
tur. quod & ipsum Persio idem ibat restitutum, &
frigas in cute solem.

v. 260. *Tergo jacentis sternerent*] *jacenti sternerent*
Codices Weitziani, Palatino excepto. in Rotten-
dorphio & Gisclinianis nonnullis *jacenti sternerent*.
Forte *jacenti sternier*.

v. 272. *Ruptis cavernis dissilit*] ita nostri.

v. 308. *Lucis latentis pròditur*] *proditor* in uno
Wei-

Weitziano. nec displiceret, si alii codices adfentirentur.

v. 329. *Exemptus, inquit, carcere*] *carceri* duo nostri eum Thuaneo.

v. 335. *Mollire perfultum torum*] *præfultum* in nostris. mox *vestem linteam* non *lineam* potiores scripti. ut hymno Eulaliæ,

Membra tegit simul Eulalia

Pallioli vice linteoli.

v. 357. *Si mors habenda hujusmodi est*] *ejusmodi* in omnibus nostris. etiam in Ambrosiano.

v. 362. *Mortu lavacris inclytam*] idem Ambros. Thuan. Altin. Oxon. & Rottendorphius *elutam*. aut sic, aut *erutam* etiam Weitziani. Opinor tamen *inclytam* ab Aldo profluxisse. qui sinistro plane & inconsulto studio navos à Prudentio commissos, insuper habita verustorum codicum auctoritate, contendit emendare. Adi annotata ad Pselhomachiam v. 484.

v. 375. *Parique missus carcere*] *missum* omnes nostri. quos inter & Ambrosianus.

v. 392. *Titulumque figat*] *figat* Oxon. Altin. & Thuan. eum duobus Torrentii. quod in suis quoque Cauchius invenit. mox *famis* pro *fames* Ambros. & Thuan. de quo Cathem. VII, v. 162.

v. 402. *Circumvolaret*] *rectius circumvolarat* in Ambros. & Thuan. deinde *sedule* non *sedulo*, plerique nostri. utrumque dicitur, sed illud minus obvium.

v. 432. *nullusne te franget modus*] *te refranget* in Ambrosiano. Forte *nullusne refringet*. refringere pro frangere.

v. 443. *Vasis feretur flatibus*] *flustibus* correctum in Thuaneo. quod & alios complures occupavit. In editis nonnullis *Austris feretur flatibus*. unde

Cau-

Canchius, *Austris flantibus* vel *Austri flatibus*. sed aliter scripti apud me.

v. 462. *Rorante praeceps palmula*] *praeceps* bene Ambr. Thuan. Rottendorph. & tres Torrentiani. *praeceps* paullo ante praecesserat.

v. 484. *Secura plebs iter legit*] *Secunda plebs iter legit* in Thuanco. in aliis nonnullis *Secura plebs iter terit. terat* in uno Torrentiano. In Rottendorphio *gerat. Secura plebs inceserit* Aldus.

v. 506. *Seccessus*] ita Thuan. Rottend. Nomsius & tres Torrentiani.

v. 515. *Altar quietem debitum*] *debitam* malo cum vetustioribus. mox iidem *Persusa subter hauriunt*.

v. 520. *Persusa subter hauriunt*] *subtus* Ambr. & Thuan.

v. 555. *Per quem*] sic Aldus cum Oxonio & Schicardi editione. nec debuit à Weitzio mutari.

v. 563. *Si sub tuorum gaudia*] *gaudio* Ambros. Oxon. & Rottendorph.

v. 565. *Paulisper huc tu illabere*] *Tollendum* rō tu ex scriptis & Aldo. tum mox cum iisdem, *Sic nulla jam resset mora.* confirmat utrumque Ambrosianus quoque.

IN HYMNUM VI. B. FRUCTUOSI.

In inscriptione pro *Augurio*, Ambros. *Angorii*. Oxon. *Aucorii*.

v. 9. *supernum Christi ad sedile*] *superbum* Thuan. & Egmund. cum scriptis editisque plerisque, Virgiliano more. apud quem *fores & sedes superba*.

v. 30. *Et purgamen aque*] sic Oxonius & Nomsius cum Altinio & Thuanco.

Damnes, si sapias] *Damnas* in Ambrosiano. unde *Damna* Bigotius.

v. 70. *Corpora concremanda solvit*] *concremata* Oxon.

v. Oxon. cum Thuano & Ambrosio. innox idem
 v. Thuan. *expediret. quomodo & tres Weitzii.*

v. 83. *Cur vestri memor ut fiam rogatis]* ita scripti
 pertinaciter. Aldus autem, *ut fiam.* ne peccetur in
 metrum. sed vide Giselinum. hymno Romani,

v. 815. Cypriani, 59. apud Aratorem parimodo,
Credite, vera fient, nec spe frustrabor inani.

v. 91. *Stabat calce mero]* sic Aldus. scripti *mera.*

v. 94. *Non est credite pœna]* *credita* in Thuaneco.

v. 101. *minantur ipsi]* *ipsis* scripti. tum *trepidant-*

ibus caminis recte potiores. foci crepantes jam præ-
cesserant.

v. 126. *quos forum peremit]* *quo foro* Ambros. an
quos foro?

v. 128. *patente calo]* *parente caco* in Ambrosio,
 Thuaneco & Altinio. non male. ut & in uno Wei-
 tzii. alludunt alii nonnulli, in quibus, *parente*
calo.

v. 142. *ô triforme culmen]* *lumen* in Ambrosio.

v. 149. *anicla]* *anula* in Thuaneco. in alio *anulla.*
 quomodo & Ambrosianus. ut deriventur ab *anu,*
anula & anulla. *anicula* usitatus est. In Nomfio *ani-*
la. in schedis Grævianis, *anicula.*

IN HYMNUM VII. B. QUIRINI.

v. 1. *Insignem meritis virum]* *meriti* præter Al-
 dum unus Weitzii, ex nostris Thuaneco & Nom-
 fii. ut cum secundo casu conjungatur *Insignis.* pro
Siscia in Egmondano, Rottendorphio, Oxonio, Tor-
 rentianis duobus, & Altinio *Sescia.* Weitzius ex
 Widmanniano *Suscia.* sed Prolémæo quoque *Σισκία*
 est. *Siscia* Paterculo, Plinio, Antonini Itinerario. nec
 aliter Ambrosianus codex. Eusebii Chronicon ad
 annum MMCCCXXV. *Quirinus Episcopus Siscianus*
pro Christo gloriose interficitur. mors ejus ibidem per-
 censetur.

v. 32. *Doctorem pavidus greges*] *Ductorem* in Rotterdamphio.

v. 37. *heu filius Extemplo trepidos videt*] Magnus Scaliger ad eundem Chronici Eusebiani locum *heus* suo *Exemplo trepidos*. nam in Chronico, *ne suo terrentur exemplo*. cerre in Thuaneo *suos exemplo*. tuos *exemplo* Aldus & Ambrosianus. vera scriptura etiam in margine editionis Gifelinianæ comparet.

v. 42. *Verbis mirificis rogans*] *mitificis* probe scripti. & in his Ambrosianus. sic & Dyptico scribendum,

Regia mitifici fulgent insignia David.

Restituimus Silio etiam Italico id vocabulum ex optimis membranis, libro XII,

Exsequia tantum, famam nomenque volentem

Mitifica mentis, tenuerunt funere lato.

perpetam vulgati, Horrifica mentis.

v. 59. *Calcere & fremitum maris*] scripti non agnoscunt τὸ &. bene. sic mille locis noster. paullo ante, *Nil ipse proprii memor.*

v. 67. *vorticibus*] *verticibus* scripti. sic & supra v. 27. *tum ut modo suspendor* in Thuan. & Nonnio. nec aliter Ambrosianus. deinde in Oxonio, *Jam vis prodita nominis*, non *Et*. denique nostri omnes, *Quam gentilis habet stupor.*

IN HYMNUM VIII.

nunc baptisterium est Calagurri] *Calagurri* ex Oxonio addidimus. In Egmondano & Widmanniano Weitzii *Calagurra*.

v. 1. *Electus Christo locus est*] ita nostri. Weitzius ex duobus suis *locus hic*. mox *Domini pro nomine cassis* in nostris, non *Christi*.

v. 11. *aterno lapsu*] *athereo* rectius nonnulli ex nostris & Weitzianis.

v. 14. *jugiter unda Deo*] *uda* ex Thuaneo.

Inconciunnum enim omnino illud, *Exundat*
enda.

IN HYMNUM IX. B. CASSIANI.

v. 2. *Vocant ab ipso*] *Vocitant* in Ambrosiano.
rectius.

v. 14. *Confessa parvis*] *Concessa* in Thuaneo. tum
mox omnes nostri *Aedituus*, non *Aeditimus*. quod
Weitzius arripuit.

v. 25. *tristia visa*] *jussa* scripti plerique. Am-
bros. tamen *visa*, ut & Nomsius. & facit ad excusa-
tionem Martyris, tamquam præcepta ejus ievera
aspera ac tristia non essent, sed discipulis talia vider-
entur.

v. 36. *Fictis signis*] *Strictis* Rottendorphius &
tres Torrentiani.

v. 41. *volupe est ut præbeat ipse*] hoc modo no-
stri omnes, quos inter & Ambrosianus. nec à Wei-
tzio immutandum fuit. deinde *minis* coërcuit Thua-
neus. sed Ambrosius cum reliquis *nimis*. probe. in
eodem *Ductor severus*.

v. 50. *curva humens pagina*] alii *curva tumens*.
codices nostri partem majorem *curta tumens*. Sed
recte Thuaneus, *curta & umens*. quomodo nos
jampridem ad Claudianum castigavius. monuit-
que in exercitationibus ecclesiasticis Gronovius
è πέρυ. in Ambrosiano *charta & umens*. Cauchius
proxime verum *curva & humens*.

v. 74. *dexterâ ut ferret stilum*] ut fere Ambrosia-
nus. *ferre*. Altinius. Fortasse *dexterâ ferri*. quam-
quam & posterior in *ferre* produci potest, ob sequen-
tes duos consonantes, Prudentiano more. *ferre* e-
tiam Palatinus Weitzii, & ex suo codice Cauchius.

v. 77. *Pingere puncta libet*] alii *pungere*. sed pro-
be tres nostri *Pangere*. & sic à manu primo Thua-
neus. sed & Ambrosianus *pangere*. *Pangere*, *figere*,
Festo

Festo pangere clavum Livio. pangere plantam passum apud rei rusticæ scriptores, hoc est, in terram defigere.

v. 96. *Tibi si qua spes est*] Ita non male Giselinus. Sed scripti eum Aldo, *Spes si qua tibi est*, solito hiatus.

v. 104. *forte nutantem boni*] forte in scriptis. mox urbe adeo Rottendorphius. Fortasse, *urbe abeo*. Foro Cornelii.

IN HYMNUM X. B. ROMANI.

Hunc Hymnum separant codices nonnulli à ceteris hymnis *ἄλλοι στίχοι*. ita Aldus, qui primum ei hos inter locum sub titulo *Romani* adsignavit. In vetustissimo fragmento Ambrosiano similiter præcedebat hymnum in passionem Emeterii & Chelidonii, cum hac inscriptione, *Sancti Romani Martyris contra Gentiles dicta. Opuscula Aurelii Prudentii Clementis, metro Jambico senario. sub finem, Finit Sancti Romani liber Peri Stephanon. Incipit Aurelii Prudentii Clementis hymnus in laudem Sanctorum Martyrum Emeterii, &c.* In Puteaneo non potuit illi locus idem obtigisse. Cum hymnus Emeterii illic proxime Psychomachiam excipiat, Forte post libros adversus Symmachum illic, uti & in Thuaneo, legebatur. Cæterum quod detrimenti sumus passi in Puteaneo, qui hac parte erat mutilatus, id quodammodo schedæ Ambrosianæ æque vetustæ resarcivere, quæ hymnum huic fere totum complectebantur. Eædem schedæ versus xxx primos hymni hujus nomine præfationis indigetant. Nam ante illa *Galerius orbis*, codex ille, *Explicit præfatio. Incipit passio.* In codice Oxonio poema hoc sub titulo *passionis Romani* inter Hamarrigeniam & Psychomachiam legebatur insertum. Sed & in vita Prudentii, quam is ipse codex exhibebat, novem ejus

reccn.

recensentur libri, Cathemerinon, Apotheosis, Psychomachia, Hamartigenia, contra Symmachum, item contra Symmachum, Romanus, Peri Stephanon, Tituli Historiarum. In Thuanco: *Incipit ejusdem Romanus contra gentiles*. In Rottendorphio ultimum hoc poema est inter hymnos *αἱ σῆδων*.

v. 12. *Et modis laborat absonis*] concinnius foret, *Et laborat absonis modus*. sed scriptis exemplaribus obniti nolo.

v. 15. *laxabit sonos*] *balabit sonos* in Ambrosiano. mox idem cum Rottendorphio & tribus Torrentianis *Euangelista* scribit, non scripsit.

v. 22. *luculenter differet*] *luculente* in Thuanco, & ceteris fere omnibus. sic infra v. 377. *terrulente* non *terrulenter*.

v. 43. *Ecclesiastenusque de sacrariis*] libri duo aut tres apud me *Ecclesiastenus ac de*. in Altinio *Ecclesiastenus atque de sac.* alii aliter. sed in Ambrosiano & Thuanco, *Ecclesias tenusque*. Scribe meo periculo *Ecclesiasten usque de sacrariis Raptare plebem*. *Ἐκκλησιαστὴς* enim apud Græcos tam qui audit concionem, quam qui concionatur. atque ita in Thuanco extare schedæ Salmasiana me docuerunt.

v. 49. *Altaris aram*] *arcam* in Thuanco.

v. 52. *Romanis acris*] sic castigatiores. in quibusdam minus vetustis, *sacris*. Unde Cauchius *Herc sacra Romanus excellentis*. in Thuanco à manu prima, *Romanus acra*.

v. 73. *Costas bisulcis exsecandas unguis*] ita scripti. non *exarandas*.

v. 92. *ut carnifex*] *ut* ut absit à Rottendorphio. rectius.

v. 104. *Confido in almo Spiritu*] Aldus & scripti plerique *Confido in sancto Spiritu*. sed Ambros. & Thuan. vere. *Confido sancto in Spiritu*.

v. 110. *Et uncis unguisque crescere*] *unculisque*

que scripti cum Aldo. probe. hymno primo:

Crescit & suspensus ipse, vinculus latentibus.

Silius Italicus explicabit locum libro primo v. 179
ubi describit supplicium de famulo Tagi sumtum,

— per artem

*Savitie extenti, quantum tormenta jubebant,
Creverunt artus.*

v. 116. *Tundatur, inquit, tergum crebris ictibus]*
terga Aldus cum Thuaneo, Altinio, & Rottendorphio. ut sit Græcismus. & sic Giphanius. In Ambrosiano *Tendatur, inquit, terga.* Iuto:

Tendatur, inquit: terga crebris ictibus

Plumboque cervix verberata extuberent.

v. 126. *Si prima nostris]* nostri rectius Ambrosianus. possis tamen & *nostris incunabilis.*

v. 143. *Fasces, secures, sella, pratexta togæ]* *præ-*
texta togæ Aldus & Oxonius. In uno Weitzii, *præ-*
texta, toga. & sic Fabricii editio. Ambrosianus,
prætexta & togæ. Lege, *prætexta & toga.* Giphanius
prætexta toga.

v. 160. *pervenitis rivulum]* *perventuri* Thuaneus.
nil muta.

v. 170. *Nolu velisve]* *velisne* ex scriptis.

v. 180. *Ac tot stuprorum sordidam prosapiam]* *Et*
tot Aldus ac plerique scripti. sed recte Thuaneus, *Ut*
tot. deinde Oxonius *prosapiem.* quomodo & Aldus.
ἀρπακῆς. sic ex scriptis Weitzius Fræf. Pfy. v. 36.

v. 196. *An ad Cybelis]* *Cybebis* in Thuaneo, Egmondano, & Altinio. Scribe *Cybebes.* Nam & *Κυβέβη* Græcis hæc dea dicta. & sic in vetustis quibusdam exemplaribus Virgilii id nomen exaratum occurrit. de quo nos ad ipsum Maronem. Nec aliter in marmore antiquo, & in perverustis Phædri ac Lucani codicibus exaratum inveniri testatus mihi est vir eruditi admodum ingenii & mihi amicissimus Marquardus Gudius. Salmasius quoque ex

Hesychio hic annotarat: Κυβήθη, Cybele, & Κυβήθης
 numine Cybeles adflatus, vel Cybeles sacerdos.

v. 200. *Per multa matris sacra plorandus spado*]
matris sacra Ambros. Thuan. Oxon. cum Aldo. in
 Rottendorphio supra τὸ *sacra* pro diversa scriptura
 legebatur, vel *era*. Vide igitur, ne dederit nobis
 Prudentius, *Per multa Matris era plorandus spado*.
 apud Martialem,

Era Celenaeos lugentia Matris amores.

de cymbalis intellige. hinc χαλκόμετρο Magna
 Mater dicta teste Hesychio.

v. 204. *victus & Scantiniam*] *vinctus* Thuan.
 Alt. Rottend. Nomsius: sequentia de carcere con-
 firmant. sed & *luat* probe potiores scripti.

v. 205. Hic in Ambrosiano multa desideraban-
 tur usque ad v. 454.

v. 208. *Latuisse furtim*] *Furem* in Thuaneo.

v. 216. *Dices, licenter*] sic Oxon. & Aldus. cete-
 ri sere, *Dicis*.

v. 222. *Lydius*] *ludius* in Thuaneo. mox idem
Ridensque.

v. 241. *detestor deum*] *detester* cum Aldo & scriptis.
 mox *Divinitatis jus* iidem non *vis*. nec aliter Aldus.

v. 253. *Promiscue adora*] *Promisce* in Thuaneo
 & Altinio. bene.

v. 258. *& canes cur displicent?*] *& Canis* ex scriptis
 castigatioribus. Anubin innuit. mox *acerbum cape*,
mordax allium, & *Aut unde* iidem scripti.

v. 268. *gentibus stultis Deos*] ita nostri. non *stul-*
tos. mox iidem, *Polycliti*, non *Polycleti*. mutato
 ἦτα in ἰὼτα syllabam naturam longam mutat in bre-
 vem, ut & alibi. infra v. 43c. *paraclitum* non *para-*
cletum iidem scripti.

v. 270. *Natura vestrum est*] Giphanius ex vete-
 ri libro tolli verbum substantivum velit. sed nostri
 omnes pbnituntur.

v. 287. *Junoſis iram*] *iras* Thuanens. mox *sacra-*
ſtis Mentorem ſcripti, non ſacrata.

v. 302. *Quos una terret diſcolore in ſtipite*] *diſcolo-*
Altinius. *diſcolora* Aldus & Thuanens cum Oxonio
& Torrentianis duobus. probe. *perperam* Giph-
ninus *diſcolor* admittit. quod in depravatis exſtat co-
dicibus. Cauchius locum Cathemerinon ex primo
hymno adſcripſerat,

Algidus cum diſcoloros horror artus concutit.

Vide, ſi tanti eſt, adnotata à nobis ad Hamartige-
niam v. 821. Idem Cauchius ex illis Arnobii de
Cybele ex libro V adverſus Gentes hæc illustrabat:
Quid lanarum vellera, quibus arboris colligatis ac cir-
cumvolvitis ſtipitem? nonne illarum repetitio lanarum
eſt, quibus jam deſcientem contexit, & teporis aliquid
rata eſt ſe poſſe membris conciliare frigentibus?

v. 303. *Quos ſape falſus circulator decipit*] in
nonnullis *falſos*. ſcribendum *falſus circulator* cum
Thuaneo & Altinio. ſic *homo falſus* apud ſcriptores
paſſim. Quintilianus libro VI, cap. III Inſtitutio-
num Oratoriarum, *Salſum in conſuetudine pro ridi-*
culo tantum accipimus. mox perperam pro rancidis
cantilenis, quod vetuſtiores libri conſtanter agno-
ſcunt, vanulas quidam prætulerc. rancido ore loqui
apud Martialem. & *rancidulum balba de nare loqui*
Perſio.

v. 320. *Ex luce fulgor natus hic eſt filius*] ita ſcri-
pti. non huic. verſu proximo *to eſt* deſideratur in
Nomſio.

333. *Jumenta, pecua*] non *pecudes* ſcripti. Vide
Nonium in *pecua*. uſi eo vocabulo præter antiquio-
res; Cicero, Livius, Plinius in Naturali hiſtoria.

v. 351. *sacrato in limine*] in non habet Thuanens.
mox *Pacis quietem* codices omnes, non *Oris quietem*.

v. 390. *Nihil eſt pavori*] *Nihil pavori eſt* in Oxo-
nio, Altinio, & uno Weitzii.

v. 399. *hic perorat perditus*] *ac perorat* Thuan. & Nomsius. recte. quomodo & duo præstantissimi a-ud Weitzium.

R v. 432. *Cernant & illud*] *ut illud* nostri.

li v. 445. *numquam serviam*] *in serviam* malebat Cauchius. aliter scripti. *Nam si resistat* paullo ante Cauchianus codex, cum Oxonio & Rottendorphio ac uno Torrentiano.

v. 450. *Erumpit unde*] *Erupit* Thuanus. deinde *utrimque non utrumque* duo Torrentiani, & ex Giselinianis nonnulli.

v. 458. *addit sponte Romanus loqui*] ita scripti. & *cave mutes in audet*. dicemus ad Maronem Georg. primo, v. 513.

v. 461. *pectori infidet tuo*] *infedit* meliores. mox *perditus tecum trahis* in Ambrosiano, non *perditos*. etiam in Thuanico à manu secunda. nam à manu prima *perditum* illic. vere, ut opinor. sic apud Terentium, *cur te is perditum*.

v. 476. *Curanda mercis qualitas, quenam mihi*] sic scripti. Cauchius castigabat, *Curanda merces qualis & quenam mihi*. propius accedat ad vulgatam, *qualis ac quenam*.

v. 481. *Nec distat ignes*] *ignis* in potioribus. mox *sevitia* ab Egmondano est. ceteri *sevitia*. *sevitia* etiam ex conjectura Cauchius.

v. 495. *arthrifs*] hæc vera scriptura, ut & supra *pleurifs*.

v. 508. *Sordet, tumescit*] *Sorde* Giphanius. sed aliter nostri.

v. 530. *Legale damnium*] *Regale* liber Chauchii & Rottendorphii mox *calo* refulsus. idem Cauchianus cum Ambrosiano veterrimo.

v. 552. *Scaturientes*] *Ebullientes* conjectat Cauchius. nil muta.

v. 556. *lictor improbus*] *improbus*

ines. nisi quod in Ambrosiano *livor impius*.
 v. 576. *Per solis ignes*] *ignem nostri iidem. tum*
mox ignes paravos & devorent, non ignis parandus
devoret, Ambrosianus cum Thuaneo. nec aliter
 Aldus, & unus Weitzii.

v. 628. *pingere hanc formam crucis*] *omittuntur*
τὸ hanc codices nostri, & Weitziani plerique cum
 Aldo.

v. 634. *Ne fluctuaret*] *Nec Thuancus.*

v. 644. *Natura duplex moritur*] *Veram loci di-*
stinctionem Ambrosiano codici referimus acce-
ptam.

v. 654. *sensuum scientia*] *sententia in nostris &*
Weitzianis cum Aldo.

v. 667. *Lactantis oris*] *immo Lactentis cum non-*
nullis.

v. 673. *quod uni est unicum*] *quod cuique est uni-*
cum ex conjectura Cauchius.

v. 678. *Inferre lege*] *cum Aldo rursus & scriptis*
apud me leges.

v. 692. *tantulos at si dolor Vexabit artus*] *Wei-*
tzius cum scriptis nonnullis, quantulus autem dolor,
contra metrum. pro Vexabit Cauchius reponeret
Vexarit. sed bene quantulos autem in Thuano & Rot-
tendorphio.

v. 699. *Tenerumque duris ictibus*] *sic nostri. du-*
ctis ictibus Weitzius ex Egmondano.

v. 719. *eminus tristi intuens vultu*] *triste intuens*
Ambros. Oxonius & Nomsius. & sic potiores Wei-
tzianis. in Rottendorphio & tribus Torrentianis
tristem tuens. tristem intuens in Chauchiano. ipse
Cauchius tristi.

v. 765. *Apicem corona*] *Apicem hunc nostri. aliter*
Weitzius.

v. 781. *sida conceptacula*] *contemptacula in Thua-*
no manu prima. id est contentacula.

v. 792. *Et dolores vulnerum] Et dolorem verberum*
scripti cum Aldo.

v. 815. *favilla jam tenuis fiet] sic vetustiores. in*
nonnullis jam fumans eris. quomodo ex nostris Al-
inius & Rottendorphius. etiam Cauchianus. sed
*priorem in *fias* & alibi corripuit ut hymno VI, 83.*

v. 828. *crederes fatum geri] gregi Thuaneus. Pu-*
to gregis.

v. 832. *osculum impressit unum] udum Rotten-*
dorphius & tres Torrentiani cum Cauchii excerptis.
sic apud Martialem libro VIII. Ep. XLIV:

Et mane sudas urbis osculis udus.

v. 840. *proles ancilla tua] prolis Ambros. &*
Thuan. Vide annotata Cathemerinon hymno VII,
v. 162.

v. 853. *ut concremer] ut nunc cremer Thuaneus.*
deinde versu proximo Oxonius & Aldus hoc genus
dictum est mihi. de quo ad Maronem. deinde, Et re-
stat ingens Ambros. Thuan. cum Torrentii duobus
aliisque nonnullis. non sed.

v. 866. *nuntiatum est judici, Commovit] nuntia-*
tum judici Movisset iram probe Ambros. Thuan.
Chauchianus, & duo Torrentii.

v. 869. *Illudit, inquit, Thessalorum carmine] In-*
ludet vetustiores duo. sed & Thessalarum Ambrosia-
nus. eleganter. Thessalides enim ob artem magi-
cam infames. nihil notius.

v. 879. *Cadat vel una] Cadat velat una Ambros.*
Forte Cadatque & una.

v. 884. *Præsto tunc erit Hercules] erit tunc scripti.*
deinde Ambros. & Thuan. ustuire. alii nonnulli,
ustum ire. duo Torrentiani pro diversa scriptura
usturare. quod & in Altinio exstabat. & Cauchio
ex conjectura arrisit. alii aliter. Salmasius usturire
vel ustulare. sed ustuire etiam in Weierii vetustio-
ribus. & recte quod pro usturnite ponitur. sic etiam

pro *circumire*, & similia. *hymnare* supra habuimus. Videndus de his Antonius Augustinus Emend. Jur. libro II, cap. II. *ustum ire* Giphanius ad Lucretium

v. 890. *sarciens compaginat*] *sarcians* Thuan. a *sarcinans*? quod Salmasio videbatur.

v. 896. *Aristo quidam medicus*] *quondam medicus* in Ambrosiano. tum *accitus* in omnibus nostris. aliter Weitzius. deinde *pandit ima & faucium* iidem nostri.

907. *defluit scaturiens*] *defluat* in Rottendorphio & Cauchiano. *Cauchius defluens ebullit*. quomodo & supra v. 552. coniecerat sed male.

v. 911. *Ergo ratus praefectus*] scripti mira pertinacia, ut & Aldus, *Praefectus ergo ratus*, obnitente metro.

v. 913. *Nil in Deorum oblatraret dedecus*] *blateraret* Thuan. Rotteudorph. Altin. & tres Torrentiani. Aldus *oblaeteraret*. *oblatraret* Giphanius. sed *blateraret* probo. quod & in Weitzianis nonnullis comperet. produxit & primam in *blaterare* auctoris Philomela. *Blaterat hinc aries, ast pia balat ovis*.

v. 924. *Effare quod vis ac perora & differe*] ita nostri. nisi quod in iis *quid vis*. deinde iidem cum Aldo & Weitzianis. *libere ut exerceas*, non *exercere te*. Sed aut *τὸ ut tollendum*, ut hiatus relinquatur, aut scribendum *tu exerceas*. quod & Salmasio venerat in mentem.

v. 933. *repercussos sonos*] *palato repercusso* Oxonius.

v. 939. *Vel exitu oris*] idem Oxonius, *Vel in exitu oris*.

v. 972. *ceu retusis ictibus*] *seu retusis tactibus* plerique scripti cum Aldo. in Thuaneo à manu prima, *se retusis actibus*. nec aliter Egmondanus. quod amplector Altinius, *se retusis tactibus*. pro quo nonnulli *tactibus*. Adi notata Cathem. hymn. IV, v. 77.

v. 975. *usquequaque abscinderet*] *abscideret* casti-
tiores. dictum Apotheosi v. 945. sed in Altinio,
Ambrosio & duobus Weitzianis *occid. ret. ἀποχαινώσ.*
excederet. mox vocis armoniam probe Ambros. &
alii quidam.

v. 978. *lingua moderatrix facit*] *ligula* probe
Ambros. & Thuanens. quò & duo Weitziani allu-
dunt, in quibus *lingula. ligula* diminutivum à *lin-*
gua. deinde *Echo sed exstat, non exit,* nostri omnes
cum Aldo.

v. 990. *ut loquendi intercidat*] *et loquendi* nostri
cum Aldo rursus. nisi quod in Altinio *eloquendi.*

v. 999. *Verba suggillet Deus*] *suggerat* in Am-
brosiano. quod & marginem edicionis Giselinæ
occupavit. nil ausim immutare. etsi *suggerat* Cau-
chius quoque ex conjectura.

1004. *Quærit num alienus sanguis illum adsperserit*] *Quærit*
alii aliter. sed Ambros. Thuan. Altin. Cauchian. &
Rottendorphius probe, *Quærit, alienus sanguis ille.*
tum fluxerit non effluxerit, & eccum præsto sum, non
recc, nostri.

v. 1010. *permadescitis*] *promadescitis* in Thua-
neo. Verbum insolens. sed scribendum est *prò ma-*
descitis. quod est exclamantis. *prò non proh* scribe-
bant veteres.

1013. *Mire insulatus*] *Mitra* tres Torrentiani,
Cauchianus, ac Rottendorphius. & hoc bene. Tum
vittis tempora nectens nostri. & *repexus* in Thuaneo,
Oxonio ac Rottendorphio. in Ambrosiano, *corona-*
tum repexus auream. Scribe *coronam tum repexus au-*
ream. ut sit Græcismus. *replexus* in Oxonio bene
explicatur, *id est ornatu.* de quo nos ad Claudianum
Consulatu Olybrii. frustra Giphanius ad Lucretium
replexus hic loci assertum ivit. denique *sericam*
ultus togam nostri omnes, etiam Ambrosianus,
non *ruffeam.*

IN ΠΕΡΙ ΣΤΕΦΑΝΩΝ ΝΟΤÆ.

v. 1023. *Aut impeditus cornibus*] *impeditis* scripti & Aldus. mox *sacrata venabula* Thuan. & Noddingius. in aliis *duobus sacratum venabula*.

v. 1035. *putrefactus corpore*] *putefactus* in Thuan. neo probe. nam apud Prudentium prima in *putrefactus* & *putris* semper occurrit brevis.

v. 1036. *Quin os supinat*] sic in meliores libri cum Cauchio. Magnus Scaliger Aufonjanis Lectionibus corrigendum censet *Cinos supinat*. cum in depravatis exemplaribus invenisset, *Quinos supinat*. accedit Scaligero Gattackerus ad Antoninum de vita sua male.

v. 1051. *Addamus illam vis*] *illam si vis* conjectabat Cauchius, ut metro consulatur. abnuunt scripti.

v. 1052. *cum cadunt animalia*] *cui cadunt* in Rottendorphio.

v. 1064. *Parta ad secandum*] imo *Parca* cum melioribus nostris, quos inter Ambros. Thuan. & Oxonius.

v. 1070. *Vena effluenti*] *esluenti* Thuan. In-
to & *fluenti*. Salmasius *vena fluenti*. mox *fragitidis* non *sphragitidas* constanter scripti, & *lenibus novaculis*.

v. 1078. *utque igniverint*] *ut igniverint* scripti cum Aldo, etiam Giphanianni nec ausim damnare. ut quartâ sede tribrachys admittatur.

v. 1080. *hanc sic consecratam predicant*] *hanc si* Rottendorphius & Aldus. *hanc sacratam* Egmondanus, claudicante versu. Fortassis *hancece sic sacratam*, vel *hancece consecratam predicant*.

v. 1103. *Succedet illis*] *Succedit* in Ambrosiano. *Succedat* in Oxonio & Rottendorphio. *Succedet illi* in Nomsio.

v. 1114. *in fascis refert suum Tyrannus*] *Cau-*
jectura, in *fastos refert suos*.

v. 1117. *Uligo fuscata*] sic Cauchian. & Thuan.
ceteris fere *Fuligo*.

v. 1136. *Vellem sinister*] sic disting.endus hic lo-
cus. Dicit optare se, ut vel inter hædorum greges
situatur, sed hac conditione, ut & eminus, qualis
sit, dignosceretur, & Romanus pro se oraret, quem
a Christo exaudiendum fore certo persuadet sibi.
Fabricius alique mentem auctoris parum per-
spexere.

v. 1139. *transfer hunc hadum mihi*] *transfer huc*
in Rottendorphio. rectius, ut puto.

IN HYMNUM XI.

v. 2. *O Christo Valeriane sacer*] *Christi membranæ*
omnes & Aldus. quod amovendum non fuit. a-
pud Ciceronem Verrina tertia. *illa insula horum deo-
rum sacra putatur*. Plinius libro Nat. Hist. VIII,
cap. XXI. *Feram nomine axim sacram Liberi Patris*.
apud Nasonem,

Isse sacros Martis sub iuga panda boves.
versu proximo denuo scripti cum Aldo bene, & sin-
gula queris, non tu.

v. 9. *Sunt & multa tamen tacitas claudentia tur-
bas*] *Sunt & muta tamen castigationes libri cum Al-
do. tum & tumbas.*

Roma secesserat, ipsos] ipso Cauchius. ipso illo
dic.

v. 43. *celsa intra mœnia Roma*] *celsa* Aldus &
scripti castigationes. mox iidem, *eluvie sanguinis ad-
fluere, non effluere.*

v. 54. *horrendis excrucienda modis*] *horrificis* Rot-
tendorphius.

v. 64. *morte agito*] *agita* Nonius. deinde po-
tiores *Huic absconde caput. non absconde. quomodo*
& Cauchius. dictum Apotheosi v. 945.

v. 72. *& tumidis cæsa lavarit aqua*] *lavit ex-
scriptis.*

scriptis. monuit ad Lucretium Giphanius. qui
tiam *ravidum equor* malit versu superiore. sed
pidum prater Aldum, Thuan. Oxon. Rottendorph.
aliique complures. *casalevarit* codex Cauchii.

v. 83. *& nova pena est Inventa*] codices plerique
verbum substantivum non habent. sed vere duo
Torrentiani, *& nova pena Inventa*.

v. 87. *Ergo sit Hippolytus: quatiat*] Non sollicitanda
fuit à Weitzio hæc scriptura, quam libri omnes
castigatiores exhibent. Giphanius tamen agit
malebat. quod solus ex nostris Oxonius à manu
prima agnoscit.

v. 91. *blandive manu*] *blandave* codex Cauchianus.

v. 106. *Verbera, vincla, feras*] *feros* quinque ex
nostris. bene. & id Giphanius ad Lucretium fuerat
amplexus.

v. 111. *caco & terrore feruntur*] ita nostri. Giphanius
ex suis malebat. *caco & errore*. Weitzius
& *caco errore*. nos vetustioribus adhæremus.

v. 130. *Luserat & minio*] è *minio* Thuanens. mox
idem, ut & Torrentiani duo cum Altinio, *Devia
quo fractum. tum oculus lacrimantibus, non rimantibus*.
Torrentiani bini cum Cauchiano.

v. 142. *in insecto pulvere*] sic vetustiores. alii. *in
intacto*. Cauchianus cum Torrentii duobus & Oxonio
in intacto.

v. 154. *Mersa latebrosis crypta latet foveis*] *crypta
patet* Aldus & scripti. recte. cum mox subsequatur
luce latente. infra,

Angustum tantis illud specus esse catervis

Haud dubium est, amplà fauce licet pateat.

nec male Rottendorphius *cavernosis foveis*.

v. 162. *iaciunt claros*] *iaciant* Thuan. Alt.
Oxon. Nomsius. pro *casus tectis* nonnulli ve-

res celsis. Forte cecis. quamquam & vulgatum re-
se habet.

v. 171. *Illa sacramenti] vel dicantenti Oxonius.*
unde idem mensa sub antro. innox aeterni vindicis,
in iudicis, denuo Oxonius idem, Cauch. Altinius.

v. 190. *omnis adorat Pubes] Tubis probe omni-*
no Thuaneus. quomodo & Cauchius conieclabat
monitum Cathemerinon hymno VII, v. 162. In
duobus Torrentianis Plebis. sed Aldus & optimus
Egmondanus cum Palatino apud Weitzium Pubis
quoque. sic vulpis & gruis in veterissimis Phædri fa-
bulatoris exemplaribus. innox Balsama desudant Al-
tinius. in ceteris fere desundunt.

v. 208. *jamque Nolanus] Bolanus Cauchio arri-*
debat, quod in Nolanus producat prior syllaba.

IN HYMNUM XII.

v. 1. *dic, amice, quid sit] Forte, dic, amice, quid sic*
Romam per omnem cursitant ovantque?

v. 7. *quæ flumine labitur propinquo] lambitur in*
Oxonio, & tribus Weitzianis. nec aliter Thuaneus
à manu prima. videtur castigandum esse,

Scit Tiberina palus, qui flumine lambitur propinquo,
Binis dicatum cespitem tropais.

cespes lambitur, non palus. sic infra de Tiberino
codem,

Qua stringit amnis cespitem sinistrum.

v. 21. *flexi rota percucurrit anni] flexi retrò*
Thuan. & pro diversa scriptura Oxonius. quod ex
his exprimendum Weitzius curavit.

v. 34. *Fontem perennem] Frondem Thuanus cum*
duobus Torrentii & plerisque Weitzianis. innox lu-
bricatque olivo, non olivum, Oxonius. tum virenti
fluctuet corymbo Thuaneus. quod & Giselinus est
amplexus. sed corymbes ad olivam referri posse non
puto. colymbades olivæ apud Plinium,

IN ΠΕΡΙ ΣΤΕΦΑΝΟΥ ΝΟΤΑ 61
lam, alios occurrunt. etiam apud Dioscoridem
καὶ ὕμνας ἐλαία. ita proprie dicebantur oliva muris
condita.

v. 39. *Superne tinguunt undas*] perperam Cauchi
superba. dictum Cathem. hymno III. v. 20.

v. 48. *Clauditque magnis ambitum talentis*] *Lit-*
stique cum Aldo & scriptis. Usitatum hac significa-
tione verbum Prudentio. supra hymno XI, *Luse-*
rat. & minio ruffeolam saniem. hoc est pinxerat.

v. 53. *Tum camuros hyalo*] *camuros arcus scri-*
pti & Aldo. denuo pro *cucurrit* Cauchius malebat,
recurvat. sed *camurus cucurrit arcus* verum est, etiam
Salmasio censente.

IN HYMNUM XIII.

v. 6. *Vigere mundum*] *mundo liber Cauchianus*.
mox idem cum *Torrentianis* duobus, *inrigat pala-*
tum, non *inbuit*. sed & *Thuaneus* cum *Altinio*
O liquor ambrosius.

v. 29. *Transit in severum*] *in severam Rotten-*
dorphius & Nomsius. bene. eo & *Oxonius* alludit,
in quo severa.

v. 32. *Vivere iustitia Christi*] *iustitia Oxonius,*
Altin. Rottendorphius, Cauch. & tres Torrentia-
ni cum Aldo, & uno Weitzii. Iustitiam bibe-
re Christi expressit *Giselinus*. In *Egmondano, Ube-*
re iustitiam bibere Christi. Bibere iustitiam Christi *Thua-*
neus. Puto *Iustitiam imbibere Christi*. vel, quod ma-
lo, *Vivere iustitiam Christi*. hoc est, legem divinam
vita moribusque exprimere. quomodo *vivere seve-*
rum Cathem. II. v. 33. *vivere Bacchanalia* apud *Sa-*
tyricum.

Qui Curios simulant & Bacchanalia vivunt.
mortem vivere dixit *Tertullianus* de pallio: *Hacte-*
nus Sodomam, & nulla Gomorra, & cinis omnia, &
transit in mare iusta cum solo mortem vivit.

ita scribendus locus, non *mortuum iuit*. quod Salinasius volebat. sic Paulinus epistola ad Ausonium,

Et peruersus eram, falsi caligine tærens,

Stulta Dei sapiens, & mortis pabula vivens.

Polinus cap. II. de Italia: *Anguitiam vicina Fufino occupavisse, ibique salubri scientia adversus morbos resistantem, cum desisset hominem vivere, deam habitam. quæ vera est scriptura. nec audiendus Salinasius, dum ex membranis reponit, cum dedisset hominem vivere quod & ipsum perperam interpretatur, cum homini jam desperato & pane conclamato vitam reddidisset. hominem desit vivere, quomodo hominem exire eidem Solino alibi, de Romulo opinor. idem de feminis Indis, & cum maritus homine decesserit. deinde in nostro penetrare dogma, non & penetrare scripti.*

v. 41. *Si modo conserat futura*] *conseras* in Altinio, Oxonio & Thuaneo. nec aliter Aldus. quod mutandum non fuit.

v. 54. *Patrus invocat supremi*] *superni* in Rottendorphio. mox illud *Omnipotens genitor Christi Deus*, perperam immutavit Weitzius, obnitentibus membranis nostris omnibus.

v. 61. *Fectus expiasti*] *corpus* Oxon. Rottend. & tres Torrentianni. mox iidem, *Neu cadet impatiens pena.*

v. 88. *Ob diem suorum*] *oh fidem* Cauchius. nil muta. tale illud, *Hic meus est, dixere, dies.*

v. 90. *Edere iussus erat, quid viveret; Unicultor, inquit,*] sic recte duo præstantiores ex Weitzianis. Aldus, *Dogmatis atque loci iussus genus edere, Cyprianus, inquit.* In Oxonio & tribus Torrentianis *iussus genus edere Cyprianus.* omisso *inquit.* *iussus genus Cyprianus, inquit.* in Rottendorphio. *Christianus, inquit* in Altinio. qui & alterum versum, *cujus initium, Edere iussus erat, illoque*

nil mutandum. nisi mavis cum Thuaneo, Tradere jussus erat quid viveret. Unicultor, inquit, Trado salutiferi, &c.

v. 94. Carnificis gladio] expedite ferrum, carnicis. Aldus & scripti nostri. rectius. mox iidem Fluit abire virum, non obire.

v. 97. Cujus sibi docta gloriatur] ita nostri, concinnius, quam quod substituit ex Widmanniano Weitzius, dogma gloriatur.

v. 99. Desine flere bonum tantum] boni tantum malum, si per libros liceat.

IN HYMNUM XIV.

Ambrosianus, Incipit passio Agnes. In Thuaneo, Passio Agnes. ut versu primo Agnes sepulchrum est. sed illic in Oxonio Agna sepulchrum est. ut allusio sit in nomine. sed malo hic loci secundum Græcum quo & castitas martyris designetur.

v. 26. ni caput adplicet] adplicat in Ambros. & Thuan. tum mox rogat quomodo & Aldus. denique iidem cum Altiuo inruet & petet. reliqui nostri inruit & petit, cum Aldo. Vulgati, irruat & petat.

v. 38. Publicitus jubet] jubent in Ambrosiano.

v. 60. Visibus integris] in Cauchiano jussibus. unde ille, sensibus.

v. 65. Jam stringe ferrum, miles] Adstringe Weitzius. sed recte Ambrosianus, & tres Torrentiani cum Cauchiano, I stringe. in Rottendorphio & Thuaneo stringe. monui Cathem. Hymno XII, v. 99. id ipsum quoque Salmasius amplexus est in ora codicis sui.

64.
NICOLAI HEINSII
IN APOTHEOSIN
PRUDENTII
NOTÆ.

PRIMA PRÆFATIO.

v. 2. *Filius ipse est*] sic codices nostri.

SECUNDA PRÆFATIO

v. 4. *Et nescienter labimur*] *nescientes* in vetustioribus. alterum nescio an Latinum satis: ingratum certe sonat auribus. mox *viam distinguere*, non *discernere* in Thuaneo.

v. 9. *Obliqua sese conferunt divortia*] *conferunt* amplector cum Put. Thuaneo & Rottendorphio. Torrentius ex suis notat *Obliqua qua se*. sed nostri eunt in contraria. mox *Qua si quis errans* in Rottendorphio. quod Cauchio probabatur ex suis membranis. sed *Quas ad semitas* refer.

v. 29. *Delegit Deus*] *dilegit* in Oxonio & Egmondano.

v. 41. *Quis in tenebris*] quos malebat Cauchius. aliter scripti.

v. 47. *Quas de veneni lacte in herbam fertilem*] *in herbam fertiles* eleganter Puteaneus & Thuanus cum Cauchiano. sic *juventa fertilis in vietam alvum* præfatione Psychomachix. quod & illuc ex membranis revocavimus. paullo post pro *dolosa & farrea* scripti nostri *Vitiosa & farrea*. quod & ex suis Weitzius annotavit. sed anapæstus an hac sede admitti tuto possit haud scio. quem non nisi sede impari recipiunt, hoc est, aut prima aut tertia.

in trimetris Grammaticorum filii. Quare fuit, cum
vitiosa reponerem, pro sterilibus & superfluis. se
 amar vocabulum *vitiosi* Prudentius. Hymno IV
 Peri Steph. *Cura de sanctis vitiosa non est.*

CONTRA HÆRESIM, QUÆ PATREM
 PASSUM ADFIRMAT] ita scripti. nisi quod
 in Puteaneo, PASSUM DICIT.

v. 13. *Qui se forma hominis non induit*] sic mem-
 branæ nostræ. pari modo locutus est intra, *Deus se*
corpore matris Induit.

v. 13. *Sed tamen & patris est specimen*] *Sed patris*
tamen est specimen in Thuaneo. ab uno Torrentiano
 verbum aberat substantivum. mox *Quisque hominum*
vidisse Deum memoratus in Nomsiano. tum *Per spe-*
cies quas possit homo vetusti omnes.

v. 27. *nisi se*] nostri, *ni se.* mox *Carnis in effigiem*
 Puteaneus.

v. 47. *& mortales memoratum est*] vel *mortales*
 nostri. deinde *moderatum* omisso verbo substantivo
 Puteaneus, & Rottendorphius cum Aldo, ac Cau-
 chiano. In Thuano & Momiſio, *moderatum est.* In
 Oxonio *memoratum*, etiam sine verbo substantivo.
moderatum passive ponitur, hoc loco. *quis illi finem*
statuet, aut quis moderabit? apud Sallustium. pari
 significatione noster paullo ante *moderaminis* voca-
 bulo est usus:

Nam mera majestas est infinita, nec intrat

Obtutus aliquos, ni se moderamine formet.

adi notas infra ad v. 341. *Psychomachix*, v. 274.

At virtus placidi moderaminis. & mox, comi modera-
tur gaudia vultu.

v. 55. *Sentum rubum*] *sentam* scribendum cum
 vetustioribus: sic paullo post, *contorta rubus.* deinde
 iisdem *Luxuriam*, non *Luxuriam*, & *Inculto stirpe,*
 non *Incul'ta.*

non ipse Deus fons] *Dei fons* quatuor præ-
 stan-

stantioris notæ ex nostris cum Aldo. deinde in Thuaneo, quem corpus sibi vindicat.

v. 91. *Et via consiliorum*] *Et* non agnoscunt ut. & Thuan. cum duobus Torrentianis. mox *nam femina pragnans Enisa est* in Puteaneo, non *Enixa*. pro quam editiones nonnullæ perperam cum codice Cauchiano, quem. jam actum de hoc loco Cathem. Hymno 111, v. 142.

v. 103. *Deus est inlapsus in artus*] *inlapsus* in Puteaneo. & tunc amovendum est verbum substantivum. mox *Ipse puellari*, non *Ille*, cum Aldo & & potioribus nostris.

v. 115. *Præstrinxit viscera*] *perstrinxit* in Thuan. sed Puteaneum & reliquos sumus secuti. sic & infra iidem, *Ex quo mortalem præstrinxit Spiritus alvum*.

v. 118. *quocumque loci*] *Et ubique loci* non male. Annotatum in Rottendorphio pro discrepante scriptura. Cauchius conjectabat, *ubicumque loci*. mox v. 127. *verbum perpendere nescit* in Thuaneo. alii, *verum*. & paullo post pro *inspatiantem* vetustiores nostri, *exspatiantem*. quod verbum usus probati. alterum non videtur satis Latinum.

v. 132. *tres*] *tris* Puteaneus Virgiliano more. deinde, *fateorque Et victus adoro*, probe nostri. nisi quod in Oxonio, *fateor quem victus adoro*. quomodo & Aldus. durum omnino Gifelinianum illud, *fateor quem, Et victus adoro*.

v. 137. *Subtrahite: en friget*] *Et en* nec Aldus agnoscit, nec admittunt duo ex nostris principes. produci a Prudentio syllabam natura brevem duabus consonantibus subsequutis, idque frequentissime, jam alibi a me est monitum. infra v. 293. ex optimis membranis, *percurrere scrinia primi Scriptoris*. & v. 351 ex iisdem, *Sed saceris recude. stultum est sic credere sacrum*. & v. 418. ex his

Sceptra & germine David. & 895. Si culpe immunem vacuumque crimine nosti. v. 1078. Pellite cometum mea membra: credite vosmet cum Christo re-tura. Pſychomachia ex omnibus membranis v. 25 argenti pectore ferrum inbuere, fragilique viros sada triumpho.

v. 145. *Ire per Assyrias vetitus vapor ipse tiaras.] nostri,*

Ipsē per Assyrias metuit vapor ire tiaras. nisi quod in Puteaneo per Assyrios tiaras, masculino genere. quomodo apud Claudianum, barbarus tiaras, & apud Maronem, sacerque tiaras.

v. 150. *Concentu triplici.] Triplice concentu in Puteaneo omnium veterrimo. quomodo infra, Fronte crucis titulus sit triplex triplice lingua. apud Venantium,*

Triplicitas simplex, simplicitasque triplex. produxit & priorem in triplex syllabam Sidonius Apollinaris.

v. 159. *quam tunc animalis agebat] nostri Thuanēo excepto, que tunc, cum Cauchiano & Aldo. Versus proximus abest a Puteaneo. Thuanens, fragileque per arsus. In Oxonio, Rottendorphio, Nomsio, & tribus Torrentianis, simileque per actus. de quo Cathemer. Hymno IV. v. 77. sed nil hic immutandum.*

v. 197. *Nemo Cloacine aut Epona] ita tres præstantiores ex nostris cum duobus Torrentianis. in Oxonio & Nomsio Tiphone. aut Hippo vulgati. sic & Hippo pro Epona apud Fulgentium de vocabulis antiquis, ubi inter Semones recenset Priapum, Eponam, Vertumnum. Apud Juvenalem Sat. VIII, jurat solam Eponam & facies olida ad præsepia pictas. ubi turbant simili modo vetusti codices. quorum plerique yponami & ypona. præerat enim Ataduns. unde & apud Appuleium Metam. III.*

Respi-

[*Respicio pila media, quae stabuli trabes sustinebat, in
 ipso fere mediatullo, Epona dea simulacrum, praesidem
 mihi, quod accurate corollis rescis, & quidem recen-
 tibus, fuerat ornatum. sic scribo. praesidens adicula
 nunc circumfertur & equidem recentibus. possis ta-
 men & residens adicula. In Prudenzio veram lectio-
 nem ex membranis Elmenhorstius sagaciter jam
 est odoratus, & ante illum in Indice Lucretiano
 Giphanius. Giselinus nihil hic vidit. Fir & Eponae
 Dea bis mentio in Gruterianis inscriptionibus. mox
 solidam acerram nostri agnoscunt, quod perperam
 loco movebat Weitzius, Giphanii, ut opinor, per-
 motus auctoritate, qui id in quinque exemplaribus
 scriptis se testatus est invenisse.*

v. 201. *Consule & hircosos Cynicos quod somniat]
 Secutus sum membranas Puteanas, in quibus,
 Consule & hircosus Cynicos quod somniat. nervos nem-
 pe. & sic ibidem loci Giphanius. In Thuanio &
 Rottendorphio ac Torrentianis tribus, hircosus Cyni-
 cus quod somniat. mox optime libri quocumque a
 me inspecti, Cum ventum tamen. etiam hic impedit
 Weitzius. tum mox cum Cottus pro Scottus aut Sco-
 tus, quod in membranis est, amplectitur.*

v. 226. *Sed Regem summae & mediae rationis & i-
 ma] stant pro hac scriptura membranae constanter.
 Giphanius ad Lucretium regionis & ima. mihi sta-
 tionis non improbat. ita stationem pro imperio ter-
 rarum Lucanus videtur posuisse ad Neronem,
 — Cum tu statione peracta Astra petes serus. sic
 & Tiberio Velleius Patereculus adprecatur, ut lon-
 gissima statione mortali fungatur.*

v. 232. *Ut rursus] sursum Put. Thuanio Nom-
 sius, & a manu secunda Rottendorphius. sic &
 Hamtig. v. 834. restituiimus.*

v. 249. *Perquam ridiculum est] nostri omnes
 hunc versum praeposunt illi, Sive patrum*

quem sic constituit Puteaneus, *Sive supernatus fuerit sibi ipse repente. Puto.*

*Perquam ridiculum est & futile, natus ut ex se
Sive supernatus fuerit sibi, ipse repente*

Nascendi nova materies.

quales hiatus Prudentio perquam familiares esse exemplis plurimis jam evicimus. *supernasci* verbum elegans quo & Plinium in Naturali Historia recorder usum fuisse, qui libro XIX. cap. III. *incisio la serpitio & succo ejus profluente supernasci caulem testatur. possis etiam, sibi & ipse repente Nascendi nova materies.*

v. 254. *Filius auctore ut genitus*] a Puteaneo ab erat *ut*. Opinor ab ipsius Prudentii manu fuisse:
— *tum filius ex hoc*

Filius, auctore ut genitus qui sit patre summo.

quamquam & scriptura Puteanei codicis distinctione commoda potest erigi. mox *humanos tendere sensus nostri omnes: nisi quod Oxonio pro discrepanti scriptura additum gressus.*

v. 265. *cui dabitur mortali exquirere*] *qui dabitur in Puteaneo. mox idem cum ceteris præstantis notæ, quod traditur esse Deum, non Deus. pro generaverit Puteaneus idem & Rottendorphius generavit. Forte generavit & unus & unum.*

v. 271. *Et conperpetuum Patri retro, sed Patre natum*] Existimo fuisse, *Patri retro & Patre natum. Weitzius, retro Patri. mendose quidem, sed veram scripturam propius. In Puteaneo enim & Thuaño & ceteris nostris ac Torrentianis, retro Patri & Patre natum. nec aliter optimus Weitzianorum Egmondanus cum Aldo. quod admitti etiam potest. sic infra itidem in scriptis, Ille coæternus Patri est.*

v. 280. *Proditus ignis*] ita antiquiores nostri. Giphanio probabatur *prodigus ignis. quod tres recentiores occupavit. apud Nalonem de igne,*
Lumi-

Lumme qui semper proditur ipse suo. prœditus ignis, hoc tamen loco, qui porro extenditur. sic Nonius ille & Toronianum accepit, genus alto sub sanguine Teucris dederet.

v. 293. *Ficulni & stipitis unctor*] *ficulni stipitis in Oxonio. mox percurrere scrinia in Puteaneo. diximus supra v. 137. quod & in suis Weitzius videtur invenisse vulgati, percurrere & scrinia.*

v. 316. *Flammas pluit*] *flammas vetustiores concinnius. nisi quod in Cauchiano flamma. deinde iidem sunt unum fulmen utraque uterque Cauchius.*

ADVERSUM JUDÆOS.] ita scripti. deinde *stupidas ut possint tangere fibras* Puteaneus cum Nonio & Weitzii Palatino. in reliquis nostrorum, *ut possent. vulgati aut possent.*

v. 345. *In celsa cacumina virgis*] *in caca Puteaneus à manu prima.*

v. 351. *Sed sacer in pecude. fultum est, sic credere sacrum*] ita Aldus cum scriptis nostris. recte, ut jam supra inonebamus v. 137. In Puteaneo a manu prima, *Sed sacrum in pecude.*

v. 360. *Hanc fugit exclusis Egyptia plaga procellis*] sic Puteaneus cum Rottendorphio. in Thuanio, Oxonio, Nonio, *flagellis.*

v. 365. *Creditur*] *Creditus* Puteaneus cum duobus Torrentianis. mox *Deus ex patre vero Oxonius.*

v. 372. *nisi numinis alnum Lumen*] sic omnes nostri. Giphanius ad Lucretium ex veteri libro, *luminis alnum Lumen. quomodo paullo ante, Totus & ex toto Deus est, de lumine lumen.*

v. 381. *Tu scriba tripictis*] *I, scriba* ex vetustis pene omnibus. *ejus & vestigium in Aldina editione existat, si criba.* monuit libro de Uris Salmasius. Vide Cathemer. hymno XII. v. 99.

597. *Sibi tot praconia de te*] tibi Puteaneus.

400. *Energima monstri*] *inergima* Puteaneus
 putato & in in. nam Graecis est ἐνεργίμα in
 in eodem Codicē Gerasinos legio ruit effera porcos. pro
 Gerasenos. ubi cave audias reponentes legio irruit
 vel obruit. nec sequi debuit Gifelinus. est enim &
 hoc Virgilianum. & potiores scripti confirmant.
 paulo ante pro & notos suspirat Juppiter ignes Cau-
 chius ex conjectura malebat reponi, *admotos ignes.*
 non persuadet. paullo ante., *Christus adhasit Putea-*
neus a manu prima.

v. 408. *Fur corruptissime vexas?*] non cur con-
 stanter scripti. praecedenti versu mallēm, si per
 membranas liceret, & *spira solvelatentem.* exsue
 & solve te spira, sub qua lates.

v. 418. *Nate sceptris*] non recte Gifelinus, *na-*
te & sceptris. Eunt in contraria nostri eodiem mo-
 nitum jam supra v. 137. sequenti versu tres vet-
 stiores, *Quis sis, quid venias:* Rottendorphius &
 tres Torrentiani, *Qui sis, qui venias.* *Qui sis.* ut a-
 pud Maronem, *nec qui sim quaris,* *Alexi.* ubi nos
 plura. Weitzins., *Quid sis.* in Cauchianis mem-
 branis, *Qui sis, qui venias.*

v. 425. *quem Solis Hiberi Vesper habet roseus*] *Vesper*
habet, roseos & qui novus excipit ortus probe o-
 mnino Put. Thuan. & Rottendorphius, eum
 duobus Torrentianis. *roseus vesper* perperam dici-
 tur. ortui solis id convenit. Claudianus de cometa,
roseo solis prolatus ab ortu. *ortus puniceus* Silio. apud
 Nasonem quoque *Rosea Aurora* occurrit, apud
 Homerum in hymnis *Ἡὸς ῥοδῶπιχ* &. eadem
ῥοδῶσακλυα & *Μυκρο*, Q. Calabro *ῥοδῶπεππ* &
ῥοδῶτερυρ dicta. Nonno *ῥοδῶσερῆς* & *ῥοδῶειδῆς.* Na-
 soni aperire describitur

Purpureas Aurora fores & plena rosarum Atria.

v. 428. *exstitus glaciem eleganti*
 græ.

7 ICOLAI NEINSII
gracissimo Nomfianus. mox *Hebros Puteaneus* e
tracorum more.

v. 433. *plaga servida Mauri*] *perſida* noſtri omne
in Aldo, & bene. *ſervida* jam præceſſerat. mox
ſpiritus ille Deus, non *Dei* in Puteano & Thuanico.
videtur Maronis reſpexiſſe illud, *Deus, Deus ille,*
Menalca. noſter infra ſimili repetitione uſus v. 791.
ut quidem veterrimi codices inculcant, *verus, ve-*
rus Deus ille. deinde mallet Giphanius ad Lucre-
tium *jacuerunt ſortibus antra.* Sed male. Si quid illi
credimus, etiam Claudiani ſcriptura eſſet ſollicitan-
da illo verſu, *De'phica quin etiam Phabi delubra ta-*
cebant.

v. 445. *deſtructaque templa*] *diſtructaque* in Pu-
teaneo. ut & alibi compluribus locis. ut infra. v. 509.
525. 526 ſic in veteri monumento de ponte Sala-
rio ~~_____~~ A NEFANDISSIMO TYRANNO
OTILA DISTRUCTUM.

v. 454. *Quamvis non perſidus urbi*] *orbi* in Thua-
neo & Puteano. hoc eſt mundo. mox optime iidem
codices, *genua incerare Diana* cum Oxonio. Hamar-
tigenia,

Incerat lapides ſumofus idololatriſ Relligio.
reſpexit aurem Juvenalis iſta ex Satyra X.

Propter qua ſas eſt g' nua incerare Deorum.

v. 461. *Famque inſertatos reſerabat*] *reſerarat* no-
ſtri cum Aldo. mox iidem *Numen neſcio quod*, non
Neſcio quod numen.

v. 471. *Accitas vides*] ita ſcripti apud me
Weitzius dedit *Ascitas*: nimirum à priſca manu o-
pinor fuiſſe *Eccitas*. hoc eſt *Excitas*. quod proprium
in re magica verbum. Ammianus libro XXI X.
Convictus confeſſuſque, quod infernis manibus *excitis* de
permutatione imperii conſulere auſus eſſet. apud Mar-
nem Ecloga VIII, *manes excire ſepulcris.* plura
ad Claudiani librum I, ~~_____~~ max

Tisiphone in Puteaneo & Oxonio *Persephone*. p.
 est enim de Proserpina sacris nunc sermo.
 Thuanes *Thersore*, *Tisphonem* ex conjectura huius
 vocabat *Cauchius*. tum *fracto fugitiva flagello* R.
tendorphius, non *tracto*. non dissimili modo
pido in funere Tibulli apud Nasonem gerit *fract*.
arcus & sine luce facem. nec aliter optimus liber E.
gmondanus hic loci. infra apud nostrum habemus,
Cornibus infractis domitum umgire iuvenum.

v. 489. *Pallet & adstantes circumspicit*] *circum*
inspicit Puteaneus. quod plus est, quam *circum*-
spicit. frontes enim singulorum adstantium *inspi*-
ciebat. pari modo ex iisdem præstantissimis mem-
 branis & in *Psychomachia* restitimus, v. 733.
Liber inoffenso circum inspicit aere visus. sic *circum ad*-
spicere & circum obruere apud Plinium in *Naturali*
Historia. deinde *Chrismatis ligno*, non *signo* nostri.
 & sic ad Paulinum Juretus libro I I. de vita B. M.
 tini. probe & Rottendorphius *signarit* pro *signaret*.
signare signo ineoncinnius quam *signare ligno*.

Chrismatu inscripto signarit tempora ligno.

mox *Armigero e cuneo Noinianus*. eodem versu
 contra fidem veterum membranarum Fabricius &
 Gifelinus ediderant, *puerorum flammicomantum*,
 pro *flavicomantum*, & *Prosluit* pro *Prosluit*. desi-
 gnat prætorianos ex Germanis aut aliis Septentrio-
 nalibus populis constantes, quibus proprium ac
 peculiare flavum capillitium.

v. 504. *Cedere Romam*] ita scripti. mox *Solo-*
monia templa Puteanus. sic & idem Hamartig. v.
 578. & 581. uti & Egmondanus. etiam *Psycho-*
mach. v. 807.

v. 512. *Cemento struxit*] *Cementum* in nostris o-
 mnibus & priscais editionibus. nec recte hac vulgo
 distinguebantur. etiam *arte pependit* præstantiores.

Quædam ueretur habebat] quo destrue-
 retur

Thuan. & mox Puteaneus, *divinus lux tene*

539. *Patria de sede revulsus*] patriâ nostri.
En quo defluxit, perperam mutatum Weitzio.
illud, *En quo discordia cives Produxit miseros*, en
consequimur agros. mox dilabſa non delapſa Pu-
teaneus ille præſtantiffimus.

v. 545. *Suspectat captiva fidem*] *Susceptat in*
Puteaneo. quomodo & Egmondanus Weitzii cum
Palatino bene. mox dominos sortita priores, non fideles
Putean. nil muto.

CONTRA HOMUNCIONITAS] alii co-
 dices HOMUSIONITAS. quos inter Rotten-
 dorphianus. in Torrentianis *Omufionitas* ab $\omicron\mu\sigma\iota\tau\omicron\varsigma$
 & $\omicron\mu\sigma\iota\omicron\tau\omicron\varsigma$. Homufionitarum sive Homucionita-
 rum vel Homuncionitarum meminit inter alios
 D. Hieronymus libello de hæresibus Judæorum,
 Claudius Menardus primus publico dedit.
Pneumatomachi ipsi sunt Macedoniani, similes Homun-
cionitis. Auctor antiquus de hæresibus, quem sub
Prædestinati nomine Jacobus Sirmondus emisit
in lucem, Homuncionita, qui dicunt in corpore homi-
nis esse imaginem Dei, non in animâ. Viglius Tapsensis
de Trinitate libro III. Numquid homo in hoc prin-
cipio fuit, Homuncionita & non Deus Dei filius ante
omne omnino principium semper unâ cum Patre fuit?
ubi vetustus codex Pontiniacensis, teste Petro Fran-
cisco Chiffletio, Homoufionista. Ex scriptis Ariano-
rum patet, Catholicos ab illis Homufianos con-
tumeliose appellatos, quod Dei filium consubstan-
tialem Patri esse crederent atque adseverarent;
qua de re inter alios videndum Hunerici Vandalor-
um atque Alanorum Regis edictum adversus Ca-
tholicos, quod exstat apud Victorem Vitensem libro
quarto de persecutione Africana: In conflictu Ar-
nobii & Serapionis, quem

Arden-
 tius

is cum Irenæo publici juris fecit, ipso statim belli exordio, Serapion hæreticus orthodoxo *Homuncionates* indiget, si sana est scriptura, pro *musianis*, quos diximus. *Antequam ad hoc venimus, quod vos Homuncionates arguamus, dicentibus duas esse naturas in Christo, duasque substantias, ut pio scire, quis sis. Contra Orthodoxi Homuncionites videntur nuncupasse illos, qui unam substantiam ac naturam Christo adfingerent, eumque, etiam secundum naturam humanam, Patri consubstantialem esse contenderent. uti nobiscum sentit doctissimus Chiffletius. Ceterum cum hic loci apud nostrum codex Puteaneus omnium facile veterrius disertim exhibeat, Homuncionitas, Thuanus Homuncionitas; persuasum habeo prorsus, ut credam Homuncionitarum nomen non esse sollicitandum, præsertim cum & apud D. Hieronymum existet, ut jam vidimus, & vir summus Henricus Valesius id loco nequaquam moveri debere censeat, uti me monuit Emericus Bigotius nosler, ad ornandum eruditionis nomen universum pulcherrime a natura juvenis formatus, qui & loca de Homuncionitis superius in medium prolata, ut multæ lectionis est, majori ex parte suggestit hæsitantibus nobis.*

v. 557. *Excellet*] sic Put in aliis plerisque excellit. quod sequor. mox scribendum, nullo quod semine terra Germinat. & deinde *immundum* quod non sumit principium.

v. 566. *Sincero adflatu*] *Sincero flatu* in Egmund. & Put. *adfectu* in Rottendorphio & duobus Torrentii. infra v. 642. *divini flatus*.

v. 574. *Angelus hoc sancto pronuntiat ore*] fore nuntiat cum Puteaneo, Thuano, Rottendorphio, Torrentiano, duobus, Cauchiano. deinde cum Al-

7
 Credidit. sic supra: Ille Deum vidit: visum n.
 didit. & infra v. 712. jam crede deum. Passione
 centii, Repente Christum credidit. v. 348. Roma-
 v. 685. Christum & hausi credere.

v. 591. Promite secretos fatus] fatus in Puteano.
 in Thuano, Egmundio & ceteris fatus. nisi quod
 Thuanus a secunda manu festos: mox Efeias & Em-
 manuel, ut semper, in Puteano.

v. 610. Illuxisse diem luctantibus horis] sic in u-
 no Weitzii, & uno Torrentii. quod & pro diversa
 scriptura exhibebant Rottendorphius & Oxonius,
 addito interpretamento, Quia a nativitate Christi
 hora diei cum horis noctis quodammodo luctantur, vo-
 lentibus crescere diebus. Lactantibus, quia Christus la-
 ctabatur. At Aldus cum duobus iisdem & Nom-
 sio lactantibus oris. Lactantibus horis Put. & Thua-
 nio lactantibus horis ex codice Egmondano Weitzius
 est amplexus. Putabam aliquando laxantibus horis.
 diem videlicet. ut in hymno epiphaniae,

Quid est, quod artum circulum

Sol jam recurrens deserit?

Christusne terris nascitur?

sed lactantibus horis verum est, hoc est foventibus,
 & quasi nutrientibus. quomodo nutrirī ac ali spe &
 gaudio. noster passione Laurentii sub finem:

Tuos alumnos orbicos,

Lactante complexus sinus

Paterno amore nutrias.

v. 618. Sidus & Hircinum] Hirquinum Put. &
 versu proximo scripti Sagitta, non Sagitta. etfi
 Cauchius hoc malebat. mox Seque die medio velan-
 dam Aldus. ut ad rotam Solis referatur. & sic Put.

v. 645. face sideris ardens] hæc perperam distin-
 uebantur.

v. 566. Certo litore clausis] litore in Rottendor-
 phio & uno Torrentii.

NOTA
V. 670. *Altius inspecta quem majestate negato*
Vera hæc scriptura, quicquid turbant vetustate
ces. *qua negator* in Puteano & Nomsio. *qua negat*
Aldus cum Oxonio. in aliis nonnullis qui negat
in Cauchiano *qui negator*. mox *cacos oculos* scripti
non *cacis oculos*. quod tamen prætulerm, si pe
membranas liceat.

v. 681. *Puro abluitura natatu*] *abluitura* cum o-
ptimis membranis, nisi quod in Puteaneo, *a-*
blitura.

v. 699. *Medica purgamen aquai*] sic vetustiores
libri. probe. apud Maronem, ubi etiam turbatur,
— *furit intus aquai*

Fumidus atque alte spumis exuberat amnis.

v. 702. *Faucissima queque rei ex am. Paulatim re-*
legam.] ita disertim veteres libri, quod variis mo-
dis interpolant. paulo ante Cauchius con-
bat, *in prandia parvas*. non sequor.

v. 719. *Pastumque & corporis omne*] omnem no-
stra exemplaria. Putabam, *corpus*, *pastum* quoque
corporis omnem. nisi si *omnem* ad *materiam* refers,
quod vocabulum sequitur.

v. 722. *non sicut sculptor ab aris Rudere decoctam*
consuescit fingere massam] Miror hunc locum præ-
teriri intactum ab eruditis interpretibus; nisi quod
infeliciter in eo versatus est Giselinus, dum ex edi-
tione Daventriensi reponit, *ab are crudam & in-*
excoctam consuescit fingere. quod falsissimum; ob-
nitentibus præsertim ad unum omnibus vetustis
exemplaribus. *rudus aris*, æs nondum excoctum
vocat. sic Psychomachia:

Mox spolia extincto de corpore diripit auri

Sordida frustra rudus, nec adhuc formice recoctam

Materiem.

sed *Scuder* [redacted] usus in re simili noster D. Lau-
rentii passione:

Audim quod ardentem sitis,

Pessu gignunt rudera.

is igitur aris, quod Tacitus dixit libro IV Hi-
st. cap. LIII metallorum primitias nullis fornacibus
has. & rudus seu randus proprie æris. hinc porta Ro-
mae Rauduscula, quod esset ærata. Vide Varronem
libro IV de LL. & Festum. Reddendum Marciano
Cappellæ id vocabulum, (quod in Apuleii libello
de Deo Socratis feliciter reposuit Josias Mercerus)
libro I. de Nupt. Philologiæ, ubi agit de urnulis
quatuor Mercurii: Una ex ferro duriore, alia ex ar-
genti fulgentiore materia, tertia liventis plumbi fusili
rudere videbatur. pessime circumfertur, fusili ro-
bore. Adeundus Scaliger in Festum. nunc ad
rem. Cum & editio Aldina, & Put. Thuan. O-
xon. Rottendorphius ex nostris, cum Torrentiani
tr. & Weitzii optimi duo exhibeant, consuescit
vivere, miror, iuquam, id hætenus contemni,
quod elegantissimum utique est. & verissimum. sic
spirantia æra Virgilio & Claudiano. tum vivi vultus
Æneidos V I.

Excudent alii spirantia mollius æra,

Credo equidem, & vivos ducent de marmore vultus.
 apud Propertium,

Quatuor artificis vivida signa boves,
 & apud eundem,

Gloria Lycippi est, animosa effingere signa.

Stadius Tiburtino Manlii Vopisci:

Vidi artes veterumque manus, variisque metalla
Viva modis. & Surrentino Pollii idem:

— *quod ab arte Myronis*

Aut Polycleteo iussum est quod vivere celo.

Si quid Apellei gaudent animasse colores.

Hercule Surrentino,

— *tot saxa imitantia*

Æraque, tot scripto viventes lumine ceras.

Mercurio Epitrapezio :

Quod Polycletus iustum est spirare caminis.

Abascantii p̄tate ,

Ebur impressis aurum ve animare figuris.

apud Juvenalem Sat. VIII.

*Et cum Parrhasii tabulis signisque Myronis
Phidiacum vivebat ebur.*

Ausonius de Niobe : quod post Græce exhibebitur.

*Vivebam: sum facta silex: tum deinde polita
Praxitelis manibus vivo iterum Niobe.*

quæ duo postrema loca etiam huc congesserat Sal-
masius. D. Paulinus libro I. de vita B. Martini :

*O vere pretiosa chlamys ! quid tale vel ostro
Insignes meruere habitus, vel serica filis
Levia, vel docte expressis viventia signis ?*

Martialis de lacerta argentea :

Lacerta vivit, & timetur argentum.

apud Ausonium denuo :

Viva tibi species vacca Myronis erit.

videndus idem ab Epigrammate LX usque ad
LXVIII. sic & in Græcis : Anthologiæ quar-
to , in Bacchæ statnam.

Α Βάκχα, παρὰ μὲ ἀνέψυχωσε δὲ ὁ γλύπτης
Τὸν λίθον. ἀνθρώποι δὲ ὡς βρομιαζομένης.

ibidem Antipatri :

Α δάμαλις, δακείω, μωκῆσεται. ἢ ὁ Περικλῆδης
Οὐχὶ μόνον, πλάττεις ἔμπροσθεν τοῦ Μύρων.

tum illud Juliani,

Πόρην τινὶ δὲ Μύρωνος ἰδὼν τείχεα πέτο βοήσεις,
Ἡ φύσις ἀπνοὸς ἔστιν, ἢ ἔμπροσθεν ἔπλετο τέχνη.

ejusdem,

Ἡ χαλκὸν ζώουσι Μύρων σορὸς, ἢ τείχεα πόρην
Χάλκωσι, ζῶν δὲ ἀγάλαις ἐρύσαις.

Gemini de eadem :

Μυκῶν δὲ ἀγαλῶν. ἰδὲ ὡς ἔμπροσθεν τεχνίτης
ἔπλετο. tum illud Philippi Macedonis de eadem

O mors auritis jam mitis legibus. pro quo
tum a Gisellino, auditu legibus, ex vetustis e
bus, ut puto

v. DE NATURA ANIMÆ] sic q
dem codices nostri. sed auferenda sunt. nam &
quentia ad disputationem adversus Hoinusionit.
referri par est.

v. 781. atque inferni] utque cum libris vetustis.
v. 791. verus Deus ille; sed illud] Optime in
Puteano & Thuaneo, verus, verus Deus ille. dixi-
mus supra ad v. 433. mox nostri omnes & Weit-
ziani plerique, Ille coeternus patris est, non patri.
mormimus & hoc supra ad v. 265. v. 790. Crede in
credo locis ternis contra scriptos perperam Gi-
selinus immutavit.

v. 795. de figurine junctum] probe junctim Pu-
teaneus. deinde idem cum aliis nostris, ~~...~~
tatio in umbra est. In solo Thuaneo, cujus simula-
tio quod nollem Giselinus approbasset. nam quod
cæsuram hoc loco non admittit, haud meminerat
eam Prudentio esse familiarem. vide Hamartig.
v. 710. mox v. 798. Incircuminscriptus in Putea-
no: ut alibi circuminspicit.

v. 816. Peccandi natura luto] peccando natura
luti in Cauch. & Rottendorphio. Peccando luto tres
Torrentiani. in uno Weitzii Peccanti. mox Quanto
flans voluit, scripti. Cauchius, cum in vetusto co-
dice invenisset, Peccando natura luti, contendit ea-
stigandum, Peccati natura luti. ut peccatum luti di-
xerit Prudentius, pro eo quod in Adam princi-
pe olim peccavit. Peccatum, tamquam plane præ-
teriti temporis participium agentis verbi significa-
tione usurpans, Terentiano videlicet exemplo
ex Hecyra, Jam atate eâ sum, ut non fiet pecca-
to mihi ignosci ~~...~~ apud Paulinum quoque Epi-
taphio Geni in exemplaribus præstantioris notæ:

Aut lugere juvat, contractaque culpis Vulnere pro-
fortibus abluere. Possit etiam non inconcinne
antisluti corrigi. Hac ille.

v. 841. *presso modulamine parvus*] *paucus* in Pu-
taneo. in Thuano *presso moderamine*. & sane *modu-*
mox subsequuntur. *moderaminis* vocabulum non
dissimili notione & supra occurrat v. 828. vide an-
notata ad v. 47. paullo ante *flabrati frigore* præstan-
tiores nostri. nec assensum præbere possum Giph-
nio & Goldasto, qui ex suis *flabrare frigore* inculcant.

v. 875. *Decidit in pœnam*] *Recidit* in meliori-
bus cum Aldo. de quo ad Nasonem & Claudia-
num. deinde *Aut si majestas anima est* nonnulli. ve-
tustiores tamen *anima*. deinde *nova gratia inundat*
Put. & Thuan. in ceteris *mundat*.

v. 803. *Ingenitus genitusque Deus*] pro non ge-
nitus sic *innatus* hoc ipso libro, cerni potis est qui *nas-*
citur, at non *Innatus* cerni potis est. pari modo *Insub-*
jectus Hamartig. v. 700. In Puteaneo *Agenitus*. at in
Oxonio omnia perspicua,

Ac genitor genitusque Deus, Pater ex patre natus.
mox vacuumque crimine Aldus. vide annotata supe-
rius versu 137.

v. 908. *Exin*] *Exim* semper in Puteaneo.

v. 916. *quo parvula anhelent corpora*] sic nostri
omnes. at in duobus Weitzianis, *quod anhelent*. id-
que marginem editionum nonnullarum occupa-
vit. probe. sic supra

— *variis Siloa refundit*

Momentis latices, nec fluctum semper anhelat.

& mox,

Nunc flatum tepidum calor exhalatus anhelat.

Martial. libro VI. Ep. XLII.

Siccos pinguis onix anhelat astus.

Statio Theb. XI. Juppiter,

Phlegra lassatus anhelat prælia :

& Ca-

Catilina Ciceroni dictus *anhelare scel.*]
Cicero in Arateis de Capricorno,

Tum gelidus valido de pectore frigus anhelans
noster tamen hymno secundo Peri Steph.

Mersis anhelat febris.

D. Paulinus earmine ad Cytherium,

Fonus ut olim ventre navis abditus

Somnos anhelabat graves.

Sed excitatus luctuosus undique

Pereuntium clamoribus.

male omnino illic circumfertur, *fluctuosus clamori-*
bus. pro *Vascula* Thuanus *vincula.* non placet.

v. 920. *Vetus illa tamen de crimine avorum Ducitur*]
Dicitur in Puteaneo & Oxonio. Forte *Di-*
ditur. peccatum originale.

v. 935. *Quid peccatorum prosapia corpore in illo*]
abest hic versus a Put. Thuan. Oxonio, ~~torren-~~
tianiis duobus. sed nec in Aldino aut Weitzii Pa-
tino comparebat. deinde *hominis sine crimine,* probe
vetustiores.

v. 945. *Virtutem patris & Christi*] *Naturam Pu-*
teaneus. deinde *Christo abscidere,* non *abscindere,*
vetustiores omnes nostri. sic iidem hymno IV.
Peri Steph. v. 123. *abscisa papilla.* & hymno Ro-
mani v. 975. *Nervos nec omnes usquequaque abscide-*
ret. & hymno XI. v. 65. *Huic abscide caput.*

ADVERSUM PHANTASMATICOS,
qui Christum negant verum corpus habuisse] sic Pu-
teaneus Thuanus & Rottendorphius.

v. 968. *quid filius esset passurus*] *quod in Thua-*
no. rectius. quia *quid* proxime praecessit. deinde, *Ma-*
nichae requires in Puteano.

v. 992. *placidum qui Conficit annum*] *placi-*
tum ex conjectura Cauchius. quomodo & ~~ca-~~
dex Torrentii.

v. 995. *de crimine parentum Esse hominum*] *de cord.*

7
Aur. eius. tum *Esse hominem Oxonius* & Rott. -
ius cum tribus Torrentianis. Neutrum placet.
1008. *fingas ab origine gentem*] Solus Oxonius
gas. perperam.

v. 1032. *fabro deitatis figmine nasci*] sic Put. &
ii nonnulli. In Rottendorphio *fabro*. quod Gise-
linus erat secutus. idem mox *fingere velle*. aliter scri-
pti nostri.

v. 1049. *Mendax in utraque necesse est*] Putea-
neus cum Aldo, *in utroque*. quod & Weitzianos
nonnullos insedit. rectius Egmondanus, *mendax
in utroque necesse est sit Christus species*.

v. 1060. DE RESURRECTIONE CAR-
NIS HUMANÆ] Non agnoscit Puteaneus. &
sunt hac quoque ad phantasmaticos referenda.

v. 1078. *& credite vosmet*] π & abest a Thuano.
vide ~~ad~~ ad v. 137. deinde *Virtus mortis erat scri-*
~~pta~~, non erit. & reddat, *quod particulatim præstan-*
tiores. denique *despuit* Puteaneus. quomodo & pas-
sione Laurentii v. 188. & alibi veterissimi scripti. O-
xon. *Despicite*. In Nomfio & Rott. *Despuit*.

NOTÆ

NICOLAI HEINSII
IN HAMARTIGENIA

PRUDENTII

NOTÆ.

In Præfationem.

Hoc poemata Apotheosios partem esse vel ipsum argumentum abunde evincit. Nec fidem derogant verusti codices, in quibus non solum atrexitur Apotheosii ac proxime subjungitur Hamartigenia, sed etiam parsejus manifeste constituitur. Thuanus certe codex, *INCIPIT AMARTIGENIA LIBER SECUNDUS. In Putean. INCIPIT LIBER II. AMARTIGENIA.* Deinde in fronte paginarum omnium, *PRUDENTII LIBER II. AMARTIGENIA. & postea, PRUDENTII LIBER III. PSYCHOMACHIA.* Thuanus etiam, *Finit Hamartigenia liber secundus. Incipit Psychomachia liber tertius.* In Rotendorphio sic titulus exhibebatur: *Incipit Hamartigenia de origine peccati. & Aurelii Prudentii Clementis Hamartigenia, id est liber de Origine peccati explicit.*

v. 34. *Disciplinam dividit] dividat nostri. & fratricida paullo ante. quod loco movere Weitzius non debuit. mox iidem scripti, Pacem quietam diligit germanitas, non quietam.*

v. 44. *Hic se caduco dedicans mysterio] versum, qui hunc in editis exemplaribus excipiebat, Hic qui caduci rem laboris offerens, ejecimus, cum & ex hoc ipso formatus liquido appareat, atque idem planè designet, & a scriptis absit exemplaribus, etiam ab Aldino codice.*

7
 47. *duorum separans Regnum deorum*] per me
 auct. immutarant contra auctoritatem veterum
 codicum. ut & ista, *Mens in cerebro ventilatur*
 rrio. etsi aliter Aldus.

v. 55. *Noxiorum crimina*] noxiarum malebat ex
 conjectura Cauchius.

v. 62. *Cain peremptor*] *Cadit peremptor* Thuanus.
 Aldus *cadet peremptor*. In Puteano, Rottendor-
 phio, & tribus Torrentianis, *Cadit perempta*. nec a-
 liter Egmondanus. quod admentem vesaniam Mar-
 cionis refer. versu proximo Puteaneus pro *illitus*,
morte fratris halitus. In Aldino, Oxonioque *alitus*.
 In Thuano, Rottendorphio, Cauchiano, & tri-
 bus Torrentianis *oblitus*. quod amplector. apposi-
 te apud Ciceronem Phillpp. II. *Atque illum, tanto*
parricidio nondum oblitum, hostem sua sententia indica-
vit. nostrum Perii Steph. hymno II. *Os obli-*
um noctis situ. & mox *Stupro sororis oblitus.* & *oblitus*
vipereus venenis, hoc est peccatis passione B. Cypria-
 ni. *oblitus vitii* apud Paulinum libro IV. de vita
 B. Martin. apud Nasonem, *Oblitus a domina cade*
libellus erit. Salustius bello Jugurthino, *Simul gla-*
dium sanguine oblitum ostentans. Solinus cap. XXII.

Sanguine interemptorum vultus suos oblinunt.

nunc ad ipsam Prudentii Hamartigen. transeamus.

IN HAMARTIGENIAM.

ADVERSUS MARCIONITAS qui duos
 Deos esse adfirmant] Sic Thuanus & Oxonius. A
 Puteano & Rottendorphio abest inscriptio.

v. 21. *Aut qui jam duo sunt minuuntur dispare*
summo] *dispare summa* in Rottendorphio. ut infra
 v. 55. *summam revocantur ad unam.* In Thuano
Aut quia. Puteaneus cum ceteris *Aut quæ.* *Plenis vi-*
ribus unum etiam omnes no. pro quo Weitziu,
usum.

v. 31. *Summa potestatum, simplex.*] *Summa potestatum pater est in Puteaneo. nam de Deo patrum dicuntur. reliqui stant cum Vulgatis.*

v. 47. *natura scindere vires*] *excindere idem Puteaneus cum Thuaneo & editione Aldina. infra quae rectorem lucis & orbis scinderet in partes.*

v. 69. *Imperitare vagis*] *abest hic versus ab omnibus nostris, uno Torrentiano, & Aldino codice. deinde revolutos dies bene scripti. & indiscretis fungitur his. denique suffudit palla, non suffundit.*

v. 90. *quod tegmine velat aquoso*] *velet Oxonius & Widmannianus Weitzii. mox nostri, male sana intentio. alii ex suis male fida observant. deinde, Si duo sunt igitur, cur non sint multa Deorum Milia, scripti: male a Gisellino interpolatum; etsi illi Egmondanus adstipulatur.*

v. 105. *Assignare Deos proprios. sua jura cuique*] *sua cuique jura scripti omnes. quod a Gisellino immutari haud quaquam debuit. libro primo adversus Symmachum,*

Omnibus ante pedes posita est. sua cuique sordens Arula. ubi perperam codices non pauci sua cuique vetusta Arula. libro II, Vincendi quaeris dominam? sua cuique dextera est. ita in nonnullis exemplaribus. non sua dextera cuique est. mox, Imus ad occultum. suus est mos cuique genti. ubi etiam turbatur. sed ut redeamus ad propositum locum, codex Abbatiae Gronendalix, quo Torrentius usus, uno se versu auctiorem hic offerebat:

Assignare Deos proprios; elementaque ruris Dividui dominis addicere singillatim.
scribe juris dividui elementa. etsi vulgata lectio non est loco movenda.

v. 107. *Et placet esse deos*] *duos Puteaneus cum Thuano & Rotenburghio.*

v. 14. *anguino medicans nova semina succo*] *sc-*
uaneus. bene.

v. 130. *Vertice sublimis* ,] *Regius* in Rotten-
 dorphio , *Vertice sublimi cinctum* cui. mox *Invidia* ,
on invidia potiores scripti.

v. 143. *Nebroth*] sic scripti vetustiores, *Gracis ve-*
Coqd deinde *inneetere adorsus* in Rottendorphio. uti
 & apud Maronem variant vetusta exemplaria.

v. 162. *nutrito ardebat honore*] *honorem* Rotten-
 dorphius. forte *nutritum ardebat honorem.* amat e-
 nim verba ejuscemodi cum quarto casu conjungere
 Prudentius. de quo libro II. in Symmach. v. 9.

v. 183. *Cuncta ; nec est alius*] ita vetustiores.
 bene. nec audiendus est Giphanius indice Lucretia-
 no , voce *Fac* , qui *Convaluisse dei flatu* mox velit
 pro *Concaluisse* , obnitentibus membranarum nostris.
 deinde *anes fere nostri* , *dominum quoque conditioni*
impositum , omisso versu medio ,

Qui cunctum proprio reget moderamine mundum.
 abest & a Weitzii potioribus. In Aldino collocatur
 post v. 195. *terreno addicere Regi.* & recte. in Oxonio
conditione impositum. Forte *conditione imposita.* ut li-
 bro I contra Symmach. v. 311. *cui tramite certo Con-*
ditio imposita est.

v. 198. *Bestia corde carens*] *sorde carens* ex scri-
 ptis.

v. 214. *Sic hominis subiecta domus*] *homini cum*
potioribus.

v. 237. *Impositum modum*] *oppositum* cum iis-
 dem. mox & libri nostri omnes , *Translit objectas*
prescripta repagula ripas. non *objecta ripa.* hac ni-
 rum est epexegetis illa, quam toties in Prudentio in-
 scita librariorum oscitantia pervertit ac depravavit.
 qua jam dictum Cathemerin. hymno XII. 177-

v. 250. *luis incentiva*] *luis probe* vetustiores ,
 ne peccetur in metrum.

v. 269. aut hyacinthis pingere scutilibus]
libus omnino castigandum cum præcipuæ n
membranis. sic hymno Martyrum X V I I I. Cara
Augustanorum :

Tu tribus gemmis diadema pulchrum
Offeres Christo genetrix piorum

Tarraco, intexit cui Fructuosus Sutile vinclum.

quicquid sultur, sutile. sic cymba sutilis apud Maro-
nem. rosa sutiles apud Marialem.serta sutilia & co-
rone sutiles passim apud poëtas.

v. 273. aureolisque riget coma texta catenis] ru-
bet coma in Rottendorphio. de auratis reticulis ca-
piendum. mox probe scripti, pigmentus cutis illita,
non pigmentis. pigmenta pro fuce. vel unguentis.
sic paulio post pigmentatus crinis. & pigmentis redolen-
tibus nec aliter ex pervetusto exemplari Cæcilius.
restituimus id vocabulum etiam in libris con-
Symmachum.

v. 287. genuina leves ut robora solvant] lues ut
robora solvat in Oxonio. quo & alii nonnulli allu-
dunt. mox scutilis perfundere non scutulis. & sic scri-
bit Festus. In Puteaneo scotulis.

v. 294. Ut queque est lanugo fere] fere scripti. o-
pinor a Prudentio esse, Ut cuique est lanugo fere.
mox a vinum versicolorum ex membranis.

v. 302. vitiosis artibus] artibus Oxonius.

v. 323. vetitamque gulam] vegetamque in Put.
Thuan. Oxonio, Rottendorphio, & tribus Tor-
rentianis. & sic Aldus. Hymno Eulaliæ, Flamma
comis vegetata caput occupat. pro ganeonis etiam in
Rottendorphio pro diversa lectione, labeonis, ad-
dito glossemate, id est gulosi.

v. 334. addicit amori] amore in Thuano. paul-
lo post testificatus scripti excepto Rottendorphio,
non testificatur.

v. 354. Ingenii peperit bona omnia] synalapha est
Pru-

Aud. acntio familiaris, ut dictum Cathem. hys no
 Fe. I. v. 131. cave igitur quicquam adversus fidei
 eterrimorum codicum immutes. Gifelinus tō nam
 inculcarat. alii, peperitque. frustra.

v. 363. *rapidive fragoris*] *rabidiue* duo veterrimi
 cum Rottendorphio. sic *vesania fervida* Circi præ-
 cessit, & mox *mens vulgi* perfurit.

v. 367. *Lacedamonias palastras*] probe sic po-
 tiores scripti. mox *publicus edit consensus* non *Con-*
sessus Puteaneus cum Rottendorphio, & *hilaram*
plebem, non *hilarem*. quod postremum Ciceroni
 sollemne. idque Aldus expressit, & ab Egmondano
 confirmatur.

v. 405. *idololatrix Relligio*] *idololatrix* scribebat
 Gronovius in Observationibus Ecelesiasticis. quod
 admittendum opinor. cum alterum nec Græcum
 nec Latinum.

v. 410. *Chananeus atque agmina denset*] *Χανανεύς*.
 sic nostri. Gifelinus perperam *inalebant*, *Chananeus*
 & *agmina denset*. mox *Zebusiaca turma* in Puteaneo.
 deinde nostri omnes *Mortifero splendore micant ra-*
diantque necantque. nisi quod in Oxonio, *nitentque*.
 paullo post in eodem Puteaneo *Cittae* & *gens Fereza*.
 & *rex promovet Euvcorum*. quomodo & Rotten-
 dorphius. In Thuano, *Euneorum*. *Cathes* sunt
Χηθαι Septuaginta Interpretibus *Genesis* XV.
 In Egmondano *Chittae*. & Justino Martyri. *Jebu-*
zai, *Ἰεβουζαῖ* *Genesis* XV. *Pheresei*, *Φερεσαῖ*
 ibidem. *Evai*, *Εβαιο* *Genes.* XXXVI. *Josua* XXIV.

v. 431. *nebulonum Spirituum*] sic nostri. in
 quibusdam aiunt legi *nebulosum*. quod Giphanius
 est amplexus. Atqui *nebulo*, teste ad Terentium
 Donato, *fur*, quod *nebulas objiciat*. vel *inanis* & *va-*
nus, ut *nebula est*. quod in diabolum optime qua-
 drat.

v. 460. *petulanti e pectore Sion*] sic scripti apud
 me

IN HAMARTIGENIAM NOTAE
m. omnes. mox pro *pulverea calce* *sevia* mal-
scripto Cauchius *purpurea*. cum mare rubrum in-
ligatur. sed aliter nostri codices.

v. 475. *sitiens sub gurgite limus*] in gurgite ex scri-
ptis iisdem.

v. 489. *Prasidium, quem non fragor hosticus, a-
rietis aut quem Vis impacta quatit, non eris machina
rostro Arietat.*] sic aliquanto rectius Giphanius,
quam Weitzius, *arietis aut vis*. in Oxonio, aut a-
rietis Vis impacta quatit, non arato. in Rottendor-
phio & tribus Torrentianis, *Vis impacta quatit,
quem arato*. in quibusdam, *Vu quatit impacta arato*.
At Puteaneus & Thuanus veterrimi decurtant su-
perflua hoc modo :

*Prasidium, quem non arato machina rostro
Arietat insitens.*

Nec quisquam emunctæ naris dubitabit, quin,
liqua tollenda sint, si advertet animum ad illa
Hostibus obsistens, cui mox subjungitur *fragor hosticus*.
tum illa *arietis & arietat*. quæ prorsus inconcinna
sunt. *Arietare* solemniter cum casu quarto conjun-
xit Prudentius. ut *Arietare ades* Plauto, & *arietare
aliquem in Terram* Curtio.

v. 496. *Præcingit triplici*] *Præcingat* ex scriptis.
deinde *Gigantas* iidem. de quo ad Nasonem. mox
v. 522. *Principe Belia* vetustiores. *Beliades* infra. *Psy-
chomachia* v. 714. ex scriptis, *Præceptor Belia
mibi*.

v. 532. *vis nulla resistet*] ita hæc legenda ac di-
stinguenda sunt ex Thuanæo & Rottendorphio.
perperam resistit in vulgatis.

v. 540. *Securam rapiens*] *penetrans* in Puteaneo,
Oxonio, & Cauchiano.

v. 549. *Nobile, sollicitum*] *Mobile* in omnibus
nostris. deinde *is a manu prima vegeta-
bile*. quo vocabulo uti amat Prudentius. tum

Vi-

rem modo casta suum veneretur, non fallere,
 rores.

v. 555. *Mundique hominumque*] ita constanter
 nostri. *Weitzius mundi.*

v. 566. *Abessalom*] *Abessalon* & hic & alibi in
 nostris exemplaribus.

v. 576. *Progeniem verum*] ex conjectura Cau-
 chius, vero.

v. 579. *misceret crimina justis*] *sereret sua crimi-
 na justis* Putaneus ac Thuanus cum Rottendorphio
 ex nostris. etiam Egmondanus & Palatinus Weit-
 zii, & Cauchianus, probe omnino. *serere dogma*, &
serere loquelam. passione B. Fructuosi.

v. 588. *caput inserit ille trilingue conjugis in fauces*] *trilingua conjugis.* Put. & Thuan. quod Salmasio pro-
 babatur.

v. 593. *motatuque uterum*] *motatumque* in no-
 stris. & *pistatis crimine.* non *pectore.* iidem nostri. &
mox postuma matris vetustiores.

v. 622. *Partos materno funere natos*] *pastos* ex scriptis.

v. 626. *Sanctum, Lector, percurrere volumen*] *per-
 cense* nostri omnes cum Aldo, & Weitzianis. nisi
 quod unus ex illis *perquire.* *perende* cogitabam ali-
 quando, sed cum amet verbo *percensere* uti Pru-
 dentius, non est ut controversiam isti scripturae
 moveamus, *Percensere* hic loci est tertiae conjuga-
 tionis. sic hymno Vincentii.

Nunc Angelorum particeps

Collucis insigni stola.

ita enim optime codex Putaneus. cum viderent
Colluces, quod in ceteris exstat constanter exem-
 plaribus, non posse ferri eo loco, audacter ni-
 mis refinxerunt, *Luces in insigni stola.* v. 60. ejusdem
 hymni, *Extorque, si potes, fidem.* ubi ultimam in
extorqueo brevem facit eadem *stola.* Hymno Vin-
 centii v. 393. *srendit pro srendet* habes: quo & Plau-
 tus usus est.

v. 629. *Ex patre nam vos esse meo genitos*] *scripti. non patre Deo.*

v. 635. *furvo se munere vilem*] *immo fulvo*] *ere. hoc est auro. ut recte Puteaneus cum Thuanus quod & marginem Marnefianæ editionis occupavit.*

v. 642. *Cur non vetat, inquit*] *non inquis præstantiores libri. deinde qui si velit omnes, pro quod, Puteaneus & Rottendorphius cum tribus Torrentianis. tum auctor fuerit fautorque malorum Rottendorphius. quod placet. nam auctor & factor eadem significatione sunt. in Cauchiano æque bene fautorve.*

v. 646. *ne sancta voluntas*] *nec sancta Thuanus & alii complures. quod sensus requirit.*

v. 657. *stolida conservet ab aure*] *ita scripti, non arce.*

v. 666. *opere instaurare secundo*] *ope restaurare secunda Puteaneus & Thuanus. quod melius utique. & sic duo Weitziani. deinde qui talia præstet ex iisdem scriptis.*

v. 678. *laxeque soluto*] *laxeque Fut. refer ad voluntatem.*

v. 699. *Unde ait ipse parens*] *Vade, ait, tres vetustiores nostri. Simile mendum insedit Statianos codices Theb. XI. v. 672. ubi scribendum, Vade. jacenti nati. que jam tibi vota supersunt? idque ex conjectura nostra.*

v. 700. *Vade homo & adflatu*] *abest πὸ & a Puteaneo & Rottendorphio. adi annotata Cathemer. hymno XII. v. 131. Sed Cauchius, Vade homo, ait, flatu. non male. deinde Insubjecte, potens, non Insubjecta, Puteaneus & Oxonius. sic supra ingenitus, innatus, pro non nato, non genito. vide Apotheof. v. 892.*

v. 710. *Hac p[er]tinet vicens*] *vagus nostri cum*

Aldo, & ex Weitzianis præcipui. familiaris. Præ-
 sentio casura. sic Apotheosi v. 795. *cujus imitatio*
umbra est. ubi simulatio, quod versu proximo
subsequitur denuo, reposuerunt. Psychomachia,
 v. 713. *Cum placet aërius, & de fantasmate visus.*
 paullo ante in Oxonio, *alternum tua damnet culpa*
vicissim.

v. 712. *illud magis utile retur*] sic meliores mu-
 tata distinctione.

v. 726. *Prælusit quibus historia*] *historia* ex scri-
 ptis. mox nostri constanter, ut & Weitziani, *Nu-*
bibus urbi cremis. quare viderit Giphanius, cur ex
 suis exemplaribus repositum eat, *Nisibus urbi-*
cremis.

v. 743. *Traxerat Eva virum*] *Traxerit* in O-
 xonio.

v. 758. *fragilis iussa ad caelestia voti.*] sic distin-
 guendum.

v. 780. *Orpham*] *Orfan* Puteancus. & mox *Noo-*
min. quomodo & Egunoudanus. pro quo in Oxo-
 nio & Rottendorphio *Noemi.* deinde *atquin* in
 scriptis.

v. 787. *agrestis oburitur astu*] *agresti amburitur*
astu probe Puteancus cum Thuano, Rottendor-
 phio & Aldo. mox iidem cum Oxonio, *domum Da-*
vitica regna, omisso τὸ &. optime. est enim epe-
 xegeſis. dictum Cathem. hymno XII, v. 177.
 male mox Weitzius *mortales artus.* aliter libri
 nostri.

v. 797. *At levum nemus umbriferum*] *umbrifi-*
cum in Rottendorphio. sic *mitificum* infra ex MSS.
luctificum, horrificum, & similia. paullo ante co-
 codices nostri, *aërium cliviso margine callem.*

v. 821. *animas unicolores*] *unicoloras* libri. sic
versicolorus paries nostro libro II. contra Symm.
 v. 56. & *lana discolora* ex scriptis hymno Romani
 v. 202.

v. 34. *rursum ad convexa reverti*] *sursum* Thuanus. paullo ante *Formatam non posse mori*, omne nostri.

v. 945. *Aversis sed recte oculis*] *rite ex scriptis* & *miseri properanda pericula mundi*. epexegetis, monitum hymno Cathem. XII. v. 131.

v. 856. *divorsoria carnis*] sic Puteaneus.

v. 860. *roseo de gramine rorem*] *de stramine* Puteaneus, Oxonius, Rottendorphius, tres Torrentiani, eum Egmondano & Aldo. probe *stramen* pro toro aut stramento. post hunc versum sequebantur in vulgatis seni versus qui a membranis nostris omnibus absunt, etiam ab Egmondano & Palatino Weitzii. nec agnoscit Aldus. & tollendos puto, cum tutent seriem orationis, & sint insulsi:

*Ast alie, quas dira lues errorque malignus
Inmersit tenebris, vastoque obsedit Averno,
Haud inpune piis ab semet abesse fatentur
Conciliis, meritas ferre & per sacula penas:
Quis patris antiqui aut ægri reverentis abyssus
Exclusis mundique bonis cum morte potitis
Ditibus & longo, &c.*

v. 863. *Semet abesse fatentur Conciliis*] *semet deesse* duo Torrentiani. & versu sequenti, *meritas penas per sacula ferre*. quomodo & Giphanius Indice Lucretiano. etiam *abyssus*, sed apage versus futiles, in quibus & Giphanius æstuavit plus satis.

v. 867. *Ditibus & longo*] puto *Divitibus at*. In Oxonio *Divitibus longo*. quod pro varianti scriptura etiam Rottendorphii in marginem insedit. ad canam Fidem hæc referenda sunt.

v. 876. *lucida palla*] *pala* Cauchius. non placet.

v. 882. *nec pupula parva*] & *pupula* Thuanus, Rottendorphius, & tres Torrentiani. possis etiam, *nec pupula prava*.

v. 889. *litora Thules*] *Thyle* scripti. deinde *Thul-*
ladigit, nisi quod in Oxonio & Aldino *Trans adit*.
Thuladigere Virgilianum verbum & sic vetustiores
 u. Weitziani. alii aliter.

v. 893. *Numquid & exuta membris*] sic Thua-
 pneus. In Puteano & ceteris nostris *exuti*. & sic Al-
 dus. *visus* subiintellige.

v. 900. *Expertos dubitas animas percurrere visus*] *Ex-*
peritus & *percurrere visu*. prava distinctio occasionem
 dedit loco pervertendo. *Exspertas* Thuaneus, & a
 manu secunda *Expertis*. *Expertus* in somnis vide-
 licet.

v. 916. *densata grauentur*] *densata* Puteaneus &
 Oxonius. probe. de quo hymno V. Cathem. v. 53.
~~idem~~ *Asporeus* Johannes idem Puteanus & tres Tor-
 rentiani. de quo Cathem. hymno VI. v. 105. deiu-
 de *tacitis futuris* præstantiores, non *figuris*.

v. 924. *raucos & percipit aure Mugitus*] *tristes*
Mugitus in Puteaneo. etiam in Thuano a manu
 secunda. ~ /

v. 930. *rabidos sub tætra nocte caminos*] *rapidos*,
subterna nocte caminos nostri potiores cum Egmon-
 dano & Aldo. recte. libro primo in Symmachum,

Relligionis opem subternis poscere ab antris.
 deinde *scius*, non *secius* vetustissimi codices. ut &
 apud Maronem, Ovidium, Silium, alios passim.

NICOLAI HEINSII
IN PSYCHOMACHIAM
P R U D E N T I I

NOTÆ.

In Præfationem.

v. 1. *Prima credendi via est*] abest verbum substantivum ab omnibus nostris, quod mirificas hoc loco turbas concitarat. est enim epexegetis, uti jam dictum Cathem. præfatione v. 26. cetera distinctione juvinus.

v. 6. *Quod dulce cordi est*] & hic jubet esse verbum substantivum libri veteres.

v. 12. *Deo parente, matre virtute editam*] Deo placentem nostri omnes cum Aldo. sic Quirini passionem, *Quirinum placitum Deo.* mox *portenta cordis servientis* Puteaneus & Oxonius, cum duobus Weitzianis. sic hymno Cathemerinon primo, *Ne mens sopori serviat.* Hymno III. *Hæc opulencia Christicolus servit.* Hymno XII, *Non ille servit noctibus.* atque ita porro. infra hoc ipso carmine, *Qua capta sedit serviat libidini.*

v. 25. *Captis tenebat*] tenebant scripti cum Aldo.

v. 33. *Attrita bovis colla liber erigit*] primo non est audiendus Gruterus, qui adversus fidem membranarum veterum huc vocabulum obsoletum revocare contendit, reponens *Artita colla*, quod & hymno Hemiterii is ipse ibat repositum,

Et chalybs artita colla gravibus ambit circulis.
atque *colla jugis attrita* passim de bubus & equis apud poetas occurrunt. pro *bovis* solus ex nostris

Thuanicus boigis. Ceteri cum Aldo *bacis* aut *bacca*,
bacis vetustiores, quæ vera est ortographia; ut
 Plinio etiam videbatur. pari modo nostri quo-
 que hymno primo Peri Steph. *Carcer illigata duris*
et la bacis impedit. Additum in Rottendorphio prio-
 ri: *Baca* proprie dicuntur fructus lauri, sive racemi e-
 derarum. sed hic pro nodis catenarum ponuntur. *Bacca*
 vero per duo cc ministra *Bacchi* sunt. circulos vocavit
 Prudentius loco jam prolato, quos nunc *bacas ca-*
tenarum dicit. & hanc lectionem sequor, etsi ne-
 quaquam ignoro, Victorem Giselinum ire in con-
 traria. Vetustissimus etiam Puteaneus disertim *ba-*
cis. Superiori versu nostri præter Puteaneum eun-
 dem *expeditus vinculis*. quos non sequor.

v. 36. *Ne quam profapiam*] *Ne qua* in Oxonio.
 quod Gihanio se probavit immerito. *profapiem* ex
 scrip. Asius Weitzius.

v. 41. *Origo cuius*] absunt hi duo versus a Pu-
 teaneo. mox *hospitiu mapalia*, non *magalia* nostri
 omnes.

v. 47. *Et jam quietam Sarra in alvum fertile Mu-*
nus venire] sic Weitzius. *vieta* in Bigotiano. Gi-
 selinus & Aldus, *Et jam vieta Sara in alvo fertili*
Munus juventa. Scribe ex nostris,

Et jam vieta Sarra in alvum fertili

Munus juventa mater ex sanguis stupet.

nisi quod in Thuanico *quietam*, in Oxonio *vieta*.
juventa fertili in vieta alvum, ut Præfatione Apo-
 theosios, v. 47. *fertili in herbam*. quod illic restitui-
 mus. tò *vieta* Prudentio familiare est. Cathemerio-
 non hymno VII,

Oblita lactis jam vieto in pectore.

libro II, contra Symmachum.

Præcipitet Scythica juvenis pietate vietum

Votivo de ponte patrem.

item, *Crimibus alventem niveis & fronte vieta.*

Vieta

Vetula vestis aranea, apud Lucretium. & sic apud eundem puto scribendum sub finem libri I I. versus vulgo eiciuntur:

*Tristis item vetula vitis sator atque vieta
Temporis incusat nomen, seclumque fatigat
Et crepat antiquum.*

in scriptis exemplaribus, *vitis sator atque fatigat*. *Vieta membra* Horatio Epod. XII. plura de hoc vocabulo ex Cicerone, Plauto, Terentio, Gellio, aliis collegit Zinzerlingus cap. V Promulsidis critica.

v. 60. *Parente inenarrabili atque uno satus*] In Puteano, *Parente natus alto & ineffabili*. & sic Weitziani tres cum Aldo. quam scripturam Giphanius ad Lucretium quoque est amplexus. ut pes quartus sit dactylicus, elisione exclusa. Vide Cathemer. hymno XII, v. 131. *inenarrabilis* jam præcesserat. v. 41.

v. 65. *pie maritam*] *maritans* Cauchium malle video ex scripto codice. aliter nostri.

IN PSYCHOMACHIAM.

v. 3. *De nomine trino*] *de nomine utroque* in nostris, & Weitzianis vetustioribus. ut de Deo Patre & Filio tantum agat hic loci. & mox *animam fatigat*, non *animam*.

v. 24. *laudis calor*] in Puteaneo *labor*.

v. 40. *gramineo campo*] in campo scripti.

v. 51. *Sanguine concretos canoso*] *sanioso* videbatur præstare, sed obstant libri. Credo, quod *lutulentam libidinem* mox vocat noster, hic manum male feriatam *sanguinem canosum* illi attribuisse. *saniem* infra. v. 100. habemus.

v. 53. *Hoc tibi habe exclamat*] *Hoc habet*, ex mat, in codicibus nostris. omnino probe. & sic Giphanius. Amutatus est Maronianum illud:

hoc habet; hac melior magnis data victima

v. 60. Holoferni] Olofernis in nostris. deinde Gemmantemque torum, non Gemmatumque, Puteanus, Thuanus, & prior Rottendorphius cum Martino Weitzii. sic gemmantes pavonis ala apud Martialem, & gemmantes rore herba apud Lucretium.

v. 68. terrena in corpora fluxit] terreno in corpore Thuaneus, Oxonius, alter Rottendorphius cum Aldo. unde censebam, terreno in corpore fulsit.

v. 72. prisca propago] in nostris omnibus pristina origo. pristinam Cauchius. tum mox carnique novam sevit, nempe naturam, prior Rottendorph.

v. 77. De consorti fœdere] consortis in Puteaneo & Weitzii duobus. idem Puteaneus, dum carnis glutinat usum. & sic uterque Rottendorphii.

v. 87. Dona hac sunt, quis victa jaces] quod victa jaces scripti, & tu princeps ad mortis iter. tum corpora commaculas uterque Rottendorphius.

v. 95. Sulfureus vortex] Solporeus in Puteaneo semper, & vertex.

v. 105. ne tecta rubigo Occupet ablutum scabrosa sorde nitogem] sic scripti nostri & Weitziani omnes cum Aldo constanter. Viderint ergo illi, quam auctoritatem sequantur, qui reponunt, ne sorde latenti Occupet ablutum rubigo scabra. Scripti etiam Condere vagina gladium. non vagina.

v. 119. genuisse dolorem] dolore Thuaneus à manu secunda. quod Giphanio se probabat, non mihi.

v. 126. Induerat thoraca humeros] humeris scripti.

v. 136. Ictibus & vacuis] jaetibus potiores. tum Conisa in plagam.

v. 140. Area sed cassis cocto formata metallo] cocto cassis informata Puteaneus. Quinor Prudentium dedisse, cassis cocto informata metallo. nam in multis

IN PSYCHOMACHIAM NOTÆ. I

os veterum *cassis cocto formata*. *informare* apud Maronem occurrit pari significatione. ut libro VI *Hus informatum manibus fulmen*. & *Ingentem clippum* informant. paullo ante non recte Giphanius *vibrata cerebrum*. nostri omnes *librata*. nec *ensem librari* dicit Prudentius, sed *manum*.

v. 177. *Virtus nam vidua est*] *Virtus*: & *vidua est* cum Put. & Thuano. mox *villis oneraverat armos omnes nostri*. non *ornaverat*.

v. 189. *ingestas auras*] *infestas* nostri. sed *perperam*.

v. 208. *Insignem titulis*] sic in omnibus nostris. frustra *telis* Weitzius.

v. 225. *transfugit in orbem*] ita nostri. Weitzius ex Piccarti libro *transfluxit*.

v. 232. *Qua miseros optare jubent*] *jubet* scripti. deinde *lenta solatia non leta*, Puteaneus cum Oxonio, & Thuaneo à manu secunda. utrumque & Aldus confirmat. mox *meditamine* castigatiores pro *medicamine*.

v. 252. *Inbuere, & fragili vires sedare triumpho*] *Inbuere, fragilique viros sedare* scripti constanter & vere. Adi annotata ad Apotheosin. v. 137. ubi genus complura loca sanavimus.

v. 261. *violaverat insidiosis*] *vitiaverat* Puteaneus. placet. infra v. 626 ex scriptis, *invitiabile avum*. *Vitiare animam* passione Hippolyti, v. 62.

v. 273. *Pectoris pressu*] *Pectoris impressu* nostri. nisi quod in priore Rottendorphio *impulsu*. mox *Prospicit obtritam* Rottendorphius uterque cum Puteaneo & Aldo. nec aliter Fuldanus Weitzii.

v. 293. *fundali stridore*] in Thuaneo *funali*. quod in Egmondano & Palatino Weitzius invenerat. sic infra v. 866. *funalis machina*. ubi & in Oxonio *fundalis*. Hymno *P. Magnentii funale textum* pro culleo. mox etiam tres vetustiores, *formidabile fervet*.

on terret. teneris annis præterca omnes. nisi quod
 uno Cauchiano terret.

v. 302. *Servatur qua certa mihi*] quia certa in
 Puteaneo.

v. 305. *perstringens aera*] idem præstringens cum
 Weitzianis. sic Apotheosi v. 400. præstringi luce ocu-
 los scripti. plura alibi congestimus.

v. 312. *Delibuta comas, oculis vaga, languida
 voce*] persistit in Gracismo prior Rottcudorpius
Oculos vaga, languida vocem. sic supra, *Nuda hu-
 meros, intonsa comas, exserta lacertos.* & sic Cauchia-
 nus. postea *Ac tunc scripti.*

v. 324. *Nervo pulsa fugit*] *Nervum* Puteancus.
 Ni fallor, *Nervo impulsa fugit.* exemplo illius Ma-
 roniani ex duodecimo Æneidos, *Non secus ac ner-
 vo per p^{ro}hem impulsa sagitta.* deinde *frameam nec
 dextra minatur vetustiores.* in aliis *framea.*

v. 330. *Ferratosque toros*] choros alter Rotten-
 dorphii. Aldus obliro robore. sed frustra.

v. 335. *bratteolis*] sic veterissimi codices. & mox
ganearum lege.

v. 350. *Instimulans animos*] *Exstimulans* libri prin-
 cipium cum Aldo. mox *infusum nardum* nostri omnes.
 in Cauchiano tamen codice *infusam* erit videre.

v. 367. *Ite ad nocturnas epulas.*] sic Oxonius cum
 Aldo. In ceteris nostris *Inde.* quod verius. ut inter-
 rogationis nota continetur in sequentibus. mox
 perperam Giphanius cum Aldo, *Immensam cyathis
 stillantibus undam, ubi multo. Fulcra mero. in mensam
 libare habes apud Maronem Æn. l. v. 736.* ubi plura.

v. 371. *eremi sitis*] *erimi* in Puteaneo. & mox
 scripti *salientem vertice.* ut & *vestris fluxit avis.* non
 e vertice, & nostris *avis.* tum patria in tentorii Cau-
 chii liber.

v. 385. *qua Deus ipse Natus homo*] *Esset homo*
 iidem codices nostri.

v. 390. *recidiva in pralia*] sic nostri excepto priore Rottendorphio. de hoc vocabulo multis jam ad Claudianum.

v. 397. *Jonatham*] ita Puteaneus. tum is i. e. cum ceteris, *Conviolasse favo sceptri, non favo surpto.* mox Puteanus denuo cum Thuano *quadrijugis.*

v. 410. *Cornibus oppassis*] alii *expassis.* scripti nostri *oppansis.* sic *pansis brachius Cathem.* hymno XII. v. 170. ex scriptis. amat autem ejusmodi vocabula Prudentius. sic supra habuimus, *obliso robere. obliso collo etiam infra. & obliso gutture:* alibi *Obstrangulare, obcludere, obbrutescere, oppallescere,* hymno I. Peri Steph. & hymno II. v. 190. ex codice veterrimo, *Offossa giguunt rudera. & similia.*

v. 414. *Pulvere fadat humi*] *Pulvere fadatur,* sollemni Gracisimo, Puteaneus cum utroque Rottendorphio.

v. 424. *frustis cum sanguinis implet*] ita scripti. ut & paullo post Puteanus ac Thuaneus cum Cauchiano, *nimiis pro dulcibus, non luxibus.* tum *asperet haustu.* Oxonius, *horrificos sapor ult. asperet haustus.*

v. 442. *discordia dissona turpat*] *turbat* nostri. tum mox *Pradurat teneras plantas, non Perdurat* iidem. & hoc bene. usus est eodem verbo Pallione B. Vincentii. v. 178.

v. 456. *aurique legens fragmenta caduci inter arenarum cumulos*] *Opinor aurique legens ramenta.* agit enim de auro nondum excocto, & in arena fluviatilis ramentis lecto. infra de Avaritia jam occisa,
— *de corpore diripit auri*

Sordida frustra rudis, nec adhuc fornace recoctam Materiem. Plinius libro XXXIII. cap. IV. *Apud nos tribus modis fluminum ramentis aurum invenitur, Restitui id ipsum vocabulum & Lucano. galea ramenta.* mox *crumipis* libri vetustiores.

v. 465. *insomnia, Jordes*] *sortes* in priore Rottendorphio.

v. 479. *fames improbanatos*] *famie* scribendum
in Puteaneo. sic idem mox v. 508. *stupuit luu*
ra. quomodo & Egmondanus utroque loco.
de re egimus Cathemer. hymno VII, v. 162.

v. 484. *perque offensacula multa*] *offendicula* in
Puteaneo. sed lex metri obnititur. & *offensacula*
denuo infra habemus v. 781. quamquam de his
talibus parum sollicitus fuisse potest videri Pruden-
tius. sic priorem in *mitra* corripiebat modo, & in
subigine primam. ne jam dicam; quoties in Græ-
cis idem permittat sibi. Secundam in *redimire* mox
producet. v. 687. secundam in *elurum* corripuit
Passione Vincentii v. 362. ita enim illic scripti. sed
& paucis interjectis versibus habebis, *peculator a-*
varus. ita enim scribendum volunt duo vetustissi-
mi codices. & *speculator* vix locum hic habet. *Pe-*
culatores a *peculio*. Paulo ante *secum errare facit*,
non *finis* in Cauchiano.

v. 493. *Omne hominum rapit illa genus*] *capit* in
altero Rottendorphio. versu proximo scripti con-
stanter cum Aldo, *neque est violentius ullum*, hiatu
relieto. quod familiare Prudentio. putabam ali-
quando, *neque ea violentius ullum*. in vulgatis, *ne-*
que enim. sed videnda quæ conguessimus in hanc rem
Cathem. hymno XII. v. 131.

v. 507. *Perstringens paucos tenui de vulnere ledit*]
meliores hic denuo *prestringit*. ut passim apud no-
strum.

v. 511. *nec nostra potentia profert*] in aliis *refert*.
sed nostri omnes *perfert*. nec aliter Aldus. quod
verum est. In uno Weitzii Fuldano *profert*. in Cau-
chiano *profert*.

v. 530. *nonne triumpho Egimus Iscarioth*] ita Gi-
foni editio. sed nostri codices præcipui, *trium-*
sum Egimus ex Scarioth. quomodo & Aldus. in
nonnullis e *Scarioth*. deinde *perperam* mutavit Wei-
tzius

rius illud *magnus discipulorum in summus*
liter codices nostri præstantiores. neque sane *summus discipulorum*. Scariothes Judas fuit habitus.
hoc loquendi modo ad hymnum XII. Cathem.
185. paulo ante idem *nigrante honore immeritum*
mutavit in *migrante*. mox *Quid sibi tanta volunt*
fastidia in Cauchii schedis.

v. 532. *dextramque parapside tingit*] codices nostri
parapside. vetustiores tamen *parabside*. & jungit pro
tingit omnes. Quare putabam aliquando, *inungit*.
sed *jungit* bene omnino se habet. In Puteanco *dextraque parabside jungit*. sic præfatione *ὡς εἰς τὴν ἀψίδα*
pari modo variant libri veteres, *Gravisque & ampla*
argentea est parapsis. *parapside* seu *parabside* constanter
scriptum offendi in veterrimis quoque Martialis ac
Juvenalis exemplaribus, quorum apud illum habes
libro XI Ep. XXVIII *Parapside rubra*, apud hunc Sat. III *quam multa magna que parapside canat*. ita enim & Turnebus ibi in vetustis codicibus exstare monuit, & nos in compluribus invenimus. Sanc Hesychio, *παρὰ ψιδος ἢ παροψιδος τὴν μετὰ τὰ πτερόδια*. & sic apud Suetonium in Galba, & etiam in Digestis non semel *parapsidis* quare & Turnebus id ab *apside* deducebat, ut & Cujacius Obs. X. cap. XVII. Glossæ veteres apud eundem Cujacium, *Parapsis acetabulum majus & suffusorium*. Sed & Isidorus, *Parapsis quadrangulum & quadrilaterum vas, id est paribus apsidibus*. quod facit pro scriptura *parabsidis*. nec desuere, qui inter *parapsidem* & *paropsidem* sic distinxerint, ut *paropsis* esset scutella escaria, *parapsis* *ἐμβάσιον* vel *ὄμβάσιον*. Glossarium veterimum Vossianæ bibliothecæ, *parabsis, acetabulum majus*. aliqui & *catinum* appellant. Cum Hesychio facit Papias. *Parapsis, parapsidos, gahata vel patina, acetabulum aliquod & catinum ita appellari putant, paropsis idem.*

ege paropsis idem. Idem, Parapsis, quadrangulum
 quadrilaterum vas est ex paribus apsidis. sic scribe,
 mox paribus assis.

v. 537. concidit Achan] Achar Put. Acham
 Thuanens. ceteri cum Puteaneo faciunt.

v. 573. Operatio campum] sic constanter scri-
 pti. probe. monuit Gilselinus & pluribus ad D.
 Paulini opera Rosweydeus. vulgati miseratio. operatio
 a bonis operibus deducitur. deinde iidem scripti,
 omnibus ibat Nudata induvius, non exuviis.

v. 580. miserando inopum] sic scripti. deinde
 Puteaneus & Thuan. Jam loculos ditata fidem, non
 fide, sollemni Gracisimo. denique redituro senore
 constanter scripti. nec recte mutatum a Weitzio,
 & iidem, Virtutis fulmen & impos non inopsque.
 Cathem. hymno X,

Mentis impos efferatis percitus furoribus.

v. 586. nam que fraudis via restat] restet ex scri-
 ptis. nec male Egmondanus fraudi. sed male mox
 Weitzius obliſo robore. quod præcesserat. gutture
 nostri. supra, obliſo luiturus jugera collo, &, Ferr-
 rosque toros obliſo robore mulcet. ubi perperam circum-
 ſerebatur, obliſo robore.

v. 598. Mox spolia exſtincto de corpore diripit] In
 Puteaneo, exuncto de corpore. in Egmondano exu-
 ſto. Puto exuto de corpore. sic supra, torvam faciem
 ſurialiaque arma Exuit. passione Agnetis, Exutus
 inde ſpiritus emicat. & apud Paulinum epistola ad
 Ausonium: sera erit exutis homini querimonia mem-
 bris. mox marsuppia Puteaneus, & tiniis materiam.
 ziniis & alias in optimis exemplaribus inveni. mar-
 ſuppium quoque passione Laurentii.

v. 609. nil velle super quam postulet usus] ita ca-
 ſtigatiores scripti. & mox, providus ito.

v. 619. victum non desore viles] non desore vita
 in Oxonio. mox Adaubitas pro An dubitas. res ve-
 tustio-

rustiores ex nostris. tum, *vite dator & dator escit est*, & *luciferum pastum* iidem constanter.

v. 626. *invulabilis avi*] sic nostrorum plerique nisi quod in priore Rottendorphio, *insatiabilis*. Puteaneus, *invitiabilis*. quod ex suis expresserat Weitzius. Vide suprav. 261 hoc libro ex scriptis.

v. 630. *placida fidei*] *placita* meliores. tum *sedato & pulvere campi*. & *Vestis adusque pedes* constanter. quod mutari a Giphanio non debuit. nec feliciter ille pro *discingitur*, quod nostri omnes tuentur, *discinditur*. *discingere lites & jurgia* frequenter apud Jurisconsultos & Sidonium Apollinarem occurrit. infra. v. 822. *discincta juventus*. quod & illic scripti perperam immutabant.

v. 642. *suis victoribus arcem Aetheris*] *arce* tres veterissimi ex nostris. Forte *arces*.

v. 654. *nigrosque relapso gurgite*] sic nostri. nisi quod in Puteaneo *relaxo*. Weitzius, *repulso*.

v. 683. *discordia nostros Intrarat cuneos*] ita nostri & Weitziani. nollem Giphanius Fabriciunx secutus esset, qui *latos cuneos* dedit. mox eleganter *structum & serpente flagellum*, ut *structus capillus*. nec aliter codices nostri. *structis talentis ordines* possessione Laurentii. Weitzius hic non est attendens. nec Giphanius. quorum alter & *structum*, alter *strictum &*. Vide Cathemerini. hymno XII, v. 131. *jacebant etiam vetustiores & responderet*. denique, *prospera nostra vulnerat* iidem constanter.

v. 704. *Et deprensa tremit*] tremunt tres vetustiores nostri cum Palatino Weitzii. bene. de quo ad Maronem Eclog. VI. v. 30. *mox omnes, missu cuiusvis, non jussu*.

v. 713. *Aut innata anima est*] *animam* Thua-neus manu secunda. In primo Rottendorphio *Haud innata anima est*. & sic Fuldanus Weitzii.

v. 714. *Est mihi praeceptor Belial: domus est plaga*

mundi] primo Puteaneus & Thuanus cum tribus
 Weitzii *Præceptor Belia mihi. recte. adeantur anno-*
ta ad Hamartigeniam v. 714. In priore Rotten-
dorphio Præceptor mihi Belial sit. in altero, Præce-
ptor Belial mihi adest. deinde omnes nostri & Wei-
tziani, domus & plaga mundi. nisi quod in altero
Rottendorphio, domus & plaga mundi.

v. 719. *feralis bestia*] sic scripti apud me uno
 consensu. quare cave audias Weitzianum illud *fu-*
rialis bestia. supra v. 565. ferale monstrum pari modo
 dixerat noster.

v. 723. *Quod tradat*] sic Thuanus. in Puteaneo
 & ceteris *trudat.* mox *Discissum fadis animalibus*
 nostri. unus solummodo Rottendorphius, *Discis-*
sumque feris.

v. 727. *postquam intra tuta morari contigit, ac*
statione frui, valloque fovere Pacificos sensus, & in otia
solvere. curas] horum loco succincte Puteaneus &
 prior Rottendorphius,

— *tranquilla plebis ad unum*

Sensibus in tuta valli statione locatis.

Thuanens & Oxonius vulgaram quidem scripturam
 expressere, sed post *to solvere curas*, addunt;

in tuta valli statione locatis.

unde liquet duplicem diversarum editionum scri-
 pturam hic denuo in libris confundi. nec minus tur-
 bata omnia hic loci in Weitzianis exemplaribus.
 Videantur quæ ille cum ex aliis codicibus, tum ex
 Piccarti libro profert. Aldus:

In commune bonis, tranquilla plebis ad unum

Contigit hac statione frui, valloque foveri

Pacificos sensus, & in otia solvere curas.

Exstruitur, &c.

Placet Græcismus, *vallo foveri pacificos sensus. & fo-*
vere vallum est Maronianum. codicem Puteaneum
 tamen hic audio præ ceteris.

v. 733. *circumspicit aere visus*] probo Puteaneum, *circum inspicit*. quod & Apotheosi v. 48. Prudentio reddidimus. mox *Huc sincera fides* P. & Egmond. in Oxonio *Hinc*. neutrum arridet.

v. 739. *Conspicua, populosque jubent*] ita nostri. perperam Weitzius id immutavit. ut & proximum *Degeneri languore tegat*.

v. 746. *expectat concio*] eleganter Puteaneus & Thuanus *expectant*. qualia nos complura apud prius scriptores restituiimus ope membranarum. *conveniunt vicinia, & Gracia transtulerant vires*, aliaque id genus complura ex veterrimis libris apud Nasonem. apud Maronem ex iisdem, *bractea crepitabant*. sed nos alio nunc properamus.

v. 752. *Contigit. exstincta est*] ita & hic nostri omnes. Weitzius in tempeste huc revocavit, *Hoc habet*. de quo supra v. 53. tum & Giphanius perperam verbum substantivum tollit.

v. 759. *Sensibus in vestris*] in nostris omnia vetusta apud me exemplaria. deinde *fissa voluntas*. nisi quod in Thuaneo a manu prima *fusa*. in priore Rottendorphio *fixa*. mox apage Weitzianum illud *conjunget amor*. in omnibus nostris *conjunget*.

v. 773. *Cum cupias offerre, probat*] pro in Thuano. mox *flammicomus ignibus scripti*, non *flammivomis*.

v. 787. *liquido oblectatur odore*] puro odore Puteaneus.

v. 801. *Sed defensa Fide*] sic Thuanus. in ceteris *Fides*. mox egregio labori non opuse egregium in praestantioribus scriptis.

v. 806. *successor inermis*] *inermis* in duobus nostrorum veterrimis. nec aliter Eginondanus & Palatinus Weitzii. bene. *Vulgus inermum* Maroni. usi eodem vocabulo Cicero, Sallustius, alii.

v. 811. *Tunc & Jerusalem templo illustrata quietum*]

rum] sic omnes nostri, non quieto. & etiam q-
mittunt. at Puteaneus Tunc Hierusales. ut apud
Nullinum, carmine ad Cytheriura, Plantata do-
mino in arriis Hierusales. apud eundem Psalmo
CXXXVI. quo plebs tua claram Manibus aternis
Hierusalem habitabit. ibidem ter quaterve Hierusa-
lem occurrit, duabus prioribus syllabis correptis,
productis tribus posterioribus. ut & alibi apud eun-
dem. idque ad exemplum Græcorum. Certe in
metaphrasi psalmodum Apollinaris passim pari mo-
do, Ἱερουσαλήμ, Ἱερουσαλὴς, Ἱερουσαλλώ, & in vo-
cativo casus, Ἱερουσαλή. Vide illum Psalmis CXXXVI,
& CXLVII. Cauchins ex suo codice *Jerusalem* anno-
tarat, & videbatur probare, addito Paulini loco,
Hic Hierusalem habitabat.

v. 816. Numquid terrigenis phalanges] Nam quid
& terrigenas falangas potiores.

v. 821. Munia nunc agitet] ita scripti constan-
ter. ne quis forte Giphanium audiat Mania repo-
nentem.

822. Atque sacris adem properet discincta juven-
tus.] sacris sedem duo veterissimi ex nostris. sacri se-
dem Oxonius. sed & discincta Juventus bene se ha-
bet, pro quo multi veteres *discincta*. monitum
jam supra v. 630. mox libri *Desluit*. deinde Thua-
neus lato fundamine, pro *jacto*. Forte lato fundamine.

v. 829. symmetra] semetra libri fideliores. &
semetra videtur *symmetris* contraria facere. vocabu-
lum dimidia ex parte Latinum, ut *primoplastus*,
quo alibi utitur.

v. 834. nullum illic struibile saxum] nullum hic
Thuaneus hiatu relicto. de quo hymno XII. v. 131.
Cathemerinon.

v. 836. complectitur arcu] actu Puteaneus. su-
pra, Sic quicquid gerimus mentisque & corporis actu.
Vide annotata *Cathemerin.* hymno IV. v. 77.

v. 842. *quam corpore toto Quadrua vis animat.*]
ita scripti, perperam hæc interpolarat Weitzius.

v. 847. *alga Borra*] *Borra* duo vetustiores
tres alii *Boree*. Paulinus ode ad Nicetam, *Te patrem*
dicit plaga tota Borra, quem locum Cauchius quo-
que viderat, ut mirerillum auctoritate codicis sui
permotum voluisse tolli hunc versum, deinde tri-
num nomen, non numen potiores ex nostris bene
cum Aldo.

v. 857. *Hinc chalcedon*] *Hic* ex scriptis, deinde
pro *Sardonium juxta appositus* in Puteaneo *Sardium*
juxta appositum, nec aliter Egmondanus & Palati-
nus Weitzii, *appositum* etiam in reliquis. In Thua-
neo a manu prima *Sardoum*, sed emendatum *Sar-*
donicum, in altero Rottendorphio *Sardonibi appo-*
situm, *Sardium* hoc loco vix ferri potest. Σάρδιον
Græcis, secunda syllaba correpta, *Sardoum* cuna
Thuaneo prætulerim. *Sardous lapis* & *Sardoa herba*,
a Sardinia, quæ Σαρδῆς nec recte Giphanius corri-
gebat *pulcherque topazion*, *topazon* enim nostri o-
mnes, & sane a τῶπαζιον, τῶπαζιον deduxit pro
τῶπαζιον, aut τῶπαζον Insulæ nomen, ubi repe-
ritur is lapis, posuit pro lapide, certe apud Venan-
tium Fortunatum,

Quando pavimentis alba topazus inest.

v. 865. *saxis stellantibus*] nonnulli etiam ex
vetustioribus, *stillantibus*, quos cave audias.

v. 870. *quarum tegit edita calculus albens in co-*
rum casus capita] *quadrum in conum* Egmondanus
& Palatinus Weitzii, recte, ut pyramidem designet.
Ausonius Mosella :

Conditor hic forsitan fuerit Ptolemaïdos aula

Pinochares, quadro cui in fastigia cono

Surgit, & ipsa suas consumit pyramis umbras.

quadrum conum Barthium in Adversariis quoque ex
vetusto codice protulisse commemini.

v. 872. *Subductus concha in speciem*] ita nostri. nisi quod in altero Rottendorphio, *Ducto conchiarum in speciem*. Weitzius, *Ductus* mox *opibusque & censibus hasta addictis* a Gisellino pulcherrime restitutum. Confirmat Puteanus noster & Egmondanus Weitzii. in ceteris, *opibusque & viribus haste, vel, arte, vel hausta*. unde Cauchius conjectabat, *opibusque & jure sub hasta Addictis*. nequicquam profecto. Giphanius Giselinianum *censibus* damnare haudquaquam debuit.

v. 876. *& omne consilium*] *concilium* in altero Rottendorphio.

v. 879. *Sed lignum vivum est, viridi quod stirpe recisum*] Nostri & Weitziani præstantiores, *Sed ligno vivum viridi est. stirpe reciso* etiam Thuaneus & Oxonius. etsi apud Virgilium *sceptrum* imo *de stirpe recisum*. in Puteaneo mendose *recisos*. Salmasius locum veteris Grammatici adscripserat, quem opinatur ad hæc ipsa Prudentii allusisse: *Stirps in significatione sobolis feminino genere dicitur. sed cum materiam significat, masculino modo, stirpem recisum dixerunt*.

v. 885. *Florigerum*] *Floriferum* scripti. deinde *urmen cortice trudens* in Thuano & Oxonio. non *germina*.

v. 895. *nunc indole crescere dextram*] *dextra* vere conjecerat Giselinus. confirmant ex nostris Puteanus, Thuanus, & duo Rottendorphii cum Cauchiano. mox *inclinatis virtutibus* Puteanus non *cercivibus*.

v. 902. *Cessisse stomacho*] sic scripti. tum *Offibus inclusa fremit & discordibus armis*. de quo ad hymnum XII. Cathem. v. 131.

v. 905. *Effigiata premunt animum*] *animam* Puteanus.

v. 909. *duplex substantia vires*] reliquos sex versus omittebat liber Oxonius.

NICOLAI HEINSII
IN LIBROS
CONTRA SYMMACHUM
NOTÆ.

In Prefationem libri primi.

v. 4. *placido dogmate*] *placito* Oxonius. sic *placita fides* ex scriptis Psychomach. v. 630. deinde *Fam mansueta*, non *Inmansueta*, prior Rottendorphius. nec displicer.

v. 14. *Contractos pluvio frigore remiges*] potest ferri utcumque hæc scriptura. malebam nihilominus, *Contactos*. uti apud Virgilium & Phædrum.

v. 37. *decutit aspidem*] in nonnullis *discutit*. præstitit, *depulit* vel *dispulit*, quia *Excussum* præcedit.

v. 50. *rapidis fluctibus*] *rabidis* potiores apud me scripti. mox iidem *subter conprimere*, non *quo premeret*, more Prudentiano. recte.

v. 60. *Puppem enasse*] sic Giselinus. nostri cōdices *nasse*. Forte, *innasse*. paullo post, si per membranas liceat, malum, *Vectores stabili crediderat solo*, quam *condiderat*, quod nunc circumfertur.

v. 74. *Spes insueta*] probe Weitzius ex Egmondano *Seps*. quomodo Latinus Latinius, Jacobus Sirmundus, & Laurentius Pignorius jampridem castigandum esse monuerunt.

v. 84. *si potis est*] *potis es* in altero Rottendorphio. monitum jam a me hymno Eulaliæ v. 100.

N O T Æ
I N L I B R U M I.

v. 51. *Saturnia vobis*] nobis in Oxonio. mox patria spectata sepulcra potiores scripti, quod alii perperam interpolant. apud Maronem quoque vera est scriptura, *tuaque spectata parenti Vicit iter durum pietas.* nec recte Cauchius, in patria spectata.

v. 59. *silvosi habitator Olympi*] pessimo exemplo Becmannianam conjecturam admisit in contextum Prudentii Weitzius, *sinuosi Olympi*, reponendo, quod Homero *Ὀλύμπου πολύπυχου* dicatur. *ὡρώησι ἢ πυλῆσι πολυπύχου Ὀλύμπου.* sed illic de caelo agitur. quamquam & *πολύπυχου Ἴδου* apud eundem occurrit. Certe Virgilio *frondosus olympus*, quomodo nostro *silvofus*, & *opacius* Horatio. mox perperam Giselinus *incestas Lacenas.* nam codices vetusti melioris notæ *incesta labe.*

v. 62. *Nunc tenera pluma levior*] *Nunc tener ac pluma levior* scripti. & mox *volucrem amorem*, non *volucrum. volucrem amantem* malebat Gronovius. *veritatem* probe Thuanus *Firmarant cuneis.*

v. 70. *adsciens catamitum*] sic meliores scripti apud me. nec audiendus Giphanius, & qui illum sequuntur, dum *adfigens* reponunt ex deterioris notæ membranis.

v. 78. *Et nummos fieri*] ita nostri codices, non *ferere*, excepto altero Rottendorphio: mox *ritusque ferinos* probe Thuanus. quod Giphanius ad Lucretium in *ritusque* perperam immutavit. libro I I. v. 294. *iterumque ferinos in mores redeant.* deinde *diarationis* vetustiores, & *Dedere animum.* probe. nec audimus eundem Giphanium reponentem, *diva & Degere animum.*

(v. 89. *Thessalica magia*] *Thessalia magic* Thuanus. sic *Arcadius* pro *Arcadicus*, & talia complura. apud Claudianum in vetustis codicibus, *Parthia tigris*. infra v. 188. ex membranis, *Bacchia orgia* pro *Bacchicis*.

v. 102. *formatus & aeneus adstat*] *foratus* in Oxonio. ut fortasse scribendum sit *tornatus*: atque ita *aeneus* & *ligneus* sive *saxens* conjungantur. *tornari* enim non ligna tantum, sed saxa quoque dicebantur. Plinius Nat. Hist. libro XXXVI. cap. XXI. *Lapis est qui cavatur tornaturque in vasa cibus coquendis utilia.* apud Lucretium libro IV, cum turres procul quadratas videri dixisset, subjungitur, *Fis quoque, ut ad tornum saxorum structa tuamur.* quæ mox ibidem *rotunda* dicuntur. nisi mavis cum Lambino, *tornata saxorum structa*. *Tornatores* & *simulacrorum sculptores* Firmicus conjunxit libro IV. Mathem. cap. VII. *πρόβυς* pro statua in Anthologia Græca occurrit.

v. 104. *quondam fuit agri*] *quidam* ex scriptis. & mox *Rusticulas lupas*, non *Rusticolas*, aut *Ruricolas*. quod postremum Barthio arridebat, obnitente merito ad Apulei Apologiam Pricæo.

v. 109. *Indomitum intendens animum* ^{animo} *semperque paratum Ad facinus*] ita scripti constanter. opinabar tamen, *Indomito animo semperque parato*. de quo loquendi modo egimus copiose ad Valerium Flaccum. Gronovius conjiciebat *Indomitum intendens nervum*. ut *ramum* mox partem obicænam vocat noster.

v. 117. *& in transtris jactata efferbuit Argo*] videtur scribendum *jactata efferbuit Argus*. in Thuanæo, *jactata serbuit Argo*. alii aliter. mox *Nemæa sub pelle*, non *Nemæa pelle* vetustiores probe. nec aliter Giphanius. de quo nos ad Maronem pluribus *Aeneidos* VIII. v. 295. ubi pari modo castigati.

gatissimæ membranæ, *vasum Nemeâ sub ruse Leonem.* apud Græcos enim, Νέμεος æque ac Νεμεαῖος adjectiue ponitur. Νεμειος χλαῖνα hæc pellis dicitur in gemino epigrammate Anthologiæ de Hercule. *sub pelle foveri* in Oxonio.

v. 127. *multoque Falerno*] multo jam proxime præcedebat, *multo se proluit haustu.* probe igitur Egmondanus cum Cauchiano, *mustoque Falerno.*

v. 143. *pretium noctis persolvit honore*] opinor honora. pro honoratæ noctis pretio. Gronovius per epexegefin, *hunc pretium noctis persolvit honorem Liber.* quales nos loquendi modos Nasoni ex vetustis membranis non semel restitutum ivimus. mox, *illo sed tempore Reges Thuaneus.*

v. 151. *parvoque sacello Impertitus honos*] *parvusque* pro diversa lectione in priore Rottendorphio. quod & ipsum in nonnullis suorum Weitzius invenerat. Forte, *parilisque honos.*

v. 159. *pignere, partus*] *pignera, raptus* Gronovius idem noster, & mox *defensa jugalis.* *pignera raptus* sic conjungi possunt, ut *raptus* sit secundi casus.

v. 166. *Perstringam breviter*] *prastringam* notum. uti ex suis etiam Weitzius edendum curavit. Prudentiano more. iidem *Cytherean.* & mox *Succumbit,* non *Succubuit.* quod & ipsum ex Weitzianis nonnulli adstruunt.

v. 169. *decur mortalis inire Conjugium*] ita Gifelinus. *mortalis obire* duo Rottendorphiani, cum Weitzianis nonnullis. & placet. nam vulgatum illud, *mortale subire,* quod etiam in Thuaneo atque aliis nonnullis membranis exhibetur, prorsus inconcinnum. quid enim opus *τὸ mortale* subjuncto, cum *terrestre* jam præcesserit? quod plane idem est. atque ita bis eadem dixerit.

v. 185. *Cognatos de Marte Deos*] *Cognatos det Spartæ*

Sparta deos castigabat Barthius curis secundis ad Claudianum p. 390. nolim factum. De Marte gentis Romanæ auctore egit. Marti cognatos deos subiungit, ob eundem Romæ cultos. mox pro *Bacchica* alter Rottendorphius *Bacchia*. de quo nos ad Nasonem. sic & infra v. 629. idem codex *Bacchia Nisi*.

v. 190. *quot in urbe sepulchra*] in orbe vere omnino scripti Weitziani, & ex nostris Thuaneus cum altero Rottendorphio.

v. 196. *antiquum servavit terror asylum*] ita nostri. nisi quod in Oxonio *antiquam asylum*. non capio. in aliis nonnullis *terra asseravit*. putabam aliquando, *reseravit terror*. Gronovio placebat, *sacrauit terror*.

v. 210. *caca de rupe poposcit*] *casu de rupe* opinor. etsi video, quomodo vulgatum defendi possit.

v. 223. *quacumque fiant auctore senatu*] sic unus ex Rottendorphianis. nec ausum damnare. quamquam in Thuaneo *quacumque senatu auctore probentur*. quo & reliqui tam nostri quam Weitziani alludunt. nisi quod Widmannius ad oram, *quacumque fiant*. quod & Colerus in scripto invenerat. uti & infra v. 506. Adi, si tanti est, annotata nostra ad hymnum VI. *αὐτὴν σεπάρων*. v. 83. & quæ Gifelinus dedit ibidem. *quacumque cluant ex scriptis* Cauchius. quomodo ille passim reponendum contendit, ubi *fiant* priore correpta occurrit. sic extremo libro, ubi habes, *Ornamenta cluant patrie*, testatur in membranisse reperisse, *fiant*.

v. 227. *Arcadiæ fulvo are riget*] *hospes Arcadiæ*, pro Arcadis hospite, per quem Evander designatur. sed durus ille omnino atque insolens loquendi modus. quare Gronovio castigandum videbatur *Arcadii*. Opinabar ego, *hospes Arcadiæ è fulvo are riget*.

v. 230. *Inpendent retinentque veru*] sic unus ex Rottendorphiis. alter ejusdem *Dependent retinente solo*. sed *retinente veru* Thuanus & Oxonius. quod verum est, *veru Sabellum* Maroni inter instrumenta bellica.

v. 233. *Dux Italus*] *Tros Italus* a Giselino editum: haud dubie ex codicibus vetustis. nec aliter Egmondanus & Cauchianus. in Oxonio nostro *Dros Italus*. distinguendum, *Tros, Italus, Tros Æneam* designat. Notum illud Sibyllæ Maronianæ, *Tros, ait, Ænea, cessas?*

v. 236. *sua cuique vetusta*] *sua cuique sordens* duo ex Weitzianis, ex nostris Oxonius. probe, ut opinor. adi annotata ad Hamartigeniam v. 105. reliqui codices scripti cum vulgatis faciunt.

v. 246. *mensē atque adytis*] *mensa* in nonnullis, probante Cauchio. quod *mensæ* in sacris pro aris fuerint apud antiquos. *mensæ* tamen in vetustioribus.

v. 256. *fulorum geniale Paratur*] *fulcrum & geniale* Thuan. & Weitziani complures. in Oxonio *fulcrum & geniale parantur*. nil multo. libro II. *genialia fulcra habes.* & 1083. *fulcra jugata.*

v. 262. *Idque Deum sortes & Appollinis antra dederunt*] Giphanius ad Lucretium, pessimo exemplo, nil legem metricam moratus, *Utque Deum sortes sic Apollinus antra.* Vetustiores libri nihil hoc loco mutandum præscribunt, nisi quod in Thuanæo, *id Apollinis antra.* nec aliter Rottendorphius prior, & Weitziani nonnulli.

v. 267. *quis enim sapiens dubitaverat*] *dubitaverit* Cauchianus & bini Rottendorphii. mox Oleno Cauchianus & Weitziani nonnulli *forma enituisse decore.*

v. 281. *Et virtus fragilis*] *fragiles* Thuanus. malim

lin mox, *Adscitâ terru sub religione jacentes. nam jacentes est in scriptis.*

v. 289. *Ron. norumque triumphis] triumphos membranæ.*

v. 297. *quicquid humus, pelagus, calum mirabile gignit] quicquid humus, quicquid pelagus mirabile gignunt in scriptis potioribus. quod omnino admittendum. deinde iidem Id duxere Deos. prior Rottendorphius Id dixere Deos. alter cum Oxonio & Weitzianis nonnullis, Induxere Deos. Forte Induxere Deo vel Deis.*

v. 306. *delubra Deus] opinor deus & nomine & ere Assimulatus. & sic editiones nonnullæ. aliter tamen in membranis.*

v. 310. *percurrit in illa] malim procurrit. sed aliter codices vetusti. mox terram breviorẽ Thuan. in aliis fere breviorẽ. deinde Numne etiam cælo minor, non cæli Cauchianus.*

v. 345. *& capitis radios] & radios capitis scripti uno consensu, nec a Giselinõ debuit immutari.*

v. 350. *Cernuaque ora senex] Cernuat ex scriptis quod & alii jam monuerunt. mox enipedum equorum vetustiores. nec audiendus Cauchius, qui enipedum malebat.*

v. 362. *Superis immittere] super his in Oxonio. ut boves æstratos, quos Columella vocat, designet. paullo ante bigas boves, non bijugas constanter scripti. mox tolle ex auctoritate optimorum codicum illud, Cum rapitur Furia est, & torvi Plutonis uxor. etsi secundam in Plutonis & alibi corripit.*

v. 388. *crimine sacro] munere pro diversa scriptura prior Rottendorphius, ut ad munera arenæ alludat. nec aliter Cauchianus. mox idem Rottendorphii codex, Obscuro Averno. paullo ante perperam Lipsius sanguine parta obnitentibus scriptis. apud Claudianum, ut sanguine pasci Turpe se-*

rumque putes. hoc est voluptatem capere ex sanguine profuso. nihil frequentius apud optimos scriptores occurrit. apud nostrum ex scriptis Hamartig. v. 622. pasti funere nati.

v. 391. *Nonne pudet Regem populo sceptrisque potentem*] Hæc sub Principibus Christianis scribebantur. quid opus igitur in Regem inveni? tollit scrupulum omnem optimus Thuaneus, in quo *Regem populum.* eleganter & vere. per populum Regem Romanos innuit, manifestâ imitatione Maroniani illius,

*Hinc populum late Regem belloque superbum
Venturum excidio Libya.*

v. 393. *munera solvat*] donet in codice Cauchiano.

v. 407. *Dic quibus hunc scribis*] *inscribis* nonnulli.

v. 438. *Texerit*] *Texerat* in nostris.

v. 474. *dura inter vincla luebat*] *vincula flebat* Thuaneus. Salmasius locum interpolatum esse adscripserat. tò raptâ referendum ad *federa pactæ.* nam *pactam* pro sponsâ aut nova nuptâ posuit. ut passim

v. 478. *Plena puellarum patrumque*] *puellarum patribus* scripti. nec dubitandum, quin bene. deinde, *confessa nimis suspiria traxit*, membranzæ potiores. Weitzius cum Widmanniano & Coleri Codice, *convexa animis.* alii *connexa animis.* Opinor *confessa animos suspiria.* Simile mendum mirâ pertinaciâ Lucani codices tam scriptos quam editos infedit libro VIII, de Corneliâ,

*Quod submissa nimis, nulli gravis hospita turba,
Stantus adhuc fati vixit, quasi conjuge victo.*

um a Lucani manu fuerit hand dubie *submissa animis.* tale illud Statianæ Achilleidos :

Cedamus; paullumque animos submitte viriles.

v. 482. *Vim libertati nimia, patriumque dolorem*] *creat* hic versus à Palatino Weitzii, Egmondano, Boherio v. terrimo, & priore Rottendorphio. Thuaneus etiam à manu prima non agnoscebat. mox *Mulvius* ex potioribus scriptis. *Pons Mulvius*, non *Molvius*, aut *Milvius*.

v. 499. *Prodigia & larvas solito tibi fingere cultu*] Non est audiendus Weitzius, qui hæc sollicitavit. in Thuaneo tamen, *esse Deos olido tibi fingere cultu.* ut Apotheosi ex scriptis v. 197. *olida acerra.* In aliis quibusdam *stolido cultu.* infra larvas etiam habemus,

Et quascumque solent Capitolia claudere larvas.

Videndus ad Paulinum de vita B. Martini Juretus.

v. 505. *Hæc pulcherrima nostræ ornamenta cluant patriæ*] primo hæc scribendum ex Thuaneo. ad statuas refer. *cluant* in duobus Weitzianis. & placet. Colerus ex suo *fuant.* quomodo & Egmondanus disertim addito interpretamento, *fuant id est erunt.* nec aliter Aldinus codex. Thuaneus, & Cauchianus ex nostris *stant.* Oxonius *fugant.* prior Rottendorphius *stant.* Initio *Psychomachix*, ad Christum, *qui patriam virtute cluit.* Infra libro II,

— *quæ gloria fortibus aucta*

Sic cluat.

& supra v. 223. *quacumque cluant auctore senatu,* etsi variant illic codices. Frequentissimum id verbum passim occurrit apud poetas Christianos.

v. 511. *Christumque vocantem*] *vocante* Thuaneus cum Weitzianis plerisque, etiam cum Egmondano & Boherio.

v. 522. *veniaque petenda*] *petenda* Egmondianus.

v. 524. *Monstrata piacula querit*] *solvit* ex Egmondano Weitzius. quod & editiones nonnullas occupavit. sed in Egmondano nil tale à me inventum. Giselinus ex suis id expressit.

v. 537. *Qui conjuratus*] *Quam* in Egmondano à secunda manu.

v. 543. *Denique nec metas statuit*] ita scripti. Opinor nihilominus,

Denique nec metas statui, nec tempora poni.
docet nimirum, quod sequitur.

v. 548. *Candidiore toga*] *Candidiora toga* alter Rottendorphius. haud ineleganter sane, si quid video.

v. 559. *inclinare securim*] *securem* scripti Prudentiano more. mox *plebicolas* Graccos in *poplicolas* non ausim mutare, quod à Weitzio factum me non approbante. nam quod ille auctoritatem codicis Egmondani prætendit, is profecto *plebicolas* tuetur.

v. 573. *juncta est quoties*] alter Rottendorphius omittebat verbum substantivum. & hoc Prudentio sollemne.

v. 581. *despuit aram*] *despuat* potiores scripti. nisi quod in Thuaneo & Egmondio, *dispuat* pro *despuat*. ut fere semper in veterissimis exemplaribus. adi annotata Apotheosi v. 1078. deinde fateor à me non capi illa, *qui celsa scandit canacula vulgus*. Metuo certè ne rò *vulgus* ex glossèmate huc irreperit. *vulgus* quippe manifeste latis designatur circumscriptionem. Fors fuerit à manti Prudentii,

Omni qui celsa scandit canacula scalis. vel,

Omni qui scandit canacula celsa domorum.

Viderint, qui acumine & otio magis abundant.

v. 587. *Laterani accurrit ad ades*] *Lateranas* currit Thuaneus & ex Weitzianis nonnulli. probe.

v. 594. *Non aperit sub luce oculos*] *sublime oculos* Oxonius. sic *sublime vultum dare*, & mille talia. de quibus nos copiose ad epistolam Heroïdum Nasonianarum nonam v. 129. infra libro I I. *hominem sublime tuentem*.

v. 602. *Et quodcumque fovet*] *fovent* Thuaneus,
Egmon-

Egmondus, & Oxonius. etiam ex Weitzianis potiores, pauci nimirum. & tum tollenda distinctio post *τὸ voluntas*.

v. 627. *Solus qui restituendos*] *Solis* Egmondus. sed cum de Phœbo mox subsequatur, vix acquiesco isti scripturæ.

v. 632. *Mimicæ & ridenda suis*] *Mimica ridendaque suis* codices scripti apud me. quidni amplectamur? etsi Egmondanus liber & Wouwerius apud Weitzium in contraria eunt. paullo ante alter Rottendorphius *Bacchia Nisi. non Bacchica.* dictum supra v. 188.

v. 640. *quam si rastris*] *quam cum rastris* quatuor vetustiores apud me libri, & Aldus. vulgatum nihilominus confirmant sequentia, & liber Egmondanus.

v. 657. *jactu pereunte sagittas*] ita scripti: ne quis forte Lipsianum *sarissus* amplectatur.

NICOLAI HEINSII
 IN LIBRUM II.
 CONTRA SYMMACHUM
 NOTÆ.

In Prefationem libri secundi.

V. 4. *avulserat ancoram*] *vulserat* codices nostri.
 v. 26. *Cujus cunctipotentia est*] *omnipotentia* scripti apud me. mox v. 38. *Quod sit non stabili fide* in iisdem & Cauchiano, nisi quod in Egmondano *Quid sit* addito interpretamento, id est, *cur*. *Quid* etiam Palatinus apud Weitzium. id quod elegans omnino & Prudentianum. mox itidem alter Rotendorphius cum Oxonio & Bongarsiano Weitzii, v. 48. *Fidentem & merito & fide*.

NOTÆ IN LIBRUM II.

v. 9. *exempla domi congesta tenentes*] *calentes* Oxonijs. Cauchianus, & à manu prima Thuancus. ipsum in præstantioribus suis videtur reperisse Weitzius. & sapit revera genium Prudentianum calquendi ratio; cum amet noster mirificum in modum verba cum quarto casu conjuncta. sic *astuare*, de quo Cathem. hymno VII, 156. *sudare*, de quo hymno II, v. 68. *vivere*, de quo hymn. Peristeph. XIII, v. 32. *anhelare*, de quo ad Apotheos. v. 574. *arietare* Hamartigen. *quem non arato machina rostro Arietat insiliens*. *currere* de quo Peristeph. hymno XII. v. 53. *stere* passione Romani, de sanguine, *Quem plaga sterat roscidis liquoribus*. *suspirare* Cathem. II. *Mercator hinc ac rusticus*. *Avara suspirant lucra. servere ambitum*, de quo Peristeph.

ristephan. hymno I I, 249. *credere*, de quo ad Apotheos. v. 574. *sistere passim* in Prudentio. quale illud Hamartigenæ, *sistit maritum femina. spirare* Cathem. X I. *Hic ille natalis dies, quo te creator arduus spiravit, & limo indidit. alibi, pluere, prurire, ludere, mendicare, glorificare, resultare, ruere. spumare, sufflare, susurrare, sapere, tumere, triumphare, strepere, cogitare, & mille talia apud nostrum. nam ardere frequentissimum occurrit. atque ita infra v. 532 opiuor scribendum,*

Stirpis Iuleæ ductorem exercitus ardens

Prævaluit, Boreæ quem miserat ægidus axis.

nam in scriptis compluribus *ductor*, non *ductore*. Et hæc quidem nunc suffecerint. *Eductos* in *edoctos* Weitzius mutasse non debuit obnitentibus membranis nostris. paullo ante maluerim etiam, si per libros detur, *Armorum dominos, vernantis flore iuventa Inter castra Patris genitos.*

v. 25. *violentia, cura*] ita codices. *vigilantia cura* nihilominus videtur castigandum.

v. 31. *diffusus viribus optas*] *aptas* codices nostri præter alterum Rottendorphium, in quibus Cauchianus quoque & ex Weitzianis nonnulli *no* abnuo.

v. 35. *sui dextera cuique est*] *sua dextera forti est* Egmondanus. sed superiora evincunt, hoc ipsum de fortibus esse capiendum. Palatinus & Thua-neus, *sua cuique dextera est. vere. ut jam diximus Hamartig. v. 105. nec aliter Salmasius. qui locum mox subsequiturum adscripserat, uti in membranis legitur, suus est mos cuique genti. post ad simulatis componere monstris à Weitzio adversus auctoritatem optimorum codicum haud invertendum fuit. tum strophioque recincta* codices nostri. sed *revincta* Cauchiano & Weitzianis plerisque. quod præstat. nam aliud quid designat *recingi. stat & pro nobis*

Canchius, auctoritate fretus veterum nummorum, in quibus Victoria strophio *revincta* exprimitur.

v. 45. *in inania rerum*] *sic inania rerum*, obnitate lege metricâ Oxonius cum Thuaneo, Egmondano, & Aldo, quod & ex suorum nonnullis mordicus arripuit Weitzius, præeunte præsertim ad audendum Giphanio in Lucretium. nobis tam confidentibus vix licet esse. nam alter Rottendorphius disertim, *sic cassa figuris*. quod duos tresve Weitziolos etiam infedit, & editiones nonnullas ex vetustioribus. nec amovendum fuit. sic paullo post, *Res incorporeas simulatis fingere membris*. *res incorporeæ*, sunt, *cassa figuris somnia*, quæ dicit, mox denuo turbavit Weitzius, dum reponit, *cognatumque volunt figmenta Camena Idola convaluit*. corruptus etiam erat Thuaneus, & Boherius vetustior, in quibus *cognatumque volunt pigmenta Camena Idola convaluit*. & perperam illic ab interpolatore repositum, *cognatumque vocant*. quod Egmondanus in contextu quoque perperam exhibebat. de *pigmentis* diximus ad Hamartigen. v. 273. ceterum p. Oxonius, alter Rottendorphius, & nonnulli. *cognatumque malum pigmenta*. est enim epexegetis. sed scribendum præterea,

———— *cognatumque malum, pigmenta, Camenas, Idola convaluit fallendi trina potestas.*

De tribus inposituris hoc loco agit Prudentius, de pictura, poësi, & superstitione. nihil certius hac conjectura. Giphanius indice ad Lucretium voce *fac* parum hic intellexit. *trina potestas* ex scriptis apud me potioribus præbuit omnino est. non *docta potestas*. quod hætenus circumferebatur. nisi quod Oxonius utramque scripturam agnoscit.

v. 50. *fabula præstat*] *præstat* libri. quod requirunt sequentia mox perperam editi, *cum pulcher sese castraverit Alys*. *revoca* ex membranis apud me

me fere omnibus, certe potioribus, cum pulchrum pœsis castraverit *Attin.* eleganter profecto, & ex mente Prudentii, tamquam *Attis* à poëtis sit castratus, quem poëtæ fuisse castratum sint ementiti. nec quem offendat secunda syllaba in pœsi correpta, cum idem sibi in *mathesi* permiserit Prudentius non semel. *Atys* & *Attus* differunt. in altero nomine corripitur prior syllaba, in altero producitur. mox etiam vere codices vetusti, cum *Musa pudicum Raptarit juvenem*, non *Phædra*. de *Musa* jam vidit Gronovius, quem suadeo adeandum *Diatribæ Statianæ*. mox post *to obducere* transferenda est distinctio.

v. 60. *magnusque eadem Dea vultur*] opinabar *magicusque vultur*. nam id vocabulum sæpe in *to magnus* degenerare ob cognationem litterarum ad *Nasonem* compluribus exemplis jam pervici. quamquam vel sic versus hic cum proxime precedenti suspectus est.

v. 64. *facta ornamenta Deorum*] vetera malebat *Cauchius*. obluſtantur membranæ omnes. Respexit haud dubie *Juvenalis* illa *Cauchius*, *Phædræ* *stianorum vetera ornamenta Deorum*. in veteres *to* initio libri hujus & aliis compluribus locis apud nostrum.

v. 68. *prosequitur*] *persequitur* *Thuaneus*. & mox *morem veterem*. ut infra v. 272. & sic erasa verus scriptura in *Egmondano* jam olim videbatur exhibuisse. confirmat etiam *Boherius antiquior*.

v. 72. *Sic urbibus adfert Hora diesque suum*] *suis* *Weitziani* plerique, & nostri omnes, *Thuaneo* excepto, in quo *suis*. quod *inhercules* amplectendum videtur.

v. 86. *communis aura*] *communi aurâ* omnino scribendum, quicquid obnituntur membranæ. ad præcedens proxime *vegetamur* referendum.

v. 89. *proprius genti cuique est mos*] Hæc sæde sunt interpolata. scripti apud me fermè omnes, *suis est mos cuique genti.* recte. ut supra in notitum v. 35. Egmondanus tamen cum Gisellino vulgatum expresserunt.

v. 101. *visito fragilem lassescere visu*] *visum* Oxonijs cum Aldo. deinde *sub tempore parvo*, non, *pe-ctore* Thuaneus. & placebat Salmasio. pro parvo tempore. *to* *sub* redundat. sic & alibi noster. Alci-mus Avitus libro primo,

— *teneris radicibus arbor*

Duravit vastos parvo sub tempore ramos.
apud eundem, *uno sub tempore* libro I I. apud Dra-contium in Hexamero,

Ostentat sub vere novo, sub tempore primo.
noster supra libro I,

Quantum precipuus nostro sub tempore Princeps.
& infra v. 337.

Jam tunc diluvii sub tempore.

v. 109. *ipso de munere pendat*] *pensa* prior Rot-tendorphius. auctorem etiam cum Giphanio præ-stantiores libri, non auctores.

v. 114. *propria est opulencia*] *proprium est* in alte-rius Rottendorphio. tum quod non desinat unquam ex potioribus scriptis.

v. 118. *summoque indignus honore*] & *summo* cum iisdem.

v. 125. *Nam quantum subiecta polo*] *subiecta* sicut Aldus & scripti nostri excepto altero Rottendor-phio.

v. 132. *Cuncta quidem*] *equidem* & continet ipsa præstantiores libri.

v. 140. *Et species tenues*] *Et specie tenui* Thuan. Esmond. & Aldus cum Boherio & Rottendor-phio prioribus. quod & ex suis secutus est Weitzius. paullo ante in Thuaneo *inaniter usus, non ardens.*

v. 143. *Robur enervatum gereret sine laude pala-*
stra] sic alter Rottendorphius. prior omittit hunc
 verbum. uterque cum Oxonio præterea, priore Bo-
 herio, Egmondo, Aldo,

Enervare sumum corrupta per otia robur

Possit, & in nullo luctamine pigra jaceret.

Thuaneus pro vulgata stat scriptura. idem de Eg-
 mondano veterrimo testatur Weitzius. sed imme-
 rito. Thuaneus *inervans*. ut & Hymno Catheme-
 riuon octavo v. 64. ubi pari profus modo prima
 syllaba in *enervare* corripitur.

v. 149. *Luctandum]* Nitendum Oxonius, Eg-
 mond. & Aldus.

v. 159 *Spemque suam in me omnem statuam]* *Spem-*
que in me omnem statuam scripti eum Aldo. fami-
 liaris Prudentio hiatus. alter tamen Rottendor-
 phius,

Spemque in me statuam omnem.

mox pro *mea dona manebunt*, iidem ad unum o-
 mnes, *mea dona trahenda*, eum Cauchii schedis.
 etiam probe. alii aliter. sed perperam.

v. 169. *superesse meum]* *mei à manu secunda*
 Thuaneus. mox idem, *aut quo jam meriti*

v. 183. *Per mortem monumenta operum]* *monimenta*
 rursus Thuaneus. & prior Boherius. nec aliter Al-
 dus eum Egmondano & Palatino scripsit apud
 Weitzius. deinde *occidet plerique vereres*.

v. 190. *spirituum sator unus]* *spirituus* in Thua-
 neo. quod est *spiritibus*.

v. 203. *Nil vos]* *Ad vos* Egmondus apud me
 cum Palatino Weitzi. Opinor, *At vos fallant*. mox
arentia quæque, non *siccissima quæque* nostri codices
 constanter.

v. 224. *Gignere amat subolem]* ita nostri. Wei-
 tzius *Gignere* habet. mox, *Unus ego elementa rego*,
 scripti apud me & Weitzius. quæ variis modis

editores interpolant. Cauchius, *Unus ego hac. Nihil frequentius apud nostrum hac licentia.*

v. 229. *nec morte solubilis atas*] *& non resolubilis atas*, scripti apud me excepto altero Rottendorphio. nec aliter Weitziani præstantiores.

v. 234. *quæ natura creatis*] *quam natura Oxonius.*

v. 247. *maculosaque Synna*] omnino *Synna* scribendum. & sic cum Cauchio pro diversa scriptura Thuaneus. Aldus hic mera mapalia facit, aduersus auctoritatem veterum librorum.

v. 261. *totis conversum viribus in me*] *totis sensibus nostri codices cum Aldo.*

v. 263. *sed despexit humum*] *despexit Egmondanus cum Oxonio & Weitzii Palatino. de quo nos ad Maronem.*

v. 273. *& dici id patitur*] *tè id à Thuaneo abest. & recte.*

v. 299. *Sic tradunt habitasse Remum*] *habuisse prior Rottendorphius. habere pro habitare. mox vel Tuscus habebant Thuaneus & apud me ac Weitzium meliores reliqui, etiam Aldus. deinde prior Rottendorphius Roma sibi antiqua. opinor, Roma sibi antiqua non constat versa per ævum.*

v. 322. *Ultima consiliis melior*] *consilii melior in priore Rottendorphio. eleganter. quomodo Silius Italicus frequenter. mox potiores scripti per dissona tempora duxit, non fluxit. ævum videlicet. tum paullo post Thuaneus, cum utroque Boherio, & etiam alii complures ex Weitzianis,*

— *sic hebes inter*

Primitias, mersumque solo, ceu quadrupes, egit. ceteris resectis, quæ omnino sunt superflua. uterque Rottendorphius & Oxonius, — sic hebes inter

Primitias, mersumque solo titubavit, & instar Quadrupedis pueri lactantia viscera traxit.

etiam

etiam Egmondanus pari modo. ne quem forte Weitzius hic fallat. nos vetustiores libros tutius festabimur.

v. 334. *Quamquam si tantum studium est]* si tantus amor scripti excepto Boherio principe, Egmondo, ac priore Rottendorphio. deinde, ut à prisco placeat Thuaneus. aliud sensus postular.

v. 347. *ex claris]* & claris potiores scripti.

v. 365. *aternumque inimicam venit in urbem]* externumque cum scriptis. prior tamen Rottendorphius, cum Cauchiano, externumque migrans devenit in orbem. puto, externamque migrans devenit in urbem. quamquam & alterum potest non incommode ferri. cum urbem denuo paullo post habeamus. possis & emigrans venit. Certe in Egmondano, *Exultat externumque micam venit in urbem.*

in quo veræ scripturæ manifesta apparent vestigia.

v. 375. *Et quid possit]* Tolle tò & cum scriptis. deinde ex iisdem, *Et ulla sit species.*

v. 385. *Membrorum genio]* Murosum Thuan. & alter Rottendorphius ex nostris cum Cauchiano & utroque Boherio. quod genuinum Prudentii nostri.

v. 391. *quem rerum summa sequatur]* in Thuaneco, *que rerum summa sequantur.* & emendatum, *quem sequatur.*

v. 397. *repentinam figuram]* repentinâ de nube Thuan. prior Boherianus, & alter Rottendorphius. repentini Egmondanus. deinde *penetralia servat* potiores. & *lituo ciet* cum Cauchiano prior Rottendorphius. Oxonius & Egmondanus *lituos.*

v. 406. *de relligione colenda]* ita nostri. mox iidem, *suspectat libera calum,* non *prospectat.*

v. 414. *Et qua regnandi]* aufer tò & ex auctoritate codicum scriptorum.

v. 421. *Consule nobilitas vignet]* Egmondanus;

Oxonius, & Rottendorphius prior rejiciunt hunc
versum post illa, *Publica res. & Consulibus.*

v. 429. *deprendere]* *reprendere* prior Rottendorph.

v. 463. *Ad facinus cogunt]* *Cogunt ad facinus*
ex scriptis.

v. 466. *gladiumque retundite vestrum]* malim *re-*
condite. etsi membranæ obluentur.

v. 473. *sed sit reus ipse suopte Arbitrio]* *suopte in-*
genio Thuan. cum utroque Boheriano. Oxonius,
suapte arbitrio. & sic etiam Egmondanus à secunda
manu: veteri scriptura proliis erasa. Aldus quo-
que id ipsum est secutus. *suapte ingenio* prior Rot-
tendorphius. alter, *suopte ingenium.* Weitzius ex
nonnullis suorum, *per amplum ingenium.* nec aliter
in Cauchiano. Nimirum scribi oportet,

— *sed sit reus ipse suopte.*

Ingenitum placitumque nefas & facta rependit

In pia supplicii. — *suapte*, suâ sponte. *Ingeni-*
tum nefas, refer ad peccatum originale. Hamarsig.

v. 265. *contenta decore ingenito.* Apotheosi apposite,

Et tenet ingenitas animarum infantia in ortu

Primi hominis maculas.

potest tamen tueri tò *suopte ingenio.* sic *ingenium*
pro *ingenita* animi vi, aut pro natura ponit A-
puleius nonnumquam. ut libello de Mundo,
Sola Philosophia suum non despexit ingenium. ubi vi-
dendus Vulcanius, qui ex Græcis illustrat scripto-
ribus.

v. 476. *omniparentem Esse Deum]* *Nosse Deum*
Thuan. duo Boher. Egmond. & Oxonius cum Al-
do ac duobus Weitzianis. in priore Rottendor-
phio, *Posse.* alter pro vulgata stat. deinde *fatalibus*
astris nostri omnes.

v. 482. *Figere propositam]* *Fingere* Thuan. & uter-
que Rottendorphius, cum Weitzianis nonnullis.
sed figere verbum mathematicum.

v. 500. *Perfidiane Deum indigenum*] *Indigetum*
 vel sine auctoritate codicum præstabit, etiam Cau-
 chio sic censetur.

v. 504. *qua transfugio*] qui ex scriptis. nec aliter
 Giphanius.

v. 509. *Immo ita id est*] Tolle *to id*, & hiatus
 relinque, auctoribus optimis membranis. jam
 millies id monitum.

v. 512. *Nata procinctus*] *Late procinctus* alter Rot-
 tendorphius. *Nata ad procinctus* in Thuano, utro-
 que Boherio, Egmondo, Aldo; & Oxonio. in prio-
 re Rottendorphio & Cauchiano, *Nata ad procin-*
ctum. quod concinnius. ne *to procinctus* ad inertes
 referatur.

v. 516. *Nunc mastigophoris*] De Laconibus sermo
 est. Eustathius in Homerum Iliad. B. *μαστιγες Λα-
 κωνικη* & *σιδνειον Λακωνικον*. at in altero Rotten-
 dorphio & duobus Weitzianis *marrucophoris*. hoc
 est *mastrucophoris*. quod alii in suis exemplaribus
 invenerunt, & in margine unius Weitziani pro di-
 versa occurrebat scriptura. ut per *mastrucas* cæstus
 innuat. vide Turnebum in Adversariis. infra no-
 ster diversa significatione tamen,

— *mastrucis* proceres vestire togatos.

v. 521. *Congressum excipiens*] *Congressus* membra-
 na veteres constanter prorsus.

v. 526. *Difficilisque operis*] *Difficilis operis* scripti.

v. 529. *Instar erant tenuis cumba*] *Institerant te-
 nues cumba fragilesque* Egmond. Oxonius & prior
 Rottendorphius ex nostris, ex Weitzianis totidem.
 quod verum est: per ironiam cum liburnis Roma-
 nis cumbas & sascelos Ægyptias componit.

v. 532. *ductore exercitus ardens*] *ductor* in codi-
 cibus nonnullis. Fortasse *ductorem ardens*. uti in
 libri hujus jam monitum. vide notas Hamartigen.

v. 162. proximo versu adfirmat Cauchius repertum

sibi in veteribus libris, *gelido quem miserat Arctos ab axe.* & de Maximo tyranno capit, qui ex occidente adversus Theodosium Orienti præpositam expeditionem infeliciter suscepit. Bongarsianus Weitzii, *gelidum quem miserat algidus axis.* codices nostri pro vulgata stant scriptura, nisi quod in altero Rottendorphio, *Borea quem miserat algidus axis.* quod sequor. nam de Algido monte nugæ sunt. *gelido quam miserat Alcidus axe Aldus:* mox *Venere auxilio,* non *Vexere auxilium,* nostri constanter.

v. 544. *caesis custodibus ultro]* *custodibus arcis* nostri excepto altero Rottendorphio, Boherioque. etiam Aldus & Palatinus Weitzii cum Cauchiano. ex Marone, *caesis summis custodibus arcis.* deinde *ubi humentis* Thuaneus cum reliquis vetustioribus. & *ductor Macetum* iidem cum Oxonio & priore Rottendorphio. probe omnia. de *Amyclis* quod subiungit, non satis capio. pro quo *ab Indis* Weitziani duo & Cauchianus. nihilo melius, si quid video. putabam tamen hinc aliquando *victus Aphidnis,* quæ Lacedæmonia ditionis. agit enim de bello, quod Alexander Magnus cum Lacedæmoniis gessit. & sic *Amyclis* quoque hic sit suus locus.

v. 551. *summa miramur in arce]* *summo in arcu* nostri cum Aldo præter alterum Rottendorphium. quod & editiones nonnullas infedit, ut arcus triumphales designet. alterum de Capitolio intelligendum.

v. 562. *Laurentina subegit]* rectius in Egmondano *Larentina.* uti ad Fastos Nasonis diximus. deinde reponantur *dextra omnia* cum melioribus scriptis.

v. 576. *gens Persica limbum]* sic vetustiores. Cauchius de Veneris castro capiebat: cuius membranæ *libum.*

v. 583. *quis gloria fortibus aucta]* imo *fortibus* quod

quod Widmannianus Weitzii & ex nostris alter Rottendorphius cum duobus Boherianis exhibebant.

v. 597. *continet occiduali*] vel *distinet* in Oxonio. & sic Thuaneus cum priore Boherio. ita ino*x* *di-*
visa ponto litora. sed paullo post habes, *Unus & O-*
ceanus, nostrum qui continet orbem.

v. 606. *Ganges alit*] *Gangis* scribendum Prudentiano more. quod & Salinasius vidit. deinde *repidi*
estia Nili probe in scriptis. & ino*x*, *lare conciliemur*
avito. conciliamur Egmondanus. In verbis Symmachi alter Rottendorphius, *reveremini canos meos*, pro quo vulgati *annos meos.*

v. 653. *leta profatur*] *profetur* in Cauchiano.

v. 675. *diffundere mortes*] *defundere* in Thuaneo & Weitzianis nonnullis.

v. 688. *Cum super excelsa*] *e celsa* scripti.

v. 704. *præfractaque congregientum*] *perfractaque* ex iisdem. & deinde *prima hasta dracones*, tum *sublimior* effert.

v. 724. *lauri-præcingere*] *lauri* Thuaneus. ino*x* idem cum reliquis præstantioribus & Aldo, *aure renus*, non *Alpe tenuis*. tum *spoliis recep*... *scripti.* & *date, vincula demam.* quod Maronianum est. *Donec, vulnera lymphis Abluam.* monuit jam ad Lucretium Giphanius. noster Apotheosi,

Promite secretos fatus, date pandite librum,
Evomuit, spirante Deo, quem sanctus Eseiias.

v. 733. *matrum juvenumque caterva*] *caterva* in Egmondano à manu priore.

v. 742. *congressum comminus*] *congressus* ex scriptis, & *merè virtus.* & ino*x* *Eripit non Eruit.*

v. 768. *Sic effata*] *adsata* in nostris. quod præstat.

v. 771. *patriæ nam gloria*] *sua gloria* in Oxonio.

v. 792. *domina fert transtra carina*] *licita* nostri.

v. 800. *Influit imber*] *malim impluit.*

v. 808. *Garamas*] *Garamanscripti, & Alaman-*
nus. tum Galaula, non Galaulas Thuan.

v. 813. *Spurcaque sus*] *Spurca sues Thuan. in*
uno Weitzii & Boheriis duobus, Spurca suis. sus &
sues, ut plebs & plebes. sus & suis, ut grus & gruis a-
pud Phædrum. In Egmondano sordida sus. deinde
ipsas aura canes, non ipsos, Thuanicus. canes fæmi-
nino genere passim poëtis. de quo ad Nasonem.

v. 816. *Quadrupes adjuncta est*] *inno abjuncta*
cum scriptis. sic abjuncta plaga ex membranis Peri
Steph. Hymn. II. v. 437. & paullo post, quantum
etiam, & relligione tuenda, iidem scripti. in Egmon-
dano & Oxonio,

Quadrupides bipedi abjuncta, mutaque loquenti.
& sic Aldus. abjuncta partes apud Alcinum Avi-
tum libro tertio poëmatum,

Et chaos objectum lato distinguit hiatus,

Nec finit abjunctas misceri fadere partes.

abjuncta elementa apud eundem libro IV.

Et tamen abjunctis qua constant ex elementis

Sic diversa nutes, ut concordantia cernas.

Henricus Maiodorensis libro IV de Vita S. Ger-
mani.

Se quoque virginei semper mansisse pudoris,

Abjuncto quamquam secretum corpore testem.

v. 821. *redivivaque semina servat*] *recidivaque*
membranz apud me. & recte. de quo ad Clau-
dianum pluribus. monuit jam indice Lucretiano
Giphanius. recidiva pralia supra ibamus restitu-
tum Psychomachia v. 390.

v. 835. *redolenti fornice*] *in fornice potiores.*

v. 844. *Tramitibus si centenis*] *& centenis iidem,*
& mox de verticulum.

v. 853. *altera & una*] *& unum concinnius al-*
ter Rottendorphius, & ex suis Weitzius.

v. 867. *Scrapin*] *Scrapen* meliores. deinde *Crocodilus idem est*; non *id est*, in Oxonio. *idem* Thuanus & alii fere omnes cum Aldo sine verbo substantivo.

v. 870. *Hos tu Nile Deos colis & tu Thybris adoras*] scripti, *Hos tu, Nile, colis, illos tu, Thybris, adoras.*

v. 888. *Multiplicis Dux Demon adest*] alii aliter. ego *Multiplici* malo cum Egmondo, Oxonio, prior Rottendorphio, & Weitzianis nonnullis. quomodo & Giphanius. sed perperam *idem* mox *Illicitat* reponi vult, pro *Illicit &*. parum Latine profecto. nam *Illicitat* dicendum esset.

v. 899. *Charybdin*] *Charybdem* Thuan. Egmond. & Oxonius. In verbis Symmachi codices vetustos vidcas deficere post illa verba, *honor publicus pasceret*. praeterea Egmond. & Rottendorph. prior cum Aldo in iisdem Symmachi verbis, *Quid tale proavi pertulerunt?* non, *Quid tale provinciae*. sed id ipsum tamen in vetustioribus comparet.

v. 910. *stipes ipsis*] *stipis* denuo vetusti codices Prudentiano ritu. *idem* mox *castisque choris* cuni Giphanio. deinde *frugescere rarius* nostri excepto altero Rottendorphio. denique codices nostri ad unum omnes *scire famem*.

v. 918. *penu ulciscendo*] *penu* Thuanus.

v. 927. *petstringere ripas*] *prastringere* scripti potiores. quod passim Prudentio ex membranis reddimus.

v. 946. *Jam corna cibus*] *cibus* prior Rottendorphius. ut à superioribus hæc dependeant. mox pro *Janiculo mola nota*, plerique, *Janiculi mola mota*. sed Thuan. & prior Rottendorphii, cum utroque Boherio, *Janiculi mola muta*. vere. deinde *tantasque manus longa otia pascent* Thuan. quod & Weitziani plerique agnoscunt. & alter Rottendorphius. At Aldus cum ceteris nostris ac editis plerisque *tantæque manus longa otia pascit*.

v. 954. *Sit fortasse*] *puto Si fortasse*. quod sequentia confirmant. aliter scripti. mox rectius iidein, *Nimirum, nec in orbe novum, quam in orbe novo*.

v. 959. *Fruge nova & viridis*] *& viridi* Thuan. recte: si distinctione locus adjuvetur. *viridis messis* in Egmondano, omisso *et si*. quo etiam ad veram scripturam tenditur.

v. 982. *ejecta solo*] ita scripti constanter, non *erecta*.

v. 985. *ebrius educat humor*] *crebrior humor* in priore Rottendorph.

v. 996. *Semper crede*] *credo* Egmondanus.

v. 1002. *Christicolum agros*] *Christicolas agros* alter Rottendorph. quod omnino concinnius videtur, mox *Fasceolus* Thuan. & Oxon. tum *rogare* scripti constanter. pro quo Giphanius *rigare*.

v. 1013. *Temperat aut pluvius*] *Temperet* scripti. Aldus etiam probe, *pluvius ventus*. deinde *amplo in gaudia censu* cum Cauchio & Gronovio. etsi obtinentur codices antiqui pœne omnes. nam prior Boherius etiam *amplo censu*.

v. 1030. *non summâ intelligit aure*] *non surda* pro *di* scriptura Thuanus. mox *Exstirpemus* alter Rottendorphius. deinde *sentu*, non *sentix*, in Thuan. & priore Rottendorphio.

v. 1051. *Agrorum reddit*] *redigit* ex scriptis.

v. 1079. *Tum thalamis*] *Dum* ex iisdem. mox cum Aldo, & priore Rottendorphio, *juventas*. quo Thuanus cum priore Rottendorphio alludunt, in quibus *juventa*. *juventas* pro *juventute*. de quo ad Maronem & Claudianum.

v. 1109. *tridente*] *tridenti* codices. & v. 1122, *patri superest*. & v. 1131, *Ducem bellis* Oxonius & prior Rottendorphius cum Weitzianis nonnullis.

NICOLAI HEINSII
 IN DIPTYCHON
 PRUDENTII
 NOTÆ.

DIPTYCHON] Hoc ex conjectura Giphanii. In Glossa Oxoniensi, *Iste liber proprie Dirocheum vocatur.* alter codex Oxonius, *Incipiunt tituli historiarum Aurelii Prudentii Hispaniensis, quod Dirocheum de utroque testamento vocatur.* In Thuaneo liber hic solummodo sub *Titulo historiarum* citatur initio operis, ubi index poematum Prudentianorum exhibetur. & sub finem hujus poematii, *Explicit tituli historiarum.* Membranæ Cauchii, *Tetraſticha de veteri & novo Testamento* inscribunt. *Dirocheum* pro *Diptycho* etiam in Gennadii vetustis codicibus occurrit. Non defuere, qui hoc poematum Prudentio nescio cui Amœno assertum voluerint. quia nimirum cum Sichardus Amœni nomine huic poematio præfixum in membranis Werneri Wolffii Argentoratensis reperisset, id sequendum esse sit arbitratus Georgius Fabricius, eamque in rem versus nonnullos sic satis putidos Weitzianæ editioni hujus poematii præmissos est videre. Sichardus ipse Sedulio Diptychon adjudicabat. De auctore hujus opusculi ut temere nil asseverarim ipse, sic Prudentii nostri illius fœtum hic minime agnosco. quod & ipsum jam ante me censuerunt quoque præter Sichardum & Fabricium, Aldus Mantius, Possëvinus in Apparatu sacro, alii. quamquam inficias haud iverim, occurrere in hoc seculo modos loquendi complures ad Prudentianum genium plane compositos. In bibliotheca
 patrum

patrum hæc interpolata utcumque exhibentur. Lemmata tetraſtichorum ex Thuano codice expreſſimus, quod in vetuſtius hærum exemplar incidiere haudquaquam datum ſit nobis.

Carm. V. *Abraham mercatur*] *mercatus* in ſcriptis. deinde *cui conderet* Thuan. Egmondan. & alii nonnulli. Adi annotata *Psychomach.* v. 105.

VII. *actio fallax*] *auctio*. & *veniaque pudeſcunt* ſcripti.

XX. *mirifici David*] *mitifici* ex iisdem. monitum jam Periſteph. Hymno VII. v. 42.

XXIV. *quod gradibus, quos veſpera texerat umbra*] *tot gradibus, quot veſpera texerat umbram* ex iisdem. cum vulgatis ſentit Egmondanus.

XXV. *Implebit Maria*] *Implevit*. Thuan. Oxon. Egmond. & Aldus.

XXVII. *regemque ſupremum*] *regem quoque ſummum* ſcripti.

XXIX. *cadibus hoſtis*] *noctis* Thuan. & emendatum *actis*.

XXX. *Perfundit fluvio*] *perſudit* in Thuaneo.

XXXI. *laterum compago duorum*] *lapidum noſtri*.

XXXIII. *medicina latex*] *latet* in ſcriptis, & *ſpiritus horis*.

XXXV. *manum regit*] *manu* Rottendorphius. nec damnare auſim, eſt enim manifeſta Maroniani illius imitatio ex tertio Æneidos,

Trunca manum pinus regit & veſtigia firmat.
ubi pari à me modo inventum in pervetuſtis exemplaribus non paucis, *manu*. præterea *plantas mergitur* in Egmondano & Nonſio, eleganti Græciſmo. *plantis mergitur* in Oxonio.

XXXVI. *porcorum furiare greges*] *raptare* cum noſtris. apud Theodulphum tamen de eadem re:

Das pecorum furiare greges, juſtiſſime iudex.

XXXVII.

XXXVII. *Implentur minimo*] *nimio* iidem co-
Græcs.

XXXIX. *Juda eminus artat*] Aldus, *Juda mu-
nus artat* In Coll. *laqueus*. unde Rivinus, *Juda mi-
nus a. I. C. laqueus*. In Nomsio *Juda nimus a. I. C.
laqueus*. Egmond. Thuan. prior Boher. *Juda eminus
a. I. C. laqueo*. In Oxonio, *Juda eminus ar. Inf. col.
laqueus*. Forte, *Juda manus artat Infelix collum la-
queo*.

XLIII. *Christum non tenuit*] Abest ab omni-
bus inembranis nostris hoc tetrastichon, & abesse
debet. nam cum Veteri Testamento tetrasticha vi-
ginti quatuor, Testamento Novo totidem videatur
assignasse Prudentius, ut æqualis utrimque tetra-
stichorum numerus constituatur, hos versus tol-
lendos esse facile apparet.

XLVI. *laxatos currere gressus*] *damnatos* Thuan.
& alii nonnulli. in Egmondio *laxatus*. Opinor *lu-
xatos*. sic Cathemerinon Hymno II. Weitzius da-
bat *Luxante claudus poplite*. sed scripti illic constan-
ter *Labsante*. hic facilis fuit mutatio. quamquam
damnati gressus eleganter & poëtice *minino dicti*
possunt videri. sic Hamartig. v. 652.

Damna aures. pater alme meas, & claude meatus.

XLIX. *evolvere librum*] *volvere* Thuan. & alii
nonnulli.

FINIS NOTARUM IN
PRUDENTIUM.

NOTIS ADDENDA

& in iisdem mutanda nonnulla.

P Erductis à Typographo jam propemodum ad finem animadversis in Prudentium nostris, opportunè admodum evènit, ut Juvenis Clarissimus Nicolaus Witzen, patre consulari filius omnino dignus, ex Gallicana redux peregrinatione, Amstelædamo perferendas ad me perquam officiose curavit Prudentii membranas oppido vetustas ac notæ perquam præstantis, quas ex Abbatia Egmondana nactus olim vir in litteraturâ hac nostrâ celeberrimus Janus Gruterus non uno in scriptis suis collaudavit loco. Depromsit quidem ex eodem exemplati discrepantem scripturam ante nos in Prudentii editione abs se procuratâ Weitzius, sed non ea; qua oportuisset, diligentia; cum non sit usus, uti testatur ipse, hoc exemplari, sed oculis Gruterianis opellam suam omnem crediderit, à quo varias, ut vocant, lectiones Egmondani codicis tibi comparasset. Atque hinc contigisse opinor, ut frequenter à scopo Weitzius in collectione veteris scripturæ, quantum ad has ipsas membranas, quæ Prudentii omnia, quotquot quidem ad nos pervenerunt, opuscula complectebantur, aberratit; sive Gruteri conjecturas nonnumquam pro schedis Egmondanis, ut sit, amplexus, sive quod Gruterus, Palatinum quoque aut alium quemcumque codicem antiquum Prudentii adhibuisset, quem ab Egmondano noster ille non satis valuerit discernere. Percurri igitur id ipsum exemplar denuo totum, etsi alibi occupatissimus, nec lucubrationis pœnitet: præsertim cum subsidia ex Galliis nova huic codici accessissent. Emericus quippe

quippe Bigotius, jam saepenumero laudatus nobis, et per amicos, Divione in bibliothecâ Amplissimi Præsidis Johannis Boherii membranâ antiquis egregie instructâ, asservari duos manus scriptos Prudentii codices, quorum unus magnæ esset vetustatis, facile persuasit Johanni Baptistæ Lantino Senatori tersissimæ eruditionis, quicum usus necessitudinis jam mihi longus intercedebat, & Jacobo Augusto Chevaneo Jcto itidem insigniter litterato, ut est uterque singulari præditius commitate, ne laborem excutiendi codicis alteri meæ in spem gratiæ, ac publicæ utilitatis ergo, subterfugerent. Illis igitur, ut & Amplissimo Boherio ad quem codices ipsi spectant, acceptum abs te referendum est, Lector, quicquid inde commodi ac salutis ad Prudentium, nævis non paucis hætenus sæde inquinatum, redundavit; & redundavit sane non parum. Quod tamen nos operosius profitemdum curis secundis reservamus. Nunc videamus, quid addi ac mutari in Notis conveniat.

Pag. 3. lin. 12. deleantur ista, *Ceteri etiam codices initio Cathemerinon erant mutilati. ipsam, de qua agimus, præfationem Prudentius. pro quo* [redacted] *reponere.* Nonnulli codices operis initio ac capite erant truncati; cum omnes, quos adhibui, à Cathemerinis ordirentur. Exstabat autem Cathemerinon præfatio in Oxoniis ac Thuaneis membranâ. etiam in Boherio codice utroque. Egmondanus præfationem dabat cum hac inscriptione, **INCIPIT PROHEMIUM AURILI PRUDENTII.** Non igitur prohæmion est Cathemerinon hæc præfatio, sed omnium Clementis nostri poematum, quod ipsum, ni fallor, Egmondani libri titulus liquide satis designat. Ceterum uti præfatio hæc operis universi exordium complectitur in plerisque membranâ, sic vetusti quoque codices plerique epilogum

gum voluminis faciunt præfationem illam, quæ nunc ante librum *αει σεβειων* legitur. est autem ejus inscriptio talis in membranis Egmondii, **INCIPIT DE OPUSCULIS SUI PRUDENTIUS.** unde illam quoque ad universum Clementis nostri poeticum opus epilogi loco referri oportere non difficulter, puto, agnoscas. Sed & in Thuaneo ac priore Boherio, **DE OPUSCULIS SUI PRUDENTIUS.** In Rottendorphio, **INCIPIT DE OPUSCULIS SUI.** Quapropter redeat postliminii jure in pristinum locum, unde exulabat immerito, ea ode; quod tamen in editione hac nostra neglectum est sequi. Ipsam autem Cathemerinon inscriptionem noster Clemens videtur mutuatus ex illo, &c.

pag. 4. lin. 4. post *Silium Italicum* XI, v. 445, adde, Nec aliter à manu prima in Egmondano fuerat exaratum.

lin. 8. post, *vocem secutus spiritus*, adde, Tertulianus libro III contra Marcionem de Christo, *volens populi vim passus iniqui.* Victorinus Pictaviensis, vel quisumque alius, de fratribus Machabæis, in exo. Opusculi,

— sic namque volentes

De populo meliore Dei sua jura tenebant.

quem locum temere Rivinus sollicitabat refingendo, *sacra namque colentes.*

lin. 9. post, *Altinius.* adde, cum Egmondano & Boherio priore.

lin. 14. lege, Put. Thuan. & alii. etiam Egmondanus.

lin. 16. lege, cum Thuano, Egmond. & Altinio, *Agros, soporos, desides*, quod & in Palatino Weitzii comparet. recte.

pag. 5. lin. 5. post *esse.* adde, in Egmondano legitur *Hic sum*, etiam aliis compluribus locis.

lin. 9.

lin. 9. post *alibi*, adde, Apud Damasum Papam
 Pœmatis id nomen est trisyllabum :

• *Verbum, homo, rete, lapis, domus, omnia, Christus*
Iesus. sic & non semel apud Hereticum
 Altissiodorensium de vita S. Germani.

lin. 23. post *constanter*, adde, in Egmondano
 glossa erat margini adscripta, *diffice*, id est, *disperge,*
effuga vel discute. unde apparet, *to disente* alterius
 verbi, quod huc revocavimus interpretamentum
 esse.

lin. 31. post *Egmondanus codex*, dele ~~quod~~
 & adde, apud Weitzium. sed alium codicem is vo-
 luit designare. Nam Egmondanus ipse à me in-
 spectus *fucus* disertim. *fuscis* tamen.

Pag. 6. post lin. 8. adde, v. 75. *Eousque dum lux*
surgeret] *Quousque* in Oxonio pro diversa scriptura.
 Putabam aliquando, *Eoa dum lux surgeret.* sic *Eoa*
munera inagorum habes Hymno Epiphaniæ.

Post lin. 29. adde v. 66. *spumea mulctra gerunt]*
gerit Egmondanus pro diversa scriptura. & sane fe-
 minino genere apud Maronem id vocabulum non
 semel occurrit, quem æmulari passim noster amat.

lin. 32. adde, quod tamen in Egmondano ab
 interpolatrice manu erat prælatum.

Pag. 7. lin. 15. post *invenit*, adde, nec aliter pro
 diversa scriptura Egmondanus.

Post lin. 21. adde, v. 22. *tatrum flagrat]* *fragrat*
 in altero Boherio.

lin. 28. post *Weitzianis*, adde, quod à Prudenti
 manu opiuor esse. nam Græcis hic propheta dici-
 tur *Αμβανημ.* sic Solomon pro Salomon, Sarra,
Σάρρα, pro Sara. Moyses, *Μωϋσῆς.* Maccabai, *Μακκαβαῖος.* Emrauel, *Λευι,* Symeon, *Νεβροθ,* aliaque
 complura ex nominibus Veteris Testamenti Græ-
 cum in morem extulit noster, unde possit colligi,
 usum Clementem Sacræ Scripturæ non Latina illa,

quam nunc habemus, sed versione Græca, aut Græcis, non Hebræicis, expressa. Nisi volumus contendere ex duplici editione horum poematum, quæ in prælo evinci potest, priorem Græcos interpretes in his talibus secutam, posteriorem Hebræico contextui adhæsisse. Tertulliano tamen est *Habacuc* lib. 3. contra Marcionem: *Atque Naumi, Habacuc.* in priore Boherio *Ambacuc.*

lin. 31. post *scripti*, adde, in quibus *ac tu & regis* constanter.

Quar. 33. post *subjungit*, adde, aut certe *actum*, pro quod agunt homines. B. Paulinus epistola ad Romanianum,

Corporeis jam nunc morere actibus.

Alcimus Avitus apposite lib. I V.

— *Ut justo quondam sub tempore Noe*

Diluvium varios mundi cum repperit actus.

Occurrit apud eundem id vocabulum frequenter.

Theodulphus carmine Biblii præfixo:

Adde, quod exemplis mundanos instruit actus.

Pag. 8. post lin. 8. adde, *Psychomachia,*

Sic enim vid gerimus mentisque & corporis actu.

lin. 4. post *licet*, adde, *Exstat carmen inter poemata Christiana Drepanii Flori de Cereo Paschali.* sed ille posteriorum temporum poeta fuit, Theodulpho & Agobordo coævus. ut mirer, hunc ab illustrissimo Baronio animadversis ad diem VIII Maii mensis in Martyrologium Romanum, atque etiam in Annalibus Ecclesiasticis, appellari poetarum Christianorum vetustissimum.

Pag. 9. lin. 2. post *ibi vulgo*. adde, *In catalectis veterum poetarum carmine de mensibus, mense Maio,*

Cereus è dextrâ flammæ diffundit odora.

Cera nimirum grati est odoris.

lin. 7. post *papyris*. adde, *apud nostrum Apotheo-*

theosios v. 197. *olida acerra* ex scriptis. & *olidus* ex iisdem libro primo adversus Symmachum v. 499. quod ad *tus* & *acerram ture olentem* referri oportet.

lin. 34. post *heremi sitis*? adde, nihil frequentius occurrit apud poëtas Christianos, quam prima syllaba correpta hujus vocabuli.

Pag. 10. lin. 10. post *caltaque*. adde, sic libro I I contra Symmachum v. 681 Egmondanus codex perverustus exhibebat, *caltus inolescere Christi*, pro *cultus*.

lin. 13. post *pralambit*. adde, Alcimus Avitus libro primo poematum de Gange,

Motus odorifero quoties qui vertice crevit,

Deciduas pulchro quas spargunt flumina luce

Pralambens furatur opes. Auctor Genesios quatuor priorum capitum, quem alii Tertullianum, Cyprianum alii volunt, *Perspicuusque vadis terram pralambit*.

Post lin. 14. adde, in Thuaneo & Egmondano à manu prima, *pariles suavisonantibus*. & recte apud Lucretium *versus suaviloqui*, & *suaviloquens carmen*, & *suavidica verba*. noster pueros *suaviloquantes* dixit adversus Symmachum. infra Hymno I X, *pestis milliformis demonum*. Hymno VII, *multinode germen*.

Post lin. 16. adde, & priore Boherio. nec in contraria Egmondanus discedit, nisi quod is in margine alteram quoque scripturam agnoscit. pro qua stat & *Puteaneus*.

Pag. 11. post lin. 7. adde, Alcimus Avitus poematum libro I V de Jona,

Deglutire virum, faucesque implere capaces

Ardenti monstro cum sit permessa potestas.

Post lin. 22. adde, praeterea *prastrigator*, non *trastigator*, in Egmondano & duobus Weitzii codicibus. de quo nos Peristeph. Hymno I I, v. 86. ubi

idem quoque Egmondanus cum Puteaneo *suadendo* quos *prestigiis exaggeratos obtines*. apud Apuleian de Mundo *prestigia* appellantur meteora, quæ in aëre nunquam cernuntur. Nunc de nubium *prestigiis* videamus. & mox, quæ Aristoteles dixerat *τα ἐν αἰθέρι φαντάσματα*, idem Apuleius *prestigias* vertit, sive *prestigia*, ut in vetustis Bonaventuræ Vulcanii membranis legebatur. sed & illie *prestigia* reponenda. quod ejusmodi phasinata oculos ludant ac fallant. sic eidem Apuleio, *Fallunt* *de iris & arcus, & talia*.

Pag. 12. lin. 23. post *Torrentii*: adde, in Egmondano minus bene *Ventris recessus tortilis*.

Pag. 13. post lin. 13. adde, v. 126. *tertia noctis vice*] *vicem* in Altinio. nec aliter à manu prima Egmondanus. uti & paullo post *Monstri evomentis*.

Pag. 14. post lin. 27. adde, plura diximus Pfydom. v. 479. præterea *mensas omnes* Egmondanus, haud male. quod & Weitzius ex suis est secutus.

Pag. 17. post lin. 16. adde, In carmine Mero-baudis de Christo:

— quem misit ab astris.

Æthereus genitor, verbique in semina sussum.
Virgineos habitare sinus, & corporis artus
Jussit inire vias.

Pag. 19. lin. 3. post *Eutrop. v. 34.* adde, apud Alcimum Avitum quoque in poematiis *obex* feminino genere ter quaterve occurrit.

post lin. 29. adde, v. 97. *Tunc patres sanctique multi conditorem prævium*] In Egmondano,

Tunc patres sancti quem ultima virorum condidit.
Latet aliquid reconditi sub illa depravata lectione, quam ex Palatinis membranis quoque profert Weitzius. In Altinio,

Hunc patres sancti quos ultima fors virorum condidit.

Pag. 20. lin. 17. post *profluxisse*, adde, In Egmondano

secundus horum versuum & tres reliqui sequentes pro diversa scriptura in margine erant annotati.

Pag. 21. post lin. 14. adde, nec dissentit Egmondanus: nisi quod primum versum sic exhibet, ut supra jam designavimus.

Pag. 23. lin. 18. post *codicibus*, adde, In Egmondano una littera omissa, *Satelles ferrum rape*. In altero Boherio, *Ferrum satelles arripe*. perperam.

Pag. 24. post lin. 12. adde, & Boheriano priore Egmondanus *Qui proficit?* sic idem paullo post, *Qui non liceret matribus*. vide Apotheos. v. 265.

Pag. 25. post lin. 7. adde, etiam Boherianus prior. at in Egmondo *Christo figuram finxerint*. qui & *facta*, non *facta*, proxime precedenti versu.

lin. 14. post *tetrius omnium est*, adde, Passione SS. Tarachi, Probi & Andronici, *Omnium bestiarum ferocior es*.

Pag. 27. lin. 21. post *Hemiterii &c.* adde, In Egmondano, *Incipit liber Peristephanon. Hymnus Sanctorum Martyrum Hemeteri & Cheledoni Calagoritanorum*.

Pag. 28. post lin. 31. adde, v. 51. *Dulce tunc iustis cremari*] *jussit* in Thuaneo & Boherio priore vetustissimis codicibus. Forte *jus fit*.

• Pag. 29. post lin. 6. adde, v. 72. *Et chalybs attrita colla*] ita scripti constanter. Valeat igitur Weitzius cum illo Gruteriano *artita*.

post lin. 21. adde, apud Apuleium de Mundo in scriptis exemplaribus, *Iris multicolora est*, non *multicolor*, ut vulgari.

post lin. 24. adde, Sic *ignire* pro *candefacere* in Passione SS. Tarachi, Probi & Andronici, *Ignite ferrum fortius*, & *ignite obeliscos*. quod & apud Henricum Altissiodorensem de vita S. Germani, & apud alios occurrit. *odire opera Nicolaitarum* apud

Victorinum Pictaviensem commentario in Apocalypsin. expressit Græcum verbum Prudentius, nec præter morem id suum. *hymnite, ὑμνεῖτε.*

Pag. 36. post lin. 19. adde, Cathemerinon Hymno V I, v. 140. etiam in nonnullis scriptis, ut suo loco monuimus,

Procul esto pervicaci

Præstrigator actu!

Pag. 31. lin. 5. post *adhæserat*, adde, sic Apotheosi,

Sed, adit in faciem plebs non visura, profunda

Legis in effigie scriptum per enigmata Christum.

enigmata typum designat vel figuram. unde & apparet id vocabulum sine diphthongo exarandum esse: *figuram* dixit præfatione Psychomachia,

Hæc ad figuram prænotata est linea,

Quam nostra recto vita resculpat pede,

Vigilandum in armis pectorum fidelium.

ad figuram mysticam intellige, ut mox ibidem est locuturus. In codice Egmondano *enigmatum numerorum* interpretamenti loco est superscriptum.

Pag. 32. post l. 4. adde, Apud Henricum quoque Altissiodorensis libro V de vita S. Germani, Diaconus jubetur per S. Germanum itineris ducem erogare in mendicantium manum obviam quicquid nummorum habebat reliquum. Deinde idem recipit diaconus ducentos solidos, à Leporii ministris S. Germano oblatos. Diaconorum præterea partes erant, captivis inservire, seu ministrorum vicem & officium præstare. Quæ de re videntur Lucas Holstenius animadversis ad Passionem B. Perpetuæ pag. 111. editionis Gallicanæ. tunc promissus Puteanei codicis hoc loco etiam confirmatur à membranis Boherianis pertractatis.

Pag. 38. post l. 2. adde, v. 19. *Corduba Acisclum]*
Aclisclum vel *Aclisdum* vetustiores libri. nisi quod Puteaneus *Aciscum*. In Oxonio, *Ascisdum*, pro *Asci-*

Aciscelum. Quomodo Adonis in Martyrologio. sed *Aciscelus* genuinum martyri est nomen. *Acisceli* in gente Valeria nonnulli dicti ab instrumento laticornio. Vide Familias Romanas Fulvii Ursini à Carolo Patino viro industrio & de antiquitate Romana pulchre merenti adauctas nuper admodum.

post lin. 20. adde, v. 107. *Laureis doctus*] *doctas* Egmondanus & Oxonius, quod & in nonnullis suorum videbatur Weitzius invenisse, & Aldus expressit. nec ausim damnare, *laureas currere*. Adi infra annotata nostra ad Hymnum XII. v.

P. 39. l. 10. post *Evoti*, adde: quod omnino verum est. Vides castigatiora exemplaria eo contendere, ut *Evotius* Martyr hic Caesar-Augustinus omnino sit nuncupandus, non *Eventius*. Nam Puteaneus codex hoc solum peccavit, quod syllabam in eo nomine unam perperam geminatam nobis proponit. *Eventius* tamen dicitur in Martyrologio quoque Baronii Romano, ut & in Hispania Martyrologio, cujus Eventii festum celebratur a. d. XVI Kal. Maias. ita, inquam, illa Martyrologia: sive quod revera in nonnullis vetustis exemplaribus pari modo id nomen legitur, sive quod interpretes hunc Prudentii locum respicientes, quem in rem suam illic producunt, ista prohibitu interpolant ac refinxerint. Neque aliter Usuardi & Adonis Martyrologia, ut quidem vulgo circumferuntur. At vero Emericus Bigotius noster, vir numquam laudandus satis, seu raram hominis comitatem, sive eruditionem exquisitam juvet spectare, consultus super ambiguo hoc nomine, monuit me opportune admodum, in Martyrologii Usuardi libro pervetusto, & ad ipsius Usuardi ætatem propius accedente, quod Lutetia Parisiorum ad D. Germani adservetur, ita prorsus extare scriptum: XVI Kal. Mai. apud Corinthum natalis

sanctorum Calisti & Charisii, cum aliis septem, ab
 innum in mare mersorum. Caesar-Augusta Sanctorum
 decem & octo martyrum: Quintiliani, Cassiani, Ma-
 tutini, Publii, Urbani, Martialis, Fausti, Successi, Fe-
 licis, Januariae, Primitivi, Evoti, Cecilianus, Optati,
 Frontonis, Lupecci, Apodemi & Julii. Hi omnes si-
 mul sub Datiano Hispaniarum praeside pœnis adfecti
 atque interempti sunt. In Martyrologio Adonis iti-
 dem vetustissimo ejusdem bibliothecæ, prorsus lit-
 terarum ductu eodem Eventii nomen exaratum
 [redacted], teste hoc ipso Bigotio: ut dubitationi lo-
 cus supere[redacted] audquaquam videatur. Verum enim
 [redacted] his Martyrologium à Rosweydo editum
 convenit quidem cum aliis de die, quo passi sunt
 Martyres Corinthii, sed passionem Martyrum Ca-
 sar-Augustanorum transfert in diem proxime præ-
 cedentem, hoc est in diem x v i i Kal. Maias. Sed
 bonum factum est, quod *Evoti* nomen illuc Ros-
 weyodus revocavit, haud dubie ex membranis. In
 Bibliotheca Bigotiana est videre Ufuardi quoque
 Martyrologium manu pervetusta exaratum, &
 quod codice [redacted] Germani nihilo sit recentius, in
 quo itidem *Evoti* nomen non *Eventii* disertim ex-
 hibetur. In vetusta denique editione ejusdem U-
 fuardi, Lutetia per Johannem Capellam Collegii
 Navarrai concentorem Anno c l o c c c c x c
 procurata, *Evoti* exhibetur, teste jam toties laudato
 Bigotio. *Eventius* igitur è Martyrologiis exfulare
 posthac jubeatur.

v. 169. artis modus annotatas] adnotator in Eg-
 mondano.

Pag. 41. post lin. 30. adde, Passione B. Perpetua,
 Et ceperunt me savitores mei oleo defrigere. ubi agit
 de gymniciis. sed apud Prudentium his non est
 locus.

Pag. 43. lin. 27. post *Aucorii*. adde, In Martyrolo-
 giis

is XII Kal. Sept. natalis SS. Julii, Juliani, Vin-
centii, Auguri, & Eulodi celebratur. ita enim co-
dex longe vetustissimus teste Holsenio in annota-
tis ad eum locum.

lin. 30. post *superba*, adde, *Psycho* ~~ma~~ *noster*,
Hæc ubi dicta dedit, gradibus Regna superbis
Desiliit.

Pag. 44. post lin. 7. adde, Tertullianus libro I I
contra Marcionem,

Saxa fiunt, & semper erunt, nisi magna potestas
Solverit inducto molli spirante rigore.

ac apud Alcimum Avitum de laude virginittatis
prima in fieret producitur.

Cum stipante choro sanctorum fieret Abbas.

post lin. ult. adde, Siscia Pannoniæ civitas in
Martyrologiis antiquis non semel occurrit. in No-
titia Imperii, *præpositus thesaurorum Siscianorum*
Savie. & procurator moneta Sisciane. In hac civita-
te Tiberius cum Messallino expeditione Dalmati-
ca hibernarunt, teste Dione Cassio, quem locum
vir longe doctissimus immerito nuper sollicitavit.
huc & trahendus nummus aureus Constantini ju-
nioris, FL. CL. CONSTANTINVS P. F.
AVG. ab altera parte, SIS. ad idem oppidum
victus à Theodosio Augusto Maximus tyrannus, ac
postea Aquileiæ obsessus capitis supplicio adse-
ctus est.

Pag. 48. post lin. 30. adde, v. 88. *impiati & se-
culi]* *to &* non exhibetur in Egmondio nec in aliis
quatuor nostris. nec in Palatino Weitzii. tres ta-
men vetustiores apud me in contraria videntur ire.

Pag. 50. lin. 10. post *intellige*, adde, apud Silium
Italicum libro XVII, ubi agit de magna Matre
Romam advecta,

Circum arguta cavis tinnitibus ara, simulque
Certabant rauco resonantia tympana pulsu.

Pag. 51. lin. 16. post *frigentibus*, adde, Ceterum hujus Prudentiani versus loco in Egmondano. *Christiano-Nomfio*, & duobus aut tribus Weitzianis,

Quibus horum latet, qui fidunt in stipite.

Pag. 52. p. lin. 28. adde, v. 499. *Vivum secatur] exsecatur* in Bohetio priore.

Pag. 53. lin. 29. post *Nomfius*. adde, eum vetustiore Boherio & Egmondano. probe omnino, si distinguis,

Quem torva mater eminus triste intuens,

torvis & severis vocibus sic increpat.

usque torvis & vocibus increpat. sic Hamartig.

Vultuque & voce minaci Terribilis.

Psychomach. — vultuque & voce minatur

Adversum spectans cuncum. Adi annotata ad *Psychomach.* v. 555. *Claudian, vultuque & murmure torvus.*

post lin. 34. adde, v. 776. *Machabaos]* in Egmondano ac aliis nonnullis, *Maccabaos.* recte. *Μακκαβαῖος* sunt Græcis.

Pag. 55. lin. 18. post *Torrentiani*. adde, eum vetustiore Boherio. etiam Egmondanus à secunda manu. quo primitus legebatur *oblateraret* eum vulgatis. quod & Giphanius amplectebatur, hiatu relicto, quod sollemne nostro. Aldus *oblacteraret.*

pag. 58. lin. 9. adde, Manifesta allusio ad locum Matthæi cap. xxiv. In antiquis Christianorum faxis ac monumentis Christus habitu pastoris exprimebatur, ejus rei fidem facit abunde locis plurimis Roma subterranea Bosii, jam typis descripta. Adeundus doctissimus Holstenius ad passionem B. Perpetuæ & Felicitatis pag. 126. Nec abludunt ab hoc Clementis loco illa Alcimi Aviti poematum libro III, de supremo judicio,

Tunc cum sinceros pastor discreverit agnos,

Hadis disparibus diversa in sede locatis.

idem

dem laude Virginitatis de eadem re,

— ubi sede superna

Humanum in partes dirimet genus arbiter orbis

Agnos dextra lavans lavos contemnet ut

Tertullianus libro IV adversus Marcionem :

Quos in Evangelio dominus quoque dixit, & hædos

Abs ovibus cerni stantes in parte sinistra.

cerni pro discerni .simplex pro composito. quomodo
cernere ferro pro decernere apud Ennium & Maronem.

lin. 11. dele ista, *rectius, ut puto.* & adde, Sed aliter, qui respexit inanifeste hæc Prudentianus.

ricus Altissiodorensis sub finem poematis de S. Germano, ubi inter alia,

Hunc hadum niveos quam primum transfer in annos.

Agnus eat dexter : decoretur vellere pulchro.

plurajillic videantur. nam omnia describere nimis operosum foret.

pag. 60. post lin. 26. adde , mox Egmondanus,
Et crucis & gladii testes, non testis. ut ad herbas, non ad imbrem sanguinis referatur.

pag. 61. post lin. 13. adde , mihi scriptura codicum vetustorum magis arridet , & jam id quidem, ni fallor. ad Principem hæc quoque referenda sunt, cujus modo meminerat , & qui in sequentibus designatur. *currere* autem cum casu quarto eleganter jungitur , & Prudentiano more. de quo adversus Symmachum libro secundo v. 9. S. Damasus de S. Agatha martyre,

Latior inde, magisque flagrans

Cuncta flagella cucurrit ovans.

hoc est, per flagella cucurrit. noster supra hymno IV.

Noverat templo celebres in isto

Oëties partas deciesque palmas :

Laureis doctas patriis eadem

Laude cucurrit.

Sic enim in membranis quibusdam exhiberi suo

loco monuimus. Tertullianus libro II adversus Marcionem :

Denique si celeri primordia mente recurras,

In ~~...~~ *funesta nimis. pro si percurras primordia.*

post lin. 11, adde, Forte, *Quo liquor ambrosius.*

Paullo ante *Illa superstes agit, non Sola Egmondus,* uterque Boherianus, Altinus, & Weitziani nonnulli.

pag. 62. post lin. 19. adde, v. 51. *abditis reposita]* alius in Egmondano & Rottendorphio. quod ex *...* suorum etiam Weitzius profert.

post. lin. 23. adde, nisi quod in Egmondano *Christi decet* à manu prima. quod in nonnullis suorum Weitzius testatur se invenisse & Aldus expressit. *Christi decet* in Nomsio. an *Christi Decet?* ut sub finem Amartigenæ,

O Dee cunctiparens, anime dator, ô Dee Christe.

post lin. 25. adde, v. 86. *candor vehit ad superna mentes]* ardor vehit à manu secunda Egmondanus.

pag. 63. post lin. 17. adde, sic B. Ambrosius in hymnis,

Agnus natus virginis natalis est.

& Damasus Papa,

Sacravit templum victricis virginis Agnes.

Frustra igitur Stephanus Claverius *Agnis* in secundo casu malebat legi. *Αγνὴ, Αγνὴς.* *Agnem sepulchrum* in Egmondano à manu secunda. mendose.

pag. 64. post lin. 6. adde, Egmondanus hanc præfationem inscribit **HYMNUM DE TRINITATE.**

lin. 24. post *Cauchiano.* adde, nec aliter pro diversa scriptura Egmondanus in margine.

lin. 28. post *annotavit.* adde, Egmondanus *dolosa* quidem in contextu expressit, sed alterum allitum in margini habet.

pag. 65. post lin. 4. adde, IN APOTHEO-
NOTÆ.

lin. 2. post *Thuaneo*, adde, & *Boherio vetustio-*
re: in Egmondano, Sed tamen & patris & tamen.
non inconcinna repetitione.

pag. 68. lin. 9. post *hic vidit*. adde, Apud *Plu-*
tarchum in Parallelis minoribus Epona vocatur
Ἐπιώνα. tanquam alludat *Ἐπιώνας*, quorum
præses habebatur. *Minutius Felix Octavio, Vos &*
totos asinos in stabulis cum vestra Epona consecratis.
Tertullianus Apologetico, Vos tamen non
& jumenta omnia & totos cantherios sua Epona
coli à vobis. Ex quibus locis, præsertim *in*
no, tum ex altero illo *Juvenalis paulio* ante pro-
ducto, nostra in *Appuleio* conjectura non parum
fulcitur. In stabulis enim *Eponæ* simulacrum, po-
tissimum in equilibus, seu pictum seu fictum ple-
rumque dedicabatur. *Scholiastes Juvenalis, Epona*
mulionum dea est.

lin. 20. post *quod somniat*, adde, quod *Aldus*,
quoque expressit. *Egmondius* tamen *quos à ma-*
nu secunda. quod ex *Puteaneo* amplectebamur
modo.

pag. 70. lin. 23. dele ista, in *Thuano, Oxonio, Nem-*
sio, flagellis, & adde, reliqui codices cum *Aldina*
editione *flagellis*. *flagella* pro *plagis*, aut pro *pæna*
flagellum. sic & apud *Fortunatum. Nazianzenus*
in carmine, quo vitam suam complexus est, *Ai-*
γυμνίων μαστίγας vocat. idem in *Epigrammatis μ-*
στίγας Αιγυμνίων. sed ne dubitationi sit locus, ecce
Aleimum Avitum, qui pari modo *poëmatum li-*
bro V.

Infidisne potest elabi cordibus umquam
Ægyptus, tot casa malis, interque flagella,
Succumbens, quæ sensit humus, vos cunctaque vestra,
Adflicto regno salvos vixisse sub hoste?

& paullo post,

Agypto jam finis erit: jam clade supremâ

Tot castigatam vicibus sententia mentem

Impulsa expugnans. ensis succede flagellis.

post lin. Tertullianus contra Marcionem, li-
bro quinto,

De patre principium, genitum de lumine lumen.

pag. 72. lin. 32. post *magica verbum*, adde;

Noster ipse libro priore adversus Symmachum,

Murmure jam magico tenues excite figuras,

sepulcrales scite incantare favillas.

in *opus* Italici libro I:

magico volitant cantu per mania manes

Exciti.

pag. 73. post lin. 32. adde, Apud Græcos quo-
que nonnumquam Σολομών. uti in Nazianzeni
carminibus non semel. quod Latinorum nonnulli
sunt secuti. Drepanius Florus carmine ad Modui-
num:

Quid loquar insigni tumidum Solomona cothurno.

pag. 75. post lin. 32. adde, & v. 827. de ani-
ma,

Illa quid sit fatus Domini est; sed spiritus & vis

Non est plena Dei, tanto moderamine missa,

Quanto flans voluit standi servare tenorem.

Hamartigenia, v. 831.

Norat enim flatu ex proprio vegetamen inesse

Corporibus nostris, animamque ex ore perenni

Insusam non posse mori.

pag. 76. lin. 5. post *Puteano*, adde, & Egmon-
dio à manu prima. nam illic *fatus* correctum. hinc
fatidici vates.

post lin. 8. adde, & aliis nonnullis vetustiori-
bus, sic & apud Alcimum Avitum carmine de lau-
de Virginitatis opinor scribi oportere,

Latius hæc vero sanctus describit Esequus.

Contra

Contra apud Tertullianum libro III contra Mar-
 cem. *Esaïas, locuples vates & fontis aperti.*
 & de ~~...~~ aliter libro IV, *Sicut Esaïas dixit.*

post lin. 28. adde, verius tamen est scribere ~~...~~
lactentibus horis. hoc est recens natus ~~...~~ passione
 B. Romani v. 667. codices plerumque etiam veterri-
 mi *Lactantis oris*, pro, *Lactentis*. Hujuscemodi ar-
 gutiæ in deliciis cranit sub illam tempestatem. sic
lactens orbis pro recens nato apud Alcimum Avitum
 libro IV poëmatum, de diluvio,

— *fluctus nunc persequar illos,*

Per quos immissus rebus vix pane cr

Lactentem velox prævenit terminus orbe

*Vernantem orbem noster dixerat hymno in Natalem
 Domini,*

Vagitus ille exordium

Vernantis orbis prodidit :

Nam tunc renatus, sordidum

Mundus veternum depulit.

post lin. 32. adde, v. 625. *Seque die medio velan-
 dum]* *velandam* Aldus. quomodo & à manu pri-
 ma in Puteaneo. idque editiones nonnullas inse-
 dit. In Egmondio disertim, *Seque diem medio velan-
 dam.* quod verum esse existimo. *Seque ad Solem*
refer.

pag. 77. ante lin. 1. adde, v. 664. *qui spiritus
 olim]* in Egmondio à secunda manu castigatum cui.

lin. 12. post *probe*, adde, nisi quod in Egmon-
 dano *medicæ purgamen in aqua.* ut opiner à Pru-
 dentii ipsius manu fuisse, *medicæ purgamina aquai.*

pag. 80. post lin. 21. adde, sed inonendum prius
 Alcimum Avitum libro primo poëmatum hæc
 Prudentii cogitasse, quantum sensu nonnihil di-
 verso, agit enim de creatione hominis,

*Inde ubi perfectus consuescit vivere membris
 Totus homo.*

pag. 82. post lin. 3. adde, v. 821. *Sit res illa Dei*
Fit in Egmondano.

post lin. 10. adde, v. 851. *pranoscere jussu* per-
~~noscere~~ *Pherio principe.*

post lin. 21. adde, sed nolim vulgatam scripturam
sollicitari. Tertullianus poemate de judicio Domini:

Sacula cuncta tenens, ante omnia sacula solus

Ingenitus sine fine Deus, seidemque supernam

Solus habens.

Candidus Arianus ad Marium Victorinum de

hinc verbi divini: Simplex enim quiddam
Deus. non ~~est~~ *ex præexistente substantia. Ingenitus*
ergo ~~est~~ *& mox: Si ista omnia post genita, genita*
ergo sunt: si genita ista, aliud fuit, à quo genita. Inge-
nitum igitur illud, à quo genita ista omnia. Quid istud,
nisi illud, ex quo omnia Deus? Ingenitus igitur Deus:
quia causa horum omnium Deus. & post: Sine ortu
igitur, & ingenitus est Deus. quod autem ingenitum,
sine ortu. quod sine ortu, sine fine. Plura in rem pro-
ferri possent ex SS. Patribus. Illud tamen Puteanei
& Egmondani codicum Aigenitus Græci fontis vi-
detur esse. & Patribus Græcis Dei filius, ut-
pote Deus, nonnumquam pari significatione di-
citur.

post lin. 23. adde, v. 895. *Exsortem dic esse ani-*
nam] disce in Egmondio à manu prima.

pag. 83. lin. 12. post *clamoribus*, adde, Drepanius
Florus in hymno Ananix:

Artificem proprium pulcherrima flamma loquatur,
Et rapidus Domini nomen simul æstus anhelet.

post lin. 20. adde, v. 939. *Concideret sterilis] Con-*
ciderent steriles Put. & Egmond.

pag. 84. lin. 1. post *Puteaneus*, adde, quod e-
tiam pro diversa scriptura in margine Egmondani
comparebat.

ib. pro *Esse hominem*, lege, *Effluxisse hominem.*

post

post lin. 2. adde, v. 1001. *sanctiloquus Lucas*] *sanctiloquus* in Egmondano & Nomsio. quomodo & Al. ut vocabulum sit ex Græco & Latino compositum. quale illud *primoplastes*, supra habuimus, & *idololatrix religio Hamartigenia*.

post lin. 15. adde, Egmondanus margini adscriptum habebat, *De resurrectione*. Facit & cum Puteanco Boherianus veterrimus.

pag. 85. post lin. 21. adde, In Egmondano, *Finit Apotheosis. Incipit liber unus Amartigenia* sed scribendum, *liber secundus*. Nam in fine posterioris hujus idem codex, *Explicit liber* *Amartigenia*.

v. 20. *Mors prima*] fors in Egmondano & uno Torrentii.

pag. 87. lin. 3. post *dicuntur*, adde, idque in margine Egmondani pro diversa lectione etiam occurrerat.

post lin. 3. adde, v. 43. *Unum semper erit*] erunt à manu prima Egmondanus.

pag. 88. lin. 7. post *recond*, adde, mox *sinuosus scopulis*, non *silvosis* Boherianus vetust.

lin. 24. post *imposita est*, adde, fuit cum approbarem scripturam illam, *dominum conditioni impositum*, in qua tuenda codices plerique conspirant; cumque conditionem hic loci opinarer poni pro orbe condito. quomodo apud Gennadium in Catalogo virorum Illustrium, ubi agit de Prudentio, *Commentatus est & in morem Græcorum Hexaemeron, de mundi fabrica, usque ad conditionem primi hominis, & pravaricationem ejus*.

pag. 89. lin. 18. post *Symmachum*, adde, pro unguentis etiam aut aromatis pigmenta posuit Dracontius in Hexamero:

*India tunc primum generans pigmenta per herbas
Eduxit sub sole novo rudibusque racemis.*

lin.

lin. 33. post *in Thuano*, adde, mox *obumbrata dulcedine* Egmondanus & Weitzii Palatinus.

pag. 90. lin. 13. post *confirmatur*, adde, *ipsum sibi permissis* permissit in ejusmodi archaisimis Terullianus, quem *deformus, infamus, elinguis,* & similia passim decurrunt. infra apud nostrum hoc libro v. 587. *trilingua conjunx.*

lin. 17. post *Latinum*, adde, *quamquam Prudentius*, & horum temporum scriptores Græco-Latina vocabula non infrequenter solent procedere.

Annotata Apotheosi v. 991.

lin. 28. post *Iosue XXIV*, adde, omnes has fere gentes habes conjunctas Genesios cap. xv. Τῆς Κεφαλαίας, ἢ τῶν Κεφαλαιῶν, ἢ τῶν Κεφαλαιῶν, ἢ τῶν Χεφαλαίων, ἢ τῶν Φερεσῶν, ἢ τῶν Παρραίων, καὶ τῶν Αμωρραίων, ἢ τῶν Χαναανῶν, ἢ τῶν Εὐβαίων, ἢ τῶν Γεργεσῶν, ἢ τῶν Ἰεβουσαίων.

lin. 35. post *quadrat*, adde, mox *aptant*, non *optant* in Egmondio & Aldino codice. deinde *contento limite*, pro *extento* idem Egmond.

pag. 91. lin. 1. post *me omnes*, adde, nisi quod in Egmondano stigmatum erat *petulantia pectora à secunda m.*

lin. 10 post *non arato*, adde, nec *abludit* Egmondanus. nisi quod in illo mendose *arictus*.

lin. 28. post *Belia mibi*, adde, apud Nazianzenum in carminibus dux priores syllabæ in *Belias* frequenter admodum corripuntur. In Egmondano, *Principe Bellia*.

lin. 33. post *Cauchiano*, adde, quod & in margine Egmondani pro diversa scriptura exstabat.

lin. ult. post *Prudentius*, adde, & sane id amplectendum reor, si *τὸ mobile* cum Aldo & scriptis admittimus; ne bis idem dicat, *vegetabile etiam est*, in Boherio pervetusto.

pag. 92. post lin. 6. adde, apud LXX Interpretes tamen *Ἀβραάμ.*

lin. 16. post *probabatur*, adde, nec aliter Aldus. et apud Tertullianum. Adi annotata nostra supra libro v. 367.

lin. ult. post *usus est*, adde, Apud Alcimus Avitum libro I I,

Tu modo suspensos tantum ne commine tactus.

pag. 93. lin. 15. post *requirit*, adde, antiquissimus Boherius, *ne sana voluntas.*

lin. 33. post *Oxonius*, adde, cum Boheriis, Egmondano atque Aldino. deinde Egmond. *orbis arbiter.* Forte *orbis & arbiter.*

pag. 94. lin. 9. post *distinctione*, adde, Boherius tamen Egmond. Oxon. & Rottend. *cuius magis utile dum sibi credit.*

lin. 21. post *Noemi*, adde, septuaginta interpretibus est *Νωεμιρ*. Boos etiam Puteaneus. Gracis *Βοεζ*.

pag. 95. lin. 2. post *Thuanus*, adde, & Boherianus eximii. sic *Psychomachia*,

Florentes animos sursum in mea regna tetendit.
reddidimus id ipsum Apotheosi v. 232.

lin. 27. post *plus satis*, adde, mox Boherius idem recentior,

Quis patris antiquo reverentius aeger abyssò.

pag. 99. l. 7. post *fatigat*, adde, cum *re* *fatigat* manifeste huc irreperit ex versu subsequenti proxime.

post lin. 25. adde, mox *Elisos in morte oculos* Puteaneus, Egmondus, Rottendorphius cum Aldo & Weitzii Palatino. quomodo poëtis, *oculi in morte natantes.*

pag. 100. lin. 27. post *vagina*, adde, sic in *Diptycho V* ex incembranis restituumus, *Abraham mercatus agrum, cui conderet ossa Conjugis, non quo.*

lin. 31. post *scripti*, adde, *Indurat humeris* Boherianus potior.

pag. 101. post lin. 6. insere, v. 166. *multo vulnere*

nere anhelus] *funere scripti apud me omnes cum Aldo & priscis editionibus. nec mutandum a Gisolino.*

pag. ~~102~~ lin. 1. post *terret*, adde, recte. cum *territat proximo subsequatur.*

ibid. post *omnes*, dele, nisi quod in uno *Cauchiano terret.*

post lin. 4. *insere*, v. 304. *Victores casa] Lictores prior Boherius. quod & Thuaneus confirmat à manu secunda.*

post *Cauchianus*, adde, mox *cura volu* in *Ed* principe.

lin. 13. post *Puteaneus*, adde, & cum *Puteaneo Egmondanus à manu prima*

pag. 103. l. 28. post *ramentis lecto*. adde, apud *Nazianzenum* in poematis *ἔνθεα ψιψυγα* dicuntur.

pag. 104. lin. 1. pro *improba*, lege, *impia*.

lin. 2. post *Puteaneo*, dele, sic *idem*, & adde, *Boherio priore & Egmondano. in quo famis improba. sic idem.*

lin. 3. post *improba*, dele, *quomodo & Egmondanus utroque loco.*

lin. 4. post *hymno VII*, v. 162. adde, supra hoc ipso libro v. 464. *codices vetusti, Cura, famis, metus, anxietas. & libro II contra Symmachum, Invidiosa famis. Tertullianus libro III contra Marcionem de Esaia:*

Vincula dura tulit squalenti carcere clausus,

Inque luto putei famis hausit tabida membra.

Sic scribe. *Paulinus de vita B. Martini libro II.*

Ne degustati famis improba cresceret auri.

sic *fidis idem videtur dixisse non semel, etsi fides nunc illic perperam circumfertur. libro II. remouet fidis aucta pavorem. & adiecit veram fidis aucta salutem. sic lues pro luis nequicquam apud eundem editiones nobis obtrudunt libro primo. etiam libro*

bro V, *Obruerat luis una domum.* apud nostrum
 pro *vulpes* Diprycho xvi. uti & in per-
 vetur. Phædri codicibus. & sane antiquissima
 apud nostrum exemplaria duas hasce litteras
 confundunt. quod an à Prudentii ipsius manu,
 an librariorum oscitantia accedens referendum,
 difficile est iudicari. Sed videtur horum tempo-
 rum poëta multum sibi permisisse in hisce talibus,
 etiam præter exemplum vetustioris xvi. Apud Al-
 cimum Avitum libro V poëmatum,

— *muscarum nubis ad auras*

Exiit, insectum corrumpens aëra flammam
sic diis pro dies videtur posuisse Tertullianus
 in oratione de Iudicio Domini, ubi tamen *dies unus*
 vulgo circumfertur,

Et dies in densa moritur cum lumine nocte.

pag. 106. post lin. 5. infere, v. 555. *vultuque &*
veste severa] & voce Widmannianus Weitzii, & ex
 nostris prior Rortendorphius. sed quod ex Eg-
 mondano idem Weitzius profert, in eo fallitur.
 nam is *veste*, ut reliqui nostri cum Aldo. *vultuque*
& voce nihilominus malim, quod hæc duo amet
 Prudentius coniungere. Ad i. annotatâ ad Basilionem
 Romani. v. 719.

lin. 9. post *deducitur*, adde, apud Alcimum Avi-
 tum de laude Virginitatis,

Ne Christi famulo, solo sermone fatenti,

Nomine confesso vivens operatio desit.

post lin. 10. infere, v. 575. *sed sola duello] prima*
 in vetustiore Boherio.

post lin. 23. infere, v. 595. *nullo qua vulnere ra-*
pta] sic nostri. etiam Egmondanus, etsi aliter as-
 severante Weitzio. solus Boherius vetustior, *rupta.*

lin. 30. post *membris*, adde, apud Tertullianum
 libro I I contra Marcionem,

Sic Dominus virtute Patris, quos morte diremit,

Exutos sua luce regit.

hoc

hoc est, corpore exutos. apud nostrum Hamarrina, Moribus & patriis exuti. & , thalamis & *li exuta.*

pag. 97. lin. 16. post *arces*, adde, Paullo ante solus ex non *Egmondanus Agmina casta simul.*

pag. 108. post lin. 21. adde, In Egmondano toti quatuor versus manum interpolatricem præ se ferebant crasa veteri scriptura; tum in margine liisce adscriptis: *Alius liber habet,*

*In commune bonis tranquilla plebis ad unum
ambibus in tuta valli statione locatis.*

post lin. 14. insere, v. 750. *Cumulata
quædam jam gloria vobis] sat gloria in priore Bō-*

pag. 110. lin. 10. post *habitabat*, adde, nonnulli ex poëtis Christianis sequioris ævi primam in *Hierusalem* producunt, secundam tertiamque corripunt minus decenter. quos inter & Drepanius Florus Hymno ad Michaëlem Archangelum,

Hierusalem Dominus largâ pietate reviset.

at contra Lactantius, sive alius quicumque, in carmine elegantiissimo de Passione Domini,

Impia Hierusalem ravidis exercita curis.

ubi prima, tertia, & quarta corripuntur, secunda & postrema producuntur: nisi volumus postremam tñ *Impia* non esse elidendam.

pag. 111. lin. 2. post *Weitzius*, adde, pro proxime præcedenti versu, *Ambit & electos*, prior Boherius, *Intrat & electos vocat in sua gaudia justos.*

lin. ult. post *commemini*, adde, in carminibus Paschasii Radberti, *quadro sub cardine cæli*. Henricus Altissiodorensis libro II de vita S. Germani.

Lectus erat quadri gracilis complexio ligni. &

Divinis quadrum sungebant legibus orbem.

pag. 113. post lin. 4. adde, Egmondanus inscribit hos libros **CONTRA SIMMACON**. Boherius

ius prior CONTRA ORATIONEM SYM-
 CHI.

lin. 2. post *Phadrum*, adde, quamquam apud
Phadrum Musca contracta frigore etiam circumfer-
tur.

Mori contractam cum te cogunt frigora.

lib. I V, Fab. 23. Sed ibi præstat cum Cl. Scheffero
 legi, *contracta frigora.* nam & apud Virgilium *con-*
tracto frigore piger occurrit. *contractam* tamen in Phæ-
 dro reponi fortasse non minus, quam apud Præ-
 dentium, præstiterit.

pag. 114. lin. 15. post *occurrit*, a & apud
 Hesiodum *Genealogia Deorum.*

Ἡ δὲ καὶ ὡς τὰ παλαιὰ πολὺ πύχρον ἔχον Ὀλύμπου

pag. 118. lin. 15. post *faciunt*, adde, nisi que
 Egmondano mendose, *sa cuique vetustas. Agna*
Iano etiam. sed castigatum, *Fanoque etiam.*

pag. 120. lin. 13. post *Libya*, adde, in nonnullis
 exemplaribus, *populis sceptrisque potentem*, minus
 bene.

lin. 18. post *nostris*, adde, paullo post Egmon-
 danus, *in parte cava membra*, & emendatum à se-
 cunda manu, *in parta cava membra.* deinde idem
 codex, *Contigiem effigiem.* & correctum deinde
contiguam. Forte *Contigit effigiem.* nam in Oxonio,
contegit.

I N D E X.

In observata ad Prudentium.

~~A. Apothecosis.~~

~~C. H. ~~_____~~ omni Cathemerinon.~~

~~D. Diptych ~~_____~~.~~

H. Hamartigenia:

P. Peri Stephanon.

Pf. Psychomachia.

R. Romanus Martyr.

S. Contra Symmachum II.

~~_____~~ alicuius arum litterarum subjungitur, Præfa-
~~_____~~ signat.

A.

A Bacuc, Ambacum. C. H. IV. 59.

Abdere gremio. C. H. X. 161.

Abessalom, Abessalon. H. 566.

Abjuncta quadrupes. S. II. 816.

Abjuncta plaga. P. H. II. 437.

Abluturus non Abluiturus. A. 681.

Abscidere. A. 945.

Achan & Achar. Pf. 537.

Aciscus martyr. P. H. IV. 19.

Acroma, acroama. P. H. II. 327.

Actu aliquid complecti. Pf. 836.

Actus mundi pro motu. C. H. IV. 77.

Actus & artus in MSS^{is} confundi. A. 159.

Ad procinctum nata gens. S. II. 512.

Ad usque pedes. Pf. 630.

Addicere censum hasta. Pf. 872.

Addicere se amori. H. 334.

Addubitare. Pf. 619.

Adficere catamitum. S. I. 70.

Ador, odor. C. H. X. 180.

Egyptia flagella, pro plaga. A. 360.

Ani-

INDEX.

- Aurata argentea pro nummis.* P. H. II. 96.
Era et sales pro Cimbali. P. H. X. 200.
Acum machina rostrum. H. 489.
Astulare cum quarto casu. C. H. VII. 156.
Agenitus. A. 892.
Agere triumphum ex aliquo. Pf. 530.
Algidus axis. S. II. 532.
Alte repostum antrum. P. H. XIII. 51.
Alternus. H. 710.
Amburi. H. 787.
Anapastus in Iambis an quarta sede p. Et aam.
 A. Pr. 47.
Anhelare cum quarto casu. A. 916.
Anicula & anulla. P. H.
Anima hominis ex ore Dei. C. H. III. 100.
Appuleius emendatus. A. 197.
Aptare pro eligere. S. II. 31.
Aquai ἀρχαίων pro aqua. A. 699.
Arcas pro Evandro. S. I. 227.
Arces atheris. Pf. 640.
Ardere cum quarto casu. H. 162. 511. 532.
Arietare aliquem & in aliquem. H. 489.
Armentarius vir & Armentalis. C. H. VII. 167.
Artus vitiosi. H. 302.
Attrita colla. Pf. Pr. 33.
Aucipes pro aucupes. P. H. V. 76.
Auctor fautorque. H. 642.
Auris stolidi. H. 657.
Aurita mortis leges. A. 764.

B.

- B** *Acæ pro catenis.* Pf. Pr. 33.
Bacchius, Bacchiæus. S. I. 185.
Belia, Belial. H. 522.
Bisulci ictus unguularum. P. H. V. 113.
Boreæ gelidus axis. S. II. 532.

Berras pro Boreas. Pl. 847.

Bractea, brattea. Pl. 335.

C.

C ~~Amem~~ ~~ere~~. A. 512.

Casa rupes, caca rupes. S. I. 210.

Casura exempla. H. 710.

Calere cum quarto casu. S. II. 9.

Calor laudis. Pl. 24.

~~C~~ ~~ira~~ toga. S. I. 548.

~~C~~ ~~apax~~ bestiarum apaci aluo. C. H. VI. 105.

~~C~~ ~~omnia~~. S. II. 45.

Cavilli mimici. P. H. II. 318.

~~C~~ ~~as~~ hasta addictu. Pl. 872.

Censura fascium. P. H. II. 327.

Census amplus. S. II. 1013.

Cerebrum ebrium. H. Pr. 47.

Cernuare ora. S. I. 350.

Chrismate innovari. C. H. VI. 118.

Christicole agri. S. II. 1002.

Circuminspicere. A. 489.

Cluere. S. I. 223. 505.

Concoalescant pectora. P. H. I. 52.

Concaluisse Dei flatu, vel convaluisse. H. 183.

Condere, cum tertio casu. Pl. 105.

Confessa animos suspiria trahere. S. I. 478.

Consensus publicus cavea. H. 367.

Conserunt se viarum divortia. A. Pr. 9.

Constratus rogos. P. H. II. 353.

Consuesco pro consuefacio. A. 722.

Contacti vel contracti frigore nauca. Pr. S. I. 14.

Credere aliquem terra vel aqua. Pr. S. I. 60.

Credere cum quarto casu. A. 574.

Crimen pictati. H. 598.

Cuique, pes dactylicus. H. 105.

Culta pinguis pro segete. C. H. V. III.

C. *ere cum quarto casu.* P. H. XII. 53.
C. *uapropter.* C. H. IV. 81.
Cynicus *cosus.* A. 201.

D.

D *Annati gressus.* D. 46.
Date, vincula demam. S. II. 724.
Decolori artus. P. H. I. 113.
Decutere aspidem. Pr. S. I. 37.
Defundere mortes. S. II. 675.
Dens frequens. P. H. V. 218.
Denseri, densari. C. H. V. 53.
Derogare pro denegare. C. H. VII. 165.
Descendit vulnus. C. H. XII. 110.
Descriptus mucro. C. H. XII. 110.
Deus bis repetitum. A. 433.
Deus est homo. Pf. 385.
Dextra indoles. Pf. 895.
Didere verus verbum. A. 920.
Didita stipendiis pecunia. P. H. II. 91.
Diffolata in humum agmina. C. H. V. 103.
Dilabi. A. 539.
Diligere pro Deligere. A. Pr. 29.
Discincta juvenus. Pf. 822.
Discingere pro exarmare. Pf. 636.
Dispicerem. S. II. 263.
Dispuere, despuere. A. 1078. S. I. 581.
Difficere somnum. C. H. I. 97.
Difficit morbus membra. P. H. II. 209.
Dissipare. C. H. VII. 119.
Distinguere viam. A. Pr. 4.
Distruere, destrucere. A. 445.
Divororia carnis. H. 856.
Domina ecclesia. C. H. XII. 185.
Donare aliquid hostico ferro. P. H. I. 27.

I N D E X.

Bilicia pro tibus dulcibus. Pl. 424.

Dura mors & dira. P. H. I. 22.

E.

E *Adem, sicut peroducta.* P. H. I. 3.

Ebrius humor. S. II. 985.

Ecmancipator. C. H. VII. 184.

Efferbuit. S. I. 117.

Effraim, Efrem. C. H. XII. 189.

Si F. orilo herba. S. II. 982.

Elymodi... P. H. V. 357.

Elyzarus. C. H. X. 161.

Elutus secunda correpta. P. H. V. 362.

Elymanuel. A. 591.

En quo defluximus. A. 539.

Energare prima syllaba correpta. C. H. VIII. 64.

S. II. 143.

Enisus, enixus. A. 91.

Epexegetos exempla. C. H. I. 26. XII. 177.

Epona dea stabulorum. A. 197.

Eseias. A. 591.

Evotius martyr, non Eventius. P. H. IV. 357.

Excolleo & Excello. A. 557.

Excipere solis ortum. A. 425.

Excita sepulchris umbra. A. 471.

Exim pro exin. A. 908.

Exscindere vires natura. H. 47.

Exspatiari. A. 118.

Exspectant concio. Pl. 746.

Exstimulare. Pl. 350.

Exutum corpus. Pl. 598.

F.

F *Abrum Deitatis figmen.* A. 1032.

Facefcere. C. H. II. 93.

Fames, & famus. Pl. 479.

I N D E X.

- Secreti.* A. 591.
Ferax bestia. Pl. 719.
Fertilitas in herbam. A. Pl. 47.
Fervet formidabile. Pl. 293. *ambitum.* P. I. 249.
Fidei, secunda producta. P. H. I. 3.
Fies priore correpta. P. H. XVI. 83.
Figere verbum mathematicum. S. II. 482.
Figere titulum sepulchri. P. H. V. 392.
Fingere Christi figuram. C. H. XII. 184.
Fissa voluntas. Pl. 759.
Flabrale frigus. A. 841.
Flagellum Aegyptium, pro piaga. A. 36.
Flammicomini ignes. Pl. 773.
Flare rosas pro spernere. P. H. III. 21.
Flatus sincero conceptus Christus. A. 566.
Flatus vagi pro ventis. P. H. V. 443.
Flavicomantes pueri. A. 489.
Fletum sepulcrum. C. H. X. 84.
Fluere caelo. C. H. IX. 6.
Fœda animalia. Pl. 723.
Fœnus rediturum. Pl. 580.
Fons Dei. A. 78.
Fotibus augeri. S. II. 583.
Foveri vallo. Pl. 727.
Fractum furiarum flagellum. A. 471.
Fragiles artus. A. 159.
Fragile votum. H. 758.
Fremere. P. H. II. 313.
Frigere in cute solem. P. H. V. 226.
Frons versuta. C. H. II. 21.
Frusta sanguinis. Pl. 424.
Fucus anguinus. H. 114.
Fulerum geniale. S. I. 256.
Fulva munera pro auro. H. 635.
Funalis & fundalus stridor. Pl. 293.
Functorum populus. C. H. V. 135.

I N D E X.

Fundi pro nasci. C. H. IX. 10.
Fur diabolus. A. 408.
Furare greges. D. 36.
Furda ~~ra.~~ C. H. IX. 76.
Fusco illitum ~~ra.~~ C. H. II. 58.

G.

G *Emit dolorem & dolore.* Ps. 119.
Gemmantes tori. Ps. 60.
Greges porci. A. 402.
Gymni.
Mem amnis. A. 428.
ditata fidem. Ps. 580.
is vaga, languida vocem. Ps. 312.
pulvere sadatur vestem. Ps. 414.

H.

H *Abere pro habitare.* S. II. 299.
Hasta censum addicere. Ps. 872.
Hebros, Hebrus. A. 428.
Heremus prima correpta. C. H. V. 82.
Hierusales templum. Ps. 811.
Hilara plebs. H. 367.
Hifus pro Jesu. C. H. I. 82.
Hoc habet. Ps. 53.
Holofernes & Olofernes. Ps. 60.
Homusionita qui. A. 545.
Hymnare, hymnos canere. P. H. I. 118.

I.

I *pro ito.* C. H. XII. 99.
Factata anima. C. H. V. 111.
Factibus vacuis. Ps. 136.
Ignem genus hominis. C. H. X. 37.
Uinere alicui oculos. A. 670.

- In somno mortis somnus.* C. H. I. 26.
Inimicitiam principium. A. 557.
Impulsus nervo sagitta. Pf. 324.
In mensam stillare cyathos. Pf. 367.
In volam manus recurva. P. H. II.
Incentiva luis. H. 250.
Incerare statuas Deorum. A. 454.
Inclita flatibus tibia, non incita. C. H. III. 82.
Indigere victus & victu. C. H. IV. 50.
Indissolubilis cardo. C. H. IX. 72.
Indoles mortis. P. H. III. 2.
Inducere aliquem Deis. S. I. 297.
Induere se forma hominis. A. 113.
Induvia. Pf. 573.
Inermus successor. Pf. 806.
Inexsuperabilis. P. H. V. 170.
Informat a metallo cassis. Pf. 140.
Ingenitus pro non genito. A. 892.
Ingenitum nefas, peccatum originale. S. II. 473.
Ingesta aura. Pf. 189.
Inluminatur frons severa. P. H. V. 127.
Innovari chrismate. C. H. VI. 118.
Inpexa lappa vel inplexa. C. H. VIII. 42.
Inponere conditionem. H. 237.
Inspatiari. A. 118.
Instat tortor. P. H. I. 103.
Instimulare. Pf. 350.
Insubjectus, non subjectus. H. 700.
Intendere animo. S. I. 109.
Inter viscera; non intra. C. H. IV. 57.
Invitiabile avum. Pf. 626.
Inundari nova gratia. A. 875.
Jocari. P. H. II. 567.
Johannu pro Johannes metri causa. C. H. VI. 105.
Jonathan, Jonatham. Pf. 397.
Julus pro Romano. P. H. II. 456.

I N D E X.

- Junctim*. A. 795.
Jus cautum & statutum. C. H. XII. 145.
~~*Juviduum*~~. H. 105.
Juvenat ~~emendatus~~. A. 197.
Juventas pro ~~juventute~~. S. II. 1079.

L.

- L** *Abeones, gulosi*. H. 323.
Ad amonia palastra. H. 367.
Antres die hora. A. 610.
~~*Antium*~~. P. H. V. 115.
Larentina. S. II. 562.
~~*Larentia pro dis gentilium*~~. S. I. 499.
Latebra. C. H. XI. 97.
Laterana ades. S. I. 587.
Laxa voluntas. H. 678.
Laxantes diem hora. A. 6105.
Lenta solatia. Pf. 232.
Liber servitii. C. H. V. 57.
Librare manum in istum. Pf. 140.
Lignum Chriftatis. A. 489.
Limbus Veneris pro cefto. S. II. 576.
Lintea veltis. P. H. V. 336.
Locari tuta valli ftatione. Pf. 727.
Loquaces undarum fcatbra. C. H. V. 82.
Lubricum lingue pro lingua lubrica. C. H. I. 53.
Lucanus emendatus. S. I. 478.
Lucretius emendatus. Pf. Pr. 47.
Lues & luis. Pf. 479.
Luminare frontem. P. H. V. 122.
Lumen de lumine Deus. A. 372.
Luridum venenum hydropis. P. H. II. 234.
Lux Bethleem Chriftus. C. H. VII. 1.
Luxati greflus. D. 36.
Luxuria & Luxuries. A. 55.

I N D E X.

M.

- M**arcabai. P. H. X. 776.
Mandri pro recessibus. C. H. VII. 12.
 Magicus vultus. S. II. 60.
 Marcianus Capella emend. A. 71.
 Marsupium, marsupium. Pf. 598.
 Martyras. P. H. II. 580.
 Mastrucophori Lacones, à castibus. S. II. 516.
 Mater castitas pro matris castitas. C. H. XI. 14.
 Meditamina pro cunctatione. Pf. 232.
 Melior consilii. S. II. 322.
 Migrare prima syllaba correpta. S. II. 366.
 Milliformis C. H. IX. 55.
 Minari framea & frameam. Pf. 324.
 Miserari inopum. Pf. 580.
 Mitificus. P. H. VII. 42.
 Mobile ingenium. H. 549.
 Moderare & moderari. A. 47.
 Moderamen. A. 841.
 Momenta operum. S. II. 183.
 Motatus uterus. H. 598.
 Multinode germen. C. H. VII. 139.
 Mustum Falernum. S. I. 127.
 Muta mola. S. II. 946.

N.

- N**ardus & Nardum. Pf. 359.
 Natura patris & Christi. A. 945.
 Nebroth, Nimrod. H. 143.
 Nebulones spiritus. H. 431.
 Nefasta limina. P. H. II. 479.
 Nemea pellis pro Nemeaa. S. I. 117.
 Nescienter. A. Pr. 4.
 Nigrans honor argenti, pro sordescens. Pf. 530.
 Nobiles flamma pro lucerna. C. H. V. 26.

I N D E X.

- Paucum moderamen.* A. 841.
Pavus emendatus. A. 916.
Pectus impressu. Pf. 273.
Peculator, secunda correpta. Pf. 484.
Penetrant tela vitam. H. 540.
Percense, tertia correpta. H. 620.
Percucurrit. P. H. I. 11.
Perferre. Pf. 511.
Perfida plaga Mauri. A. 433.
Persephone. A. 471.
Pharos pro Egypto. C. H. V. 82.
Piata veterum noxae. C. H. VII. 72.
Pigmentis cutis illita. H. 273.
Placens Deo. Pf. Pr. 12.
Placita fides. Pf. 630.
Placitum dogma. Pr. S. I. 4.
Plebicola Gracci. S. I. 559.
Plumigera aves. C. H. III. 44.
Plutones reorum carnifices. P. H. V. 99.
Pluvius ventus. S. II. 1013.
Poësis secunda correpta. S. II. 50.
Poësis castravit Attin. S. II. 1013.
Pompa supplicii. P. H. I. 81.
Potestas ultima syllaba correpta. C. H. VI. 6.
Præcinunt vates. C. H. IX. 25.
Prædurare. Pf. 442.
Præfultus torus. P. H. V. 335.
Prælambens fluvius. C. H. V. 120.
Præpes currus. C. H. VII. 32.
Præstigiæ an præstrigie. P. H. II. 86.
Præstrictus uterus. A. 115.
Præstringere aliquem levi vulnere. Pf. 507.
Præstringere aërem pennis. Pf. 324.
Præstringi voce. C. H. VII. 32.
Præstringi luce oculos. A. 400.
Precanda numina. P. H. V. 51.

I N D E X.

- Pretium noctis persolvere honorem.* S. I. 143.
Prior judicum, pro primus. C. H. XII. 185.
Purpureum. P. H. I. 25.
Proditor angulus. P. H. V. 308.
Proditus ignis. A. 280.
Promus Ecclesia. S. II. II. 160.
Prospera nostra vulnerantur.
Prospicere in foveam. Ps. 273.
Protoplastus, primoplastus. C. H. IX. 17.
Pubis pro pubes. C. H. VII. 162.
Purpureus tres. A. 139.
Purus odor. A. 787.
Purpurea prima producta. P. H. II. 286.
Purpurea putrescere prima correpta. Ibid.

Q.

- Q** *Vacuumque jubetur doctus sequi.* A. 765.
Quadam, quadamtenus. C. H. XII. 142.
Quadrus conus. Ps. 870.
Qui pro Quo. C. H. XII. 145.
Qui pro quomodo. A. 265.
Qui sis, non quis. A. 413.
Quisque pro quicumque. C. H. VII. 216.
Quo proficit ea res? C. H. XII. 131.
Quodcumque terrarum jacet. P. H. II. 431.

R.

- R** *Abidi maris astus.* C. H. V. 83.
Rabidus fragor circi. H. 367.
Ramenta auri. Ps. 456.
Rarus pastus. C. H. VII. 69.
Recidere. A. 875.
Recidiva praelia. Ps. 390. *semina.* S. II. 821.
Reciso stirpe. Ps. 879.
Recondere gladium. S. II. 466.

Resci

I N D E X.

- Refici cibo.* C. H. IX. 59.
Refringere pro frangere. P. H. V. 432.
Regressus pro reverso. C. H. VI. 61.
Renuere mensam. C. H. VIII. 71.
Repulsus extrorsum obex. C. H. IX. 74.
Referare asylum. S. I. 196.
Restaurare ope hominem. H. 666.
Rex Eoi sideris. C. H. II. 68.
Rex populus, Romani. S. I. 391.
Ritus ferini. S. I. 78.
Rogare Deos pecudum extis. S. II. 1002.
Roseus solis ortus. A. 425.
 & *Rosea Aurora.* *ibid.*
Rubigo pectoris. C. H. VII. 205.
Rubigo prima correpta. Pl. 105.
Rubus senta. A. 55.
Rudus aris & plumbi. A. 722.
Ruere cum quarto casu. A. 400.
Rusticula lupa. S. I. 104.

S.

Sæculo servire. P. H. I. 59.
Salvia Flavius Consul. C. H. Pr. 22.
Salus excussus. P. H. V. 226.
Sanctilogus Lucas. A. 991.
Saniosus sanguis. Pl. 51.
Sardoa gemma & Sardia. Pl. 357.
Scandere caelestia regna. C. H. X. 90.
Scutilum quid. H. 287.
Sedule pro sedulo. P. H. V. 402.
Sedulius emendatus. P. H. II. 318.
Semetra & symmetra contraria. Pl. 829.
Sensus humanos tendere. A. 254.
Seps pro vipera. Pr. S. I. 74.
Sequestra terra humani corporis. C. H. X. 126.
Seraphin. C. H. IV. 5.

I N D E X.

- Serere crimina.* H. 579.
Serviens cor. Pl. Pr. 12.
Servit Deo spiritus & caro. C. H. X. 8.
Septis es. Pl. S. I. 84.
Sibila serpenti colla. C. H. IX. 85.
Signat stella vis. C. H. XII. 56.
Silvofus Olympus. S. I. 59.
Simpuvium Numa orare. P. H. II. 513.
Singillatim. H. 105.
Sitire cum quarto casu.
Sole in; nero occidere, pro in prima juvena. P. H. III.
Solomon. A. 504.
Solvere pondus alvi. C. H. XII. 145.
Sol se spira. A. 408.
Somnus imago mortis. C. H. I. 26.
Sopor lectulus. C. H. I. 6.
Sorde carens bestia. H. 198.
Sordidus cinis. A. 139.
Sortes & insomnia. Pl. 465.
Spe devorare aliquid. P. H. II. 134.
Species mendax. A. 1049.
Spiritus Deus vel Dei. A. 433.
Statio triplex, pro calo, terra & inferis. A. 226.
Stattus emendatus. C. H. V. 22. H. 700.
Stellantia saxa. 865.
Stirpe inculto, non inculta. A. 55.
Stramen pro stramento aut toro. H. 860.
Structum serpente flagellum. Pl. 683.
Studiosus cum tertio casu. P. H. IV. 54.
Suapte, sua sponte. S. II. 475.
Sua visonans hymnas. C. H. V. 129.
Sub tempore parvo. S. II. 101.
Subiecta homini domus. H. 214.
Sublime oculos aperire. S. I. 594.
Subterna nox. H. 930.

I N D E X.

- Sudare praelium.* C. H. II. 68.
Summa dispar. H. 31.
Superior Christi sedile. P. H. VI. 8.
Supernasci sibi.
Superne, ultima syllaba correpta. C. H. II. 20.
Surda auris. S. II. 1035.
Susceptare fidem. A. 545.
Sursum: A. 232. H. 834.
Sutiles hyacinthi. H. 269.
Synalopha exempla. C. H. XII. 131.

T.

- T** *Acent delubra Delphica, non jacent.* A. 833.
Tenta & tensa viscera. C. H. III. 175.
Tepidus Nilus. S. II. 606.
Thessalius pro Thessalicus. S. I. 89.
Tiaras masculino genere. A. 145.
Titulus insignis. Pl. 208.
Tinea & Tinia. Pl. 598.
Topazion & Topazon gemma. Pl. 857.
Tornare ex saxo aque ac ex ligno. S. I. 102.
Transadigere visu loca remota. H. 889.
Trilingua conjunx. H. 588.
Triplex, priore syllaba producta. A. 150.
Tris, tres. A. 132.
Tristes mugitus. H. 924.
Tros pro Aenea. S. I. 223.
Trudi in cloacam. Pl. 723.
Trux ira. C. H. IV. 86.
Tuenda, videnda. C. H. VI. 76.
Turbare monilia. Pl. 442.
Turma equestris. C. H. V. 53.

V.


- V** *Ade & unde confunduntur.* H. 699.
Vagare pro vagari. C. H. VI. 29.

Vagina

I N D E X.

- Vagina condere gladium, in vaginam.* Ps. 105.
Vagus pietate. H. 710.
Ubique loci. A. 118.
Uis humus. C. H. V. 111.
Vegeta gaudere. H. 323.
Vegetabile ingenium. H. 549.
Vero ex patre Deus. A. 365.
Versipellis astutia & versipelle hortamen. C. H. IX. 92.
Vertere aquor fundo ab imo. C. H. IX. 38.
Veru pro hasta. S. I. 230.
Veterum ornamenta. S. II. 64.
Vetus mos. II. 68.
Vindex. Ps. Pr. 47.
Vigilantia cura. S. II. 25.
Vindex patris & Christi. A. 945.
Vis ac potestas una, Deus. C. H. VI. 6.
Vitiare planitiem insidiosis scrobibus. Ps. 261.
Vivit es & marmor artificum. A. 722.
Umbrarum populus. C. H. V. 135.
Umbrificum nemus. H. 797.
Unicolora anima. H. 821.
Vocitare. P. H. IX. 2.
Volens vita. C. H. Pr. 22.
Volucres currus equi & rotu. C. H. V. 53.
Vortex & vertex. Ps. 95.
Vota murmura. P. H. II. 536.
Urguet sopor. C. H. X. 68.
Ut qui sit natus. A. 254.
Utraque media syllaba producta. A. 320.
Utriusque molares balena. C. H. VII. 119.

F I N I S.





019.

i. H

Ker...

I'





H. N. B. W.

1920

